

INSCRIPTIONVM

LATINARVM SELECTARVM

AMPLISSIMA COLLECTIO.

VOL. II.

INSCRIPTIONVM
LATINARVM SELECTARVM
AMPLISSIMA COLLECTIO

AD ILLVSTRANDAM

ROMANAE ANTIQVITATIS

DISCIPLINAM ACCOMMODATA

AC

MAGNARVM COLLECTIONVM SVPPLEMENTA

COMPLVRA EMENDATIONESQVE EXHIBENS.

CVM INEDITIS

IO. CASP. HAGENBVCHII

SVISQVE ADNOTATIONIBVS EDIDIT

IO. CASP. ORELLIVS.

INSVNT LAPIDES HELVETIAE OMNES.

ACCEDVNT

PRAETER FOGGINII KALENDARIA ANTIQVA, HAGENBVCHII, MAFFEII, ERNESTII, REISKII, SEGVIERII, STEINBRVECHELII EPISTOLAE ALIQVOT EPIGRAPHICAE NVNC PRIMVM EDITAE.

VOLVMEN ALTERVM.

TVRICI

TYPIS ORELLII, FVESSLINI ET SOCIORVM.

MDCCCXXVIII.



CAPVT X.

RES PVBLICA POPVLI ROMANI.

§. 1. POPVLVS ROMANVS. CIVITAS. LATINITAS. IVS ITALICVM.

3036. POPVLVS LAODICENSIS ‖ AF.[1]) LYCO ‖ POPVLVM. ROMANVM. QVEI SIBI ‖ SALVTEI FVIT. BENEFICI ERGO. QVAE SIBEI ‖ BENIGNE FECIT.

Ο ΔΗΜΟΣ. Ο ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ ‖ ΤΩΙ. ΛΥΚΩΙ. ΤΟΝ. ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ ΤΩΝ ‖ ΡΩΜΑΙΩΝ ΓΕΓΟΝΟΤΑ ΕΑΥΤΩΙ ‖ ΣΩΤΗΡΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ ‖ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ‖ ΤΗΣ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ. — Romae. Gud. 143, 1. Minus accurátus est typus Sponianus T. 3. *Itiner.* p. 145. Cfr. et Murat. 1053, 5., qui Graeca tantum exhibet. V. nos *ad Cic. pro Plancio.* p. 111. Habet etiam Marini *Atti* 2. p. 768.; ex cuius typo evanidas quoque literas indicante dubium fit, an *ΤΩΝ* in illis *ΤΟΝ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ* tabulae incisum fuerit.

1) alii explicant: *a flumine:* alii simpliciter *ab.*

3037. A. PAPIRIO VERNACVLO ‖ RO. CIVITATE DO. N. DELM[1]) ‖ VIX. ANN. XXXXVI. MIL. A. XXVI ‖ DIDIVS SATVRNINVS F. DOC. III. ET DIANA.[2]) — Ravennae. Mur. 839, 8.

1) *natione Delmatae*, ut plerumque in lapp., non *Dalmatae.* 2) *de trieri Diana;* corrupti hic aliquid latet in DOC. (*doctor* Mur.?)

3038. VALERIA Ɔ. L. LYCISCA ‖ XII. ANNORVM NATA ‖ ROMAM VENI ‖ QVAE MIHI IVRA DEDIT CIVIS. DEDIT ET ‖ MIHI VIVAE. QVO INFERRER. TVM ‖ CVM PARVOLA FACTA CEINIS. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 295, 4.

3039. * C. CALPVRNIVS ASCLEPIADES ‖ PRVSA AD OLYMPVM MEDICVS ‖ PARENTIBVS ET SIBI ET FRATRIB ‖ CIVITATES VII. A DIVO TRAIANO ‖ IMPETRAVIT ‖ NATVS III. NONAS MARTIAS ‖ DOMITIANO XIII. COS ‖ EODEM DIE. QVO ET VXOR EIVS ‖ VERONIA CHELIDON ‖ CVM QVA VIXIT ANN. LI ‖ STVDIORVM ET MORVM CAVSA ‖ PROBATVS A VIRIS CLARISS ‖ ADSEDIT MAGISTRATIBVS POP. R ‖ ITA VT IN ALIIS

ET IN PROV. ASIA ‖ CVSTODIAR . . . . IN VRNA ‖ IVDICVM. VIXIT ANN. LXX. — Apud Ariguanum. Reines. p. 608, 4. Tot habet singularia haec inscriptio, ut verear, ne sit Ligoriana; certe e schedis Piccart. tantummodo laudatur.

5040. L. AEMILIVS. M. F. M. NEP. QVIR. RECTVS ‖ DOMO ROMA. QVI ET CARTHAGINENSIS [1]) ‖ ET SICELITANVS ET ASSOTANVS ET LACE‖DAEMON. ET ARGIVVS ET BASTETANVS ‖ SCRIBA QVAESTORIVS. SCRIBA AEDILICIVS ‖ DONATVS EQVO PVBLICO AB IMP CAESARE ‖ TRAIANO HADRIANO AVGVSTO ‖ AEDILIS COLONIAE CARTHAGINENSIS PA‖TRONVS REIPVBLICAE ASSOTANORVM ‖ CIVIS ADLECTVS OB HONOREM AEDILITATIS ‖ CONCORDIA DECVRIONVM. HOC OPVS ‖ TESTAMENTO SVO FIERI IVSSIT ‖ EPVLO ADDITO ‖ AEMILIVS SENEX HERES SINE DEDVCTIONE XX ‖ VEL TRIBVTORVM EX CCL LIBRIS ARGENTI FECIT. — Carthagenae. Mur. 1096, 1.

1) Carthaginis Novae in Hisp. Sicelia Caesarea in Africa. Assotani et Bastitani in Hisp. Tarraconensi. Ceterum manca haec eadem inscriptio legitur ap. Grut. 174, 3. et Maffei *Mus. Ver.* 466, 15.

5041. T. F. [1]) VERECVND ‖ MAG. [2]) EQVES. ALAE ‖ I. FLA. AVG. BRIT ∞ [3]) ‖ C. R. [4]) IVR. ITALICI AN ‖ XXXX. S. [5]) XIX. ISES [6]) PRO‖TE. [7]) PRISCINVS VEX [8]) ‖ ET INGENVS. (*sic*) HERED. — Extra Viennam. Grut. 542, 7. Cfr. Sax. *Peric.* p. 40.

1) Flavius. 2) patriam videtur significare. 3) miliariae, ut Grut. 482, 4. *Praef. Eq. Alae Britan. miliar.* 4) Civium Romanorum. 5) Stipend. 6) I. H. S. EST. vid. Sax. l. l. 7) non *Protector*, ut volebat Scal., sed Prote, uxor Verecundi. 8) Vexillarius. Iuris Italici obliterata fere mentio etiam in simili lap. Viennensi Grut. 541, 8. Constat autem ex Paudectis tit. de Censibus, Viennam fuisse Coloniam Iuris Italici. Cfr. Mariei *Atti*, p. 435. Ceterum huius inscriptionis Viennensis, in qua *Cives Romani Iuris Italici* memorantur, nullam rationem habuit Savigny V. Cl. in praeclara illa de Iure Italico dissertatione. *Abhandl. der Berliner Academie.* 1814. p. 41. Cfr. et C. G. Schwarzii *Specimen Iurispr. ant. de Iure Italico.* Altorfii 1741. 4., qui neque nostram Inscr. praetermisit. Latinitatis mentio fit in lege Iudiciaria ap. Grut. 506. (*no*)MINISVE LATINI. EXTERARVMVE NATIONVM. QVEIVE IN ARBITRATV. DICIONE. POTESTATE. AMICITIA (*Populi Ro. sunt.*)

§. 2. PATRICII. EQVITES ROMANI. SEVIRI EQVITVM RO. EQVVS PVBLICVS.

5042. L. CAESONIVS. C. FIL. QVIRINA. LVCILLVS ‖ MACER RVFINIANVS COS. [1]) FRATER ARVALIS ‖ PRAEF. VRBI. [2]) ELECTVS AD COGNOSCENDAS VICE CAESARIS ‖ COGNITIONES. [3]) PROCOS. PROV. AFRICAE. XX VIROS [4]) (*sic*) EX SENATVS ‖ CONSVLTO. R. P. CVRANDAE. CVRATOR AQVARVM ET MINICIAE [5]) ‖ CVR. ALBEI TYBERIS ET CLOACARVM VRBIS. LEGATVS PROV ‖ AFRICAE. EODEM TEMPORE VICE PROCONSVLIS. [6]) CVRATOR R. P. ‖ TVSCOLANORVM. CVRATOR R. P. SVESSANORVM ‖ PRAETOR KANDIDATVS. QVAESTOR KANDIDAT ‖ ELECTVS IN FAMILIAM PATRICIAM. [7]) X VIR ‖ STLITIBVS IVDI-

CANDIS. — Romae. Grut. 381, 3. Marini *Atti*. Tav. LXII. cum amplo comment. p. 791. seqq.

1) fortasse p. Chr. 265. Marin. 2) ante 254. p. Chr. id. 3) Eadem dignitas, quae insequenti tempore proprio ac breviori nomine significatur: vel *Iudex sacrarum cognitionum*, vel *Vice Sacra Iudicans* vel *Cognoscens vice sacra* (I. S. C., vel V. S. I. vel VCSI, quod cum Hagenbuchio explicare praestat *Vice Caesaris Sacra Iudicans*.) 4) Error lapidarii pro *XX VIR*. Mar. vel potius pro XX VIROR(*um unus*) Orell. Ceterum non est vigintiviratus ab Augusto institutus (Quattuor Virorum Viar. Cur. Triumviror. capital. $\overline{\text{III}}$ Vir monetar. $\overline{\text{X}}$ Viror. Stl. iud.) sed hi $\overline{\text{XX}}$ Viri Ex S. C. Reipubl. curandae iidem videntur, quos p. Chr. 237. a senatu contra Maximinum creatos memorant Capitol. in *Gordiano* C. 10, 14. Zosim. 1. pag. 16. Herodian. 8, 13. 5) Porticus Miniciae, s. Minutiae. 6) in ead. prov. Africa. 7) Alias: Allectus inter Patricios. Cfr. praeter locos a Marinio laudatos Lamprid. *Commod.* C. 6. OR.

3043. In lapide ter a Muratorio edito (766, 5. 810, 7. 858, 4.) et ad Titi tempora spectante memoratur *Cn. Domitius*, (si fides 810, 7.) *adlectus inter patricios*, idemque (antea) Tribunus plebis.

In equitum transvectione s. probatione sollenni, quae Idibus Iuliis fiebat, equites Romani in sex, ut videtur, turmas divisi incedebant, quarum cuique Sevir munere hoc pompali, non militari fungens praeerat. Lapides quidem in quinta turma subsistunt.

3044. P. PLOTIVS ROMANVS COS.[1] SOD. AVG. CL ‖ LEG. AVG. PR. PR. PROV. ARAB. ITEM GAL ‖ PRAEF. AER. SAT. LEG. AVG. CENS. ACC. HISP. CIT ‖ IVR. PER AEM. LIG. CVR. VIAE LABIC. CVR. VERC ‖ PR. VRB. TRIB. PL. Q. KAND. $\overline{\text{VI}}$ VIR EQ. R. TVR. $\overline{\text{II}}$ ‖ TRIB. MIL. LEGG. $\overline{\text{I}}$. MIN. ET $\overline{\text{II}}$. ADIVT. $\overline{\text{IIII}}$. V. V. CVR ‖ AEDEM CVM OMNI CVLTV CONSECRAVIT. — Romae. Fabrett. p. 411, 353.

1) in Fastis non invenitur.

3045. L. STATIO L. F. STELLAT ‖ PROSPERO IVLIANO ‖ $\overline{\text{X}}$ VIRO. STLITIBVS ‖ IVDICANDIS ITEM ‖ SEVIRO TVRMAE ‖ SECVNDAE ‖ PATRONO COLONIAE ‖ AMATORES REGIONIS ‖ MACELLI. CVLTORES ‖ IOVIS ARKANI ‖ L. D. D. D. — Praeneste. Fabrett. p. 411, 352. e schedis Barberinis.

3046. T. AELIO T. F. PAL ‖ NAEVIO ANTONIO ‖ SEVERO C. V ‖ QVAESTORI. SODALI HADRIANALI. TRIB. LATICL ‖ LEG. $\overline{\text{XVI}}$. FL. PIAE F ‖ PRAEF ‖ FERIAR. LATINAR. $\overline{\text{III}}$ VIR ‖ CAPIT. SEVIRO EQVITVM ‖ ROMANORVM TVRMAE ‖ SECVNDAE ‖ PAO. (*sic*) LIB. NVTRITOR. — Romae rep. 1663. Gud. p. 112, 2.

3047. M. VALERIO M. F. PAL ‖ AMERIMNIANO ‖ VIXIT ANNIS $\overline{\text{XVII}}$. MENSIB ‖ $\overline{\text{VIII}}$. DIEBVS DVOBVS. HOR. $\overline{\text{X}}$ ‖ M. VALERIVS M. F ‖ AMERIMNVS ‖ PATER INFELICISSIMVS ‖ FILIO SANCTISSIMO ET PIENTISSIMO FECIT ‖ NATVS EQVES ROMANVS IN VICO IVGARIO. — Romae. Grut. 478, 1.

3048. T. AVRIDIO P. F. NICEPHORO ‖ PRIMIPILO LEG. $\overline{\text{II}}$. ADIVT. IN ‖ BELLO CONTRA ‖ DACOS AB INVICTISSIMO IMP.

NO‖STRO TRAIANO ‖ FELICITER PATRATO CAS‖TRENSI CORONA DONATO ‖ ET IN ORDINEM EQVIT. RO‖MAN. ADSCITO ‖ L. GALERIVS VAFER. ET ‖ C. CESIVS LISIMACVS II VIR ‖ HVIVS MVNICIP. PATRON ‖ B. M. P. C. VI. KAL. IVLII. — Prope Fabrianum. Marini *Atti*. 2. p. 530.

3049. L. AGONIO L. F ‖ STATVRAE ‖ 7. LEG. XI. C. P. F.[1]) LEG. IIII. F F.[2]) LEG ‖ V MACED. LEG. VII C. P. F. DONIS ‖ DONATO AB IMP. TRAIANO ‖ AVG. GERMANICO OB BELLVM DACIC ‖ TORQVIBVS. ARMILLIS. PHALERIS ‖ CORONA VALLARI. ET A PRIORIB ‖ PRINCIPIBVS EISDEM DONIS ‖ DONATO OB BELLVM GERMAN ‖ ET SARMATIC. A DIVO TRAIANO ‖ EX MILITIA IN EQVESTREM ‖ DIGNITATEM TRANSLATO ‖ ARIMINI PONTIF. QVINQ[3]) ‖ TIFERNI MAT.[4]) FLAMINI. PONT ‖ QVINQ ‖ L. AGONIVS STATVRA FIL. ‖ EX TESTAMENTO EIVS. CVIVS ‖ DEDICATIONE EPVLVM DECV‖RIONIBVS ET PLEBI DEDIT ‖ L. D. D. D. — Sancti Angeli in Vado in parietinis Tiferni Mataurensis. Fabrett. 399, 291. Moreelli *St*. 1. p. 107.

1) Claudiae Piae Fidelis. 2) Flaviae Fidelis s. Firmae. 3) h. l. iungendum sane videtur: Pontifici Quinquennali, non vero separandum Pontifici, eidemque Quinquennali censor. potest. 4) Mataurensis.

3050. D. M ‖ AVR. CLAVDIANO ‖ EQ. R. QVI VIX ‖ ANNIS III. M. X ‖ DIES. XXVIII ‖ FL. VIATOR ‖ PROTECTOR ‖ PATER ‖ FILIO DVLCISSIMO ‖ B. M. FECIT. — Romae. Grut. 571, 6.

3051. A. MVNIO. A. F ‖ MIN. EVARISTO ‖ SPL. EQ. R.[1]) PAT. COL ‖ OMNIBVS HONOR ‖ NITIDE FVNCTO. OB ‖ INSIGNEM EIVS EDITIONEM ‖ MVNERIS BIDVI. POPVLO ‖ POSTVLANTI BIGAM ‖ PLACVIT EQVEST. STATVA ‖ DECRETO ORDINIS EVM ‖ ORNARI ‖ L. D. D. D. — Praeneste. Grut. 440, 1. Cfr. Lipsii *Opp*. Vesal. T. 3. p. 889. et 900.

1) Splendido Equiti Romano.

3052. DIIS. MANIBVS ‖ SEX. GAVI. SEX. F ‖ VIX. AN. XVI ‖ EQVO PVBLICO ‖ TRANSVECTVS EST. — Montefiascone. Grut. 1026, 4. v. a Turre *Mon. Vet. Ant.* p. 368. Reines. p. 50.

3053. C. VELLEIO. C. F. PAL. VRBANO ‖ MAG. FAN. DIAN. TIFAT. HONORATO EQVO PVBLICO AB IMP. ANTONINO ‖ AVG. CVM AGERET AETATIS AN. V ‖ C. VELLEIVS VRBANVS ET TVLLIA ‖ NICE PARENTES D. D. D. — Capuae. Reines. p. 411, 91. Spon *Misc*. p. 89, 36. Fabrett. 460, 88. Sic M. Antonino sexenni honorem equi publici ab Hadriano delatum refert Capitol. *eod*. C. 4., Equitem decennem habemus in seq. inscriptione Foroiuliensi: (Mur. 683, 7.)

3054. CAECILIO RVFINO EQV. Q. CAECILII ‖ RVFIN. PRAEF. FIL. QVI VIXIT ‖ ANN. X. D. XXIIII. AVRELIA ‖ GEMELLINA

MATER F ‖ INCOMPARABILI POS. — Cfr. Grut. 1026, 4. v. a Turre *Mon. vet. Antii.* p. 368. s. supra N. 3052.

3055. D. M. S ‖ GADISIAE ATINIAE ‖ VIX ANN. XLVIII. M. III. D. II ‖ C. GADISIVS Q. F. VETVR CA‖LENVS EQ. PVBLICVS [1]) ‖ FECIT SIBI ET MATRI PIIS‖SIMAE. EX TESTAM. F. I. [2]) — Romae, descripsit Gudius. Reines. p. 719, 65.

1) Insolitum hoc, nisi ab errore profectum, *Equus publicus* pro *Equo publico* scil. honoratus, instructus. v. Spon *Misc.* p. 259. 2) fieri iussit.

§. 3. PATRONI. CLIENTES.

Tesserae hospitalis exemplum ap. Maff. *Mus. Ver.* p. 472. in tabula aenea:

3056. M. CRASSO FRVGI. L. CALPVRNIO ‖ PISONE. COS [1]) ‖ III. NON. FEBR ‖ CIVITAS THEMETRA EX AFRICA HOSPITIVM ‖ FECIT CVM C. SILIO C. F. FAB. AVIOLA (*eu*)M ‖ LIBEROS POSTEROSQVE EIVS. SIBI LIBERIS ‖ POSTERISQVE SVIS PATRONVM COOPTAVE‖RVNT.

C. SILIVS C. F. FAB. AVIOLA CIVITATEM THEME‖TRENSEM. LIBEROS POSTEROSQVE EORVM ‖ SIBI LIBERIS POSTERISQVE SVIS IN FIDEM ‖ CLIENTELAMQVE SVAM RECEPIT.

EGERVNT

BANNO. HIMILIS F.	SVFES
AZDRVBAL. BAISILIECIS. F.	LEG.
IDDIBAL. BOSIIARIS F.	

1) p. Chr. 27.

3057. L. SILANO FLAM. MART ‖ C. VELLAEO TVTORE COS [1]) ‖ PRIDIE NON. DECEMB ‖ CIVITAS APISIA. MAIVS. HOSPITIVM ‖ FECIT CVM C. SILIO C. F. FAB. AVIOLA ‖ TRIB. MILIT. LEG. III. AVG. PRAEF. FABR ‖ EVM LIBEROSQVE POSTEROSQVE EIVS ‖ SIBI LIBERIS POSTERISQVE SVIS PA‖TRONVM COOPTARVNT ‖ C. SILIVS C. F. FAB. AVIOLA. TRIB. MILIT ‖ LEG. III. AVG. PR. FABR. CIVITATEM API‖SIAM MAIVS. LIBEROS. POSTEROSQVE ‖ EORVM. SIBI LIBERIS. POSTERISQVE ‖ SVIS IN FIDEM CLIENTELAMQVE RECEPIT. EGERVNT

HASDRVBAL IVMMO.	IADER IVMMON
HASDRVBAL HANNONIS	BANNO GABALI
CHINISDO SVFETES. [2])	ARISTO APOI
SAEPO. CHANEBO	LEGATI.

— Romae in aenea tabula. Grut. 470, 1. Cfr. ibid. 2.

1) male Coss. hos suffectos anni incerti referri ad annum u. c. 763., et posteriores utique esse anno 780. docuit Marini *Atti* 2. p. 788., ubi de huiuscemodi decretis ad hospitium clientelamque pertinentibus docte, ut solet, disputat. 2) SVFFES. Rossius.

3058. POPVLONII ‖ DD. NN. CRISPO ET CONSTANTINO IVN. NOBB ‖ CAESS. ITERVM IN IDVS MART. CONSS [1]) ‖ COLONI COLONIAI CONCORDIAE VLPIAE TRAIANAE ‖ AVGVSTAE

FRVGIFERAE HADRVMETINAE ‖ Q. ARADIVM VALERIVM PROCVLVM V. C. PRAESIDEM ‖ PROVINCIAE BYZACENAE. LIBEROS. POSTEROSQVE EIVS ‖ SIBI LIBERIS POSTERISQVE SVIS PATRONVM COOPTA‖VERVNT. Q. ARADIVS VALERIVS PROCVLVS V. C. PRAESES ‖ PROVINC. VAL. BYZACEN. COLONIS COLONIAE CON‖CORDIAE VLPIAE TRAIANAE AVGVSTAE FRVGIFERAE ‖ HADRVMETINAE LIBEROS. POSTEROSQVE EORVM IN FI‖DEM CLIENTELAMQVE SVAM LIBERORVM ‖ POSTERORVMQVE SVORVM RECEPIT. — Romae, in tabella aenea. Grut. 362, 2., ubi aliae quoque similes tabellae exhibentur; huius tamen formula, quum simplicissima sit, antiquitatem magis refert.

1) Vides circa a. p. Chr. 321. hanc clientelae necessitudinem nondum obsoletam fuisse. *Populonii* autem in Etruria tabulae istae Grut. 361, 1. 363, 2. confectae fuerunt. Cfr. tamen Fabrett. p. 100., qui aliter explicat.

5059. Aliud fragmentum tesserae hospitalis cum adnotatt. *de la Luzerne.* v. *Mém. de l'Acad. des Inscriptt.* T. 19. p. 501.

5060. LIBERO. PATRI ‖ SACRVM. A. ANGVLNIVS. A. F ‖ VITALI ‖. PROCVR. CLIEN. TI. CLAVDI ‖ AVG ‖ D. D. KAL. MART. TEMP[1]) ‖ TI. CLAVDIO AVG. IIII ET ‖ L. VITELLIO III. COS.[2]) — In litore Tyrrheno. Gud. 41, 4. Gori *Etr.* 3. p. 172.

1) templum. 2) p. Chr. 47.

5061. L. IVNIVS L. F. PAL. TARQVITI‖ANVS FEC. MONVMEN ‖ A. ACILIO CARITO PATRONO[1]) ‖ OPTVMO B. D. S. M ‖ ET IVNIO ACILIO VETERANO F. — Sine loco. Fabrett. p. 318, 17.

1) Iunius ille Tarquitianus quum nullum cum patrono nomen commune gerat, cliens potius, quam libertus videtur fuisse. Hagenb.

5062. AESCVLAPIO ET HYGIAE ‖ SACRVM ‖ C. OPPIVS. C. L.[1]) LEONAS ‖ VI VIR. AVG ‖ HONORATVS IN TRIBV ‖ CL. PATRVM ET LIBERVM ‖ CLIENTIVM. ADCENSVS ‖ PATRONIS SANCTISSIMIS ‖ COMMVNICIPIBVS SVIS. D. D ‖ QVORVM DEDICATIONE ‖ SINGVLIS DECVRIONIBVS ‖ -X.[2]) III. AVGVSTALIBVS -X. II. ET ‖ COLONIS CENAM DEDIT. — *In sinistro latere:* DEDICAT. EIDIB. IANVAR ‖ PLAVTIO QVINTILIO II ‖ STATIO PRISCO COS.[3]) — Auximi; nunc Mediolani. Grut. 68, 3. Cfr. Fabrett. *Emend.* p. 1. Murat. p. 333, 3. Ex hac efficta fortasse est similis Ligoriana ap. Gud. 27, 8.

1) Fabrett. C. F., sed praestat C. L., ut habet Aldus, iudice etiam Hagenb. 2) Denarios. 3) p. Chr. 159. Sic scil. Mur.

5063. PETRONIO PROBO ‖ VIRO CONSVLARI ‖ PROCONSVLI AFRICAE ‖ PER ILLYRICVM ITALIAM ET AFRICAM ‖ CONSVLI ORDINARIO ‖ VENETI ATQVE HISTRI ‖ PECVLIARES[1]) EIVS ‖ PATRONO PRAESTANTISSIMO ‖ *In adversa parte:* VI. ID. AVG ‖ VALENTE VI ‖ ET VALENTINIANO II ‖ AVG. CONS.[2]) — Romae. Corsini *Ser. Praef. Vrb.* p. 256.

1) Nota hanc formulam adulationis plenam pro v. *Clientes.* 2) p. Chr. 378.

§. 4. TRIBVS ROMANAE.

3064. PLEPS. VRBANA QVINQVE ET ‖ TRIGINTA TRIBVVM ‖ GERMANICO CAESARI ‖ TI. AVGVSTI F ‖ DIVI AVGVSTI N ‖ AVGVRI. FLAMINI. AVGVSTALI ‖ COS. ITERVM. IMP. ITERVM ‖ AERE CONLATO. — Romae. Fabrett. p. 395, 275. Idem tribuum numerus etiam sub Traiano. Grut. 246, 8.: Romae:

3065. IMP. CAESARI ‖ DIVI NERVAE F ‖ NERVAE TRAIANO ‖ AVG. GERMANICO ‖ DACICO. PONTIFICI ‖ MAXIMO. TRIBVNIC ‖ POT. VII. IMP. IIII. COS. V. P. P ‖ TRIBVS XXXV ‖ QVOD LIBERALITATE ‖ OPTIMI PRINCIPIS ‖ COMMODA EARVM ETIAM ‖ LOCORVM[1]) ADIECTIONE ‖ AMPLIATA SINT.

1) Plin. *Paneg.* 51. *populo, cui locorum* (in circo) *quinque millia adiecisti.* Male de agro publico locos istos cepit Boindinus.

Nihilominus e scriptoribus ac lapidibus prodiit Tribuum numerus dimidia plus parte maior, quarum integram seriem exhibemus ex Zaccaria *Istituzione* Roma 1770. p. 123. passim auctam et correctam: asterisco autem notatae non sunt ex numero illarum XXXV., quas recensuit Manutius: conferendus praeterea ubique Scaligeri *Ind. Grut.* XII. Item: Gudii *Index* XII.

1. * AELIA. v. Grut. 80, 2., quod dedimus in Cap. de Diis immort. §. Nemesis. — v. Panvin. *de Civit. Rom.* C. 51. De hac tribu ita disseruit Hagenbuchius: De tribu *Aelia* unicum lapidem habet Grut. 80, 2. Reinesius nullum habet, neque, quantum meoini, Sponius. Fabrettus p. 395, b., praeter illam ex Grutero, unicam inscriptionem novit, tribum *Aeliam* sistentem, quam dedit p. 134, 94. (Gor. *Etr.* 1. p. 253, 30. Mur. 795, 2., ubi hoc saxum male datur:) M. AVR. M. F. AELIA. GALL. VIMINACIO; ego vero et in Fabretto video duos praeterea lapides, qui *Aeliam* tribum habent, p. 310, 513. P. AELIVS P. F. AEL. SCANTIVS MVRSA; et p. 359, 85.:

3066. D.. ‖ T. AVREL. VICT... ‖ AELIA. VRSA. VIX ‖ XXX. M. AN. XII. *cet.* — E schedis Barberinis. Non vero mirum, Fabrettum de tribu *Aelia* non cogitasse, quae post cognomen ponatur: sed tribum etiam, non patriam tantum post cognomen interdum occurrere alibi docemus; Fabrettusque nimis pauca huius moris potavit exstare exempla. VRSA, quid sit, nescio: lectionem MVRSA firmat praeter p. 310, 513: lapis alter, apud Montfaucon. *Diar. Ital.* p. 116. Mur. 797, 7.:

3067. D. M ‖ T. AVRELIO TITI FILIO ‖ AELIO MVRSA MAXIMO ‖ SIGNIFERO EQ. SING ‖ IMP. N. *cet.* *Mursa* Pannoniae inferioris locus, ut legitur ap. Grut. 1007, 3. *Domo Mursa ex Pannon. inferiore.* legoque pro AELIO in saxo hoc, quod *Ph. a Turre* Mont-

fauconio transmisit, vix ipse vidit, AELIA sc. tribu.[1]) Ita in quinque saxis est *Aelia* tribus. De duobus posterioribus tamen haereo nonnihil: quum enim Mursa, *πόλις Παιονίας κτίσμα Ἀδριανοῦ* fuerit, teste *Stephano Byzant.* v. *Μοῦρσα*, quumque coloniam fuisse Mursam constet etiam ex Ptolemaeo, subit, annon haec colonia Mursa a conditore suo *Aelia* fuerit cognominata, quia utrobique *Aelia Mursa* iunctim legitur. Si magis placuerit Aelia tribus, notabis eam occurrere tantum in saxis provinciarum ad Danubium, Pannoniae, ubi Mursa, et Viminacii et Scupis provinciae Moesiae: videnturque illarum provinciarum cives[2]) in Hadriani honorem tribus Aeliae dici et legi voluisse; nam datum esse Imperatoribus, ut gentilitio suo nomine tribus nominarentur, Panvinius iam vidit, nec negat Fabrettus. AELIO pro AELIA non miror; ita contrario errore CAMPANA*m* tribum finxit sibi Fabrettus, ex vitiosa lectione pro CAMPANVS. v. infra.

2. AEM. AIM. AEMI. AEMIL*ia*.

3. AN. ANI. ANIEN. ANIENS. ANIESIS. Aniensis.

4. ° AP. Grut. 909, 11. 12. Appia. Sed haec omnino explodenda, quum in iisdem saxis Grut. 1132, 5., iunctim repetitis optime legatur PAP*iria*. Itidem 911, 12. pro AP. leg. PAP.

5. AR. ARN. ARNIEN. ARNIESE. Arniensis. Reiicienda est NARNIENSIS Gruchii et I. Fr. Gronovii.

6. ° AVG*usta*. Uno nititur exemplo ap. Fabrett. 340, 513.:

3068. M. AVREL. M. F. AVG. MARCIANVS TRA . . . ubi, nisi maxime, ut mox, leg. AVR., est tribus tantummodo imaginaria s. militaris, quemadmodum has nominare possumus. Eiusdem vero generis est:

7. ° AVR*elia*. Fabrett. p. 340, 513.:

3069. M. AVREL. M. F. AVR . . . .

8. ° CAMILIA. CAMIL. CAM. Grut. 528, 4.:

3070. D. M ‖ L. AVRELIVS L. FIL ‖ CAMILIA. FIRMVS ‖ BAGENNIS. MIL. COH ‖ XI VR. 7. NIGRINI ‖ VIX. ANN. XL. MIL. AN. XXI ‖ TESTAMENTO PON ‖ IVSSIT. — Romae. Septem Pisaurenses, Veronensem unum hac tribu censitos enumerat Oliverius *Marm. Pisaur.* p. 99. Habent eandem etiam Fabrett. p. 139, 141. Maffei *Mus. Ver.* p. 225, 4. Oderic. p. 194, 19.

9. ° CAMPANA. Haec omnino explodenda, quum duobus tantum iisque corruptis saxis Gruterianis debeatur. Scil. 564, 4., in lapide

1) Haec scripsit Hagenb. ante editum Muratorii thesaurum, ubi ad 797, 7. itidem conicitur AELIA. Vide et Hessel. *Ind.* 23. *Gud.* p. 74. 94. 95. *Supplem. Ind.* p. III. b. Zachar. *Marm. Salon.* p. 13. N. 13., ubi L. FL. PRAET. CLEMENT. IVLIAN. PONTIF. QVINQVENNAS (l. quinquennali) DESIGNATO cet. emendare tentat: L. FL. P. F. AEL*ia* vel AEM*ilia* tribu, vana omnino coniectura. *Aeliam Mursam*, quamvis admodum placeat haec altera Hag. coniectura, tamen agnoscere non videtur lapis ibi (*Essekii*) effossus, mihi quidem non visus, sed memoratus Reichardo *Orb. antiq.* fol. 43. p. 3.

2) milites dumtaxat, dicere praestabat. v. infra.

Altenburgi prope Vindonissam antiquam, efosso pro: C. VALERIVS C. F. VOL. CAMPANA lapis ipse, teste Hagenbuchio, habet VOL. CAMPANVS, et 745, 8. cfr. Marm. Taur. 2. p. 120, 137.:

3071. VALERIAE ‖ M. F. TERTIAE ‖ C. MONIANIVS ‖ C. F. CAMP. VALENS ‖ OPTVMAE MATRI ‖ VNANIMES POSVERE — Aug. Tauriuor. — ut maxime sit sincerus iste lapis Pingonianus, manifestum est, duos memorari *C. Monianium*, et *Campanum Valentem.*

10. CL. CLA. CLAV. CLAVD. CLAVDIA.

11. * CLVENT*ia*. Grut. 518, 9.:

3072. * DIIS MANIBVS ‖ SEX. IVNIVS SEX. F. CLVENT ‖ FRONTINVS ‖ VET. LEG. PRIM. ITAL. VOLVNT ‖ VIX. ANN. LXIIX. M. IIX ‖ H. S. E. — Sublaci. E Pighianis et Metelli schedis. Cfr. Fabrett. *Col. Trai.* p. 199. de tribu Cluentia docte disputantem. Sed, ut dicam, quod sentio, titulus iste, etsi a Maffeio Hagenbuchioque non notatus, valde mihi est suspectus, tam quod ex illis non optimae fidei schedis prodiit, tum quia, vix alibi reperias *Leg.* PRIM. pro *Leg. I.*, nec *Legiones Voluntariorum*, nisi hic et in lap. Reinesiano p. 544, 76., e schedis suspectioribus etiam Langermanuianis petito, sed, ut consentaneum est, *Cohortes* dumtaxat Voluntariorum. Duplicem igitur hic fraudem Ligorianam agnosco, tum in legione Voluntariorum, tum in inaudita tribu Cluentia conscribenda. CLV. enim, quod persaepe reperitur, nil aliud significat, quam *Clustumina s. Crustumina*, quod quum ignoraret subdolus homo, vel verba quo daret viris eruditis, nove explicare notam illam gestiens, finxit nobis *Cluentiam* tribum. Simile quid mox observabimus ex Fabretto in tribu, si Diis placet, CLVVIA.

12. CLV. CRV. CLVST. CRVST. CRVSTVMINA. — CLV. male aliquoties Hagenb. explicavit CLV*sina*, quae nulla unquam fuit.

13. * CLVVIA. Grut. 521, 2.:

3073. DIS MANIBVS ‖ D. ANTISTIVS D. F. CLVVIA ‖ AETERNVS ‖ MIL. COH. V. PRAET. 7. AELI ‖ ASPRI. VIX. ANN. XXXXII ‖ M. IIX. D. XXII ‖ T. F. I ‖ IN FRON. PEDES XXIIII ‖ IN AGRO PEDES XXIIII. — Via Praenestina. Ex Panvinio. — HAGENBVCHIVS haec observavit: Tribum hanc Ind. 12. *Scal.* omissam notat Fabr. *Inscr.* p. 396.; at idem *ad Col. Tr.* p. 199., nulla Gruteri vel Scaligeri iniecta mentione, coniecerat, Panvinium CLV. male intellexisse, de suoque finxisse integrum CLVVIA, quum fuerit CLVentia, vel CLVstumina. Iuvat Fabretti coniecturam, quod exscriptores saxorum saepe extense dabant male, quae siglis notata tantum erant, aliamque interpretationem postulabant. v. infra in FABIA trib. Quid autem, si h. l. ligatae literae (quas typis imitari non possumus) exscriptorem fefellerunt? Gorio *Etrur.* Ind. XI. tribus CLVVIA male placuit. — Eo igitur propendebat HAGENB., ut hic quoque agnosceret tribum CLVENTIAM, quam equidem prorsus reiicio: ita-

que, ut sincerum nostrum sit saxum, de quo ambigere licet, fuerit utique CLVstumina.

14. COL. COLLINa.

15. COR. CORN. CORNELia.

16. * DVMia. Grut. 772, 5.:

3074. CLAVDIAE VENERIAE ‖ A. GELLIVS A. F. DVM ‖ SECVNDVS BONONIA ‖ FECIT ET SIBI ‖ IN FR. P. VI. IN AGR. P. IX. — Via Cassia; ex Panvinio. Sed recte Malvasia *Marm. Fels.* p. 497. LEM. legit pro DVM. nulla alia auctoritate nixa, nisi duobus aliis saxis Panvinianis auspectissimis Grut. 920, 8. et 975, 11.

17. ESQ. ESQVIL. EXQ. Esquilina.

18. FAB. FABIA. Notamus hic tribuum nomina ab exscriptoribus et falsariis aliquoties in hominum cognomina esse conversa. Velut in saxo Villariensi IVL. C. F. FAB. CAMILLO, quod dedimus in Helveticis, FAB. in *Fabio* deformavit Wildins *Avench.* p. 239, 18. et ex eo Altmannus. Quod in Grut. 939, 2. est FABIVS, id in Grut. 885, 3. rectius est FABIA tribu. Ex GAL. tribu saxi Saguntini apud Grut. 885, 8. et 930, 7. falsarius saxi alius Saguntini fictitii GALLVM procudit Grut. 871, 2. Ita GALLICO schedae Farnesiae male, pro vero schedarum Muratorii GALeria Mur. 685, 3. Mur. 478, 5. SERGIVS pro SERGIA, ut ipse notat: immo pro SERG. Hagenb.

19. FAL. *Falerina.*

20. * FL. FLA. FLAVIA. Grut. 566, 5., repet. 1052, 5. Don. VI. 163. Mur. 862, 7.:

3075. D. M ‖ C. VALERIVS C. F ‖ FLAVIA. SPECTATVS ‖ SISCIA. MIL. COH ‖ VIII. PR. 7. VOCONI ‖ MIL. ANN. VI. VIX ‖ ANN. XXVIII. H. F. C. — Reate, al. Romae. — Maff. *Mus. Ver.* 120, 7.:

3076. D. M ‖ M. COELIO ‖ M. F. FL ‖ HOMVLLO. SOL [1] ‖ MIL. FR. LEG. VI. VIC... — Veronae.

1) Flavia SOLva, Norici oppidum. v. Maff. *Mus. Ver.* p. 244, 2.:

3077. D. M ‖ C. CENSORIO ‖ C. FIL. SERENO ‖ FL. SOLVA ‖ 7. LEG. XIIII. GEM ‖ FVSCIVS SVC‖CESSVS ET CENSO‖RIVS FORTVNATVS ‖ H. F. C. — Vindobonae.

In Gruteriana Reinesius iungebat *Flavia Siscia* Pannoniae civitate, in Veronensi Maffeius *Flavia Solva*, tribu Flavia, quam agnoverunt Fabrettus, Hagenbuchius et Marinius, prorsus explosa. Vide nos infra omnem hanc rem accuratius definituros. Accedit tandem Oderic. p. 320. lin. 2.:

3078. L. BOGIONIVS L. F. FLA. MISSICIVS SOLVA. Cfr. Marini *Atti* p. 329. S. P. T. ATILIVS T. F. FLA. RVFVS PAESTO. et Fabrett. p. 340, 513.:

3079. M. AVREL. M. F. FL. ARCAINVS FI...
M. AVREL. M. F. FL. SILVANVS .....

Grut. 941, 11., tribus EL. non placet ex uno hoc saxo; an tribus Flavia cum Scal. Ind. 23. accipienda sit b. l., dubito: fortasse leg. L. F. HAGENB. Rectissime.

21. GA. GAL*eria*. Scribitur fere ut CAL. Oderic. p. 320.

22. * HOR. HORAT. Quattuordecim circiter exempla habet in solo Grutero, quorum duo 26, 10. et 661, 14. in Ind. 12. Tribuum omissa sunt. Accedit Marini *Atti* 2. p. 729. C. IVLIO P. F. HOR,. CORNVTO *cet.* et T. 1. p. 330. C. ASINIVS Ç. F. ORA. MARCELLVS.

23. * IVL*ia*. Quae Gruterus exempla habet, 549, 4. et 924, 15. Panvinio tantum debentur, quem fictarum tribuum reum haud semel iam deprehendimus. Certiora sunt Fabretti *Col. Trai.* p. 37. repetitum a Maffeio *Mus. Veron.* p. 309. ex albo militum:

3080. A. CERVIDIVS A. FIL. IVL. REPOSTVS VTIN. — Q. VALERIVS Q. FIL. IVL. FELIX. KARTH. — tum Oderic. p. 320.:

3081. C. ROMANIVS C. T. IVL. ITALICVS EMONA. et praeterea bis, iuncta utrobique cum militis patria Emona. Item Fabrett. p. 140, 147.:

3082. L. OPTATIVS. L. F ‖ IVLIA. SECVNDINVS ‖ EMONA. MIL. COH. IX ‖ PR. 7. OTACILI. MIL. ‖ ANN XIII. VIX. ANN ‖ XXXIIII. L. OPTATIVS ‖ CRISPINVS EQVES COH ‖ EANDEM. (*sic*) FRAT. PIENTISS. — S. l. e schedis Chisiis, neque tamen suspecta; denique Marini *Atti* p. 329. C. IVLIVS C. F. IVL. CA... it. 330. et 331. C. GARGILIVS. C. F. IVL. SATVRNINVS CAR. De hac quoque tribu IVLIA v. nos infra.

24. * LAT*ina*: uno nititur lapide vel corrupto, vel ficticio Grut. 735, 7.:

3083. * L. OCTAVIO L. F. LAT ‖ SEVER. SEVERVS ET ‖ PRAXILL. PARENT. P. — Rhodigii. E Nicolii *Historia Rhodigin.* leg. f. PALAT.

25. LEM. LEMON. LEMONIA.

26. MAEC*ia*. Sic scribitur in lapp., unde hoc dedimus in Cic. *pro Plancio.* c. 16. p. 98. [NIC. tribus ap. Fabrett. p. 213, 536. f. MEC. Maecia tribos reperitur MEC. scripta ibidem. NIC. nusquam inveoitur. Ita OEF. est ibid. pro OVF*entina*. HAGENB.]

27. MEN. MENEN*ia*. Quum in uno lapide dumtaxat scriptum exstet MENEN., Manutius, qui eam non noverat, dubitabat, an eius nomen fuerit *Mentina*, ut est ap. Ioseph. *Antiq. Iud.* 13, 17.; sed obstat Grut. 409, 8.:

3084. C. FIRMIO C. F ‖ MENEN. RVFINO ‖ EQ. PVB. LAVREN. LAV ‖ DEC. FLAMIN. PATRONO ‖ COLLEGIORVM FABR ‖ CENT. DENDR. FELTRIAE ‖ ITEM. QVE. BERVENS[1]) ‖ COLLEG ‖ FABR. ALTINATIVM ‖ PATRONO. — Feltriae. Ex Panvinio.

1) Plin. *H. N.* 3, 19. Non tamen infitiandum, quicunque postea dederunt hunc lapidem, Aldum, Suetium, Gruterum, Gauducium in Spotorno *Trattato.* I. p. 47.

omnes ex uno Panvinio eum mutuatos esse, ita ut nondum omne dubium sublatum sit. Grut. 440, 1. est MIN. pro MEN., ex qua perperam fecerunt quidam tribum MINVCIAM.

28. OCR. OCRICulana. Grut. 189, 5. ex Panvinio. 23, 6. ex cod. 194, 2. e Iacobonio. 1031, 4. ex Vrsinianis. Mur. 9, 5. e Ligorio. Certiorem auctoritatem valde desidero.

29. OVF. O. V. F. OVFENtina. Singularis est haec Romana ap. Oderic. p. 198, 28.:

3085. D. M ‖ T. VIBIO MVNATIA.. ‖ TRIBVLI TRIBV OVFEN... ‖ ALBENSI. EQ. COH. III. PR... ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQV ‖ FIERI IVS... —

30. PA. PAL. PALAT. PALATINA.

31. PAPIAM tribum loco suo movit, omnesque notas, quae ad eam vulgo referebantur, ad PAPIRIAM pertinere docuit HAGENBVCHIVS, cuius lucubrationes doctissimas in excursu huic §. subiuncto dabimus.

32. PAP. PAPIRia. Pro PP. Grut. 347, 2. ex eod. saxo repetito 517, 5. leg. PAP.

33. ° PINARIAM in lapidd. non memoratam e mutilo Festi loco in *Popillia tribus* expiscatus est Scaliger.

34. PO. POB. POP. PVB. PVBL. PVBLIL. PVBLICIA. Poblilia, Publilia, Popilia, Publicia eadem videtur fuisse. Grut. 1160, 13. pro POR. l. POB.

35. POL. *Pollia.*

36. POM. POMP. POMPT. PON. PONTINA. Pomptina.

37. PVP. PVPIN. PVPINIA.

38. QVI. QVIR. QVIRINa.

39. RO. ROMilia. Grut. 1026, 3. ROM. VET. est vel ROMilia. VETerano, vel ROMa(oriundo) VETerano. v. Gorium ad Don. p. 225, 14., neque cogitandum de ROMilia VETere tribu, uti accepit Scaliger *Ind.* 12.

40. SA. SAB. SABBATINa. Tribus vero SABINA, vel SABINIA, de qua somniavit Reines. p. 457. ad saxum Ligorianum, nulla fuit. Sic VALERINAM uni debemus Reinesio p. 567. CIVICAM Ligorio et Gudio 40, 5. SEPTIMIAM rursus Reinesio v. infra.

41. ° SAPPINIA tribus Livio 31, 2. et 33, 37. memorata Umbriae pars fuit, prope oppidum hodie *Savignano* dictum, ut arbitratur Reichardus, neque igitur ad XXXV. tribus Romanas pertinebat; immo consentaneum est, alios quoque Italiae populos in tribus antiquitus fuisse divisos. At quam ex Livio male intellectam nomine tenus norant falsarii, negligere nolebant; unde confictum est sequens saxum ap. Fabrett. p. 559, 88.:

3086. ° D. M ‖ L. VALLONIO L. F. SAPINA ‖ LIBERIO SPOLET ‖ EQVO. SINGVL. VIXIT ‖ ANN. XLIX. MENS. X ‖ L. VALLONIVS L. F. SAPINA ‖ VALENS T. F. C ‖ IN. FR. P. XI. IN AGR. P. XIV. — Sine loco, e schedis Barberinis. Iterum SAPINIAM finxit Ligor. Gud. 61, 2. Fraudem tum in tribus nomine, tum

in EQVO SINGVLARI, formula ex EQVITE SING. et EQVO PVBLICO male confusa manifesto sese prodentem ne Hagenbuchius quidem animadvertit.

42. SCA. SCAP. SCAPT*ia*.

43. SER. SERG*ia*.

44. * STABERINA Scaligeri *Ind.* 12. omnino reiicienda: nam in Grut. 882, 14.:

3087. L. OCTAVIO L. F ‖ STABERIN ‖ CAPITONI ‖ C. OCTAVIVS CAPITO ‖ PATRVVS POSIT. — Paronae prope Veronam. — STABERIN*o* cognomen est. Cfr. Mur. 480, 6. Maff. *Mus. Ver.* 89, 3. HAGENAVCH.

45. ST. STE. STEL. STELL. STELLATINA.

46. SVB. SVBVRA. SVC. *Suburana* vel *Sucusana* eadem est tribus.

47. TER. TERENTIN*a*.

48. * TITIENSEM quoque ex Festo h. v. indici suo inseruit Zacharia; sed eodem iure, id est nullo, Ramnenses etiam et Luceres huc referre potuisset.

49. TRO. TROM. TROMENT*ina*.

50. VEIEN. VEIENTINA. Profertor a Grut. 922, 1. ex Panvinio, tribuum magno fautori; quae quidem auctior exstat ap. Mur. 1091, 3.:

3088. * IOVI OPTIMO MAX ‖ SACRVM ‖ T. RVNCANIVS T. F. VEIEN ‖ ASTVRIVS ‖ PROCVRAT. ORD. VEIENTIVM. L. D. D. D. — Insulae, ex LIGORIO, manifesta fraude ab eodem conficta. Panviniana est etiam Grut. 912, 15. Certiores itaque desidero lapides; nam alinnde satis de ea constat. v. Festum h. v.

51. VEL. VELL. (Grut. 36, 15.) VELINA.

52. VER. In Grut. 418, 9., Hagenbuchio quoque iudice, est cognomen: difficilior quaestio est de Grut. 551, 7.:

3089. C. LVDIVS C. F. VER. RVFVS ‖ TRIB. MIL.... ‖ ARBITRATV T. OPIDIENI. T. F. SER ‖ ET HILARI LIB. — Romae. — ubi quidem Pighius et Fabrettus pro VER. legebant SER*gia*, sed amicus Marinio *Atti* 2. p. 482. testatus est, se suis oculis in lap. ipso legisse VER. Addit Marinius l. l. sequentem:

3090. RVPILIVS | C. PETRONI | A. ALLIVS
L.L. NICEPHOR. | C. F. VER. RVFI | A. ET. Ↄ.L. FELIX.
A. VETTI
A. L. EROS. — Villa Peluechi; ubi notandum, hic quoque *Rufum*, ut in lap. Gruteriano censeri tribu illa VER., quam *Verriannae*, an *Verginiam* an *Vergiliam* an *Verinian* putet dictam fuisse, ambigit Marinius. Nihil equidem definio; sed duorum duntaxat lapidum etsi sincerorum utiusque auctoritas, ut inauditam alias, neque ad imperatoriom aliquod gentilitiom nomen referendam agnoscam tribum, me nondum induxit. Igitur hoc quoque vel cognomen erit *Verus*, *Verinus*, *Veronius*, vel aliquis taodem latet error. — VERC. in Grut. 1110, 6. a Scaligero in Ind. tribuum relatum nihil aliud nisi pa-

triam militis VERCellas significat. Quid porro faciendom sit tribu VES. ap. Marinium p. 329. . . ALVIVS L. F. VES. MAXIMVS FIR. PIC., nondum video.

53. ° VET. VETVRIA. In lapidibus sospectis dumtaxat et commenticiis, qualis certe est Grut. 24, 15., Panvinianis Lazianisque legitur, ut inspectis 105, 10. 860, 11. 902, 4. 1091, 3. ipse videbis. Ceterum certa est. Liv. 26, 22. In quibusdam VET. corruptum esse potest ex VEL. vel VOT. Videndom quoque ne VETeranum notet.

54. ° VLP. Vlpia tribus militaris imaginaria; quae in sinceris lapp. plus semel memorator. v. c. Grot. 532, 9. 940, 9. Fabr. 340, 513. et 341, 518. *Mus. Ver.* p. 309. de Vita *Antiqq. Benev. Inscr.* p. 50, 6.

55. VO. VOL. VOLT. BOLTINIA. VLTINIA. Voltinia. Quaerendum, an cum Marinio p. 482. tribus VOT. paucis in lapidibus, iisque fere Bergomatibus reperienda, a *Voltinia* sit distinguenda, explicandaque VOT*uria?* Equidem ea de re dubito, quum varietatem haud minorem viderim in Popilia s. Publicia; nisi hae quoque secernendae.

HAGENBVCHII DE ROMANA TRIBV
PAP.
ΠΑΡΕΡΓΟΝ.

Tribum PAP. his tribus tantum literis frequentissime incisam, quonam modo legemus? Aut PAP*ia*, aut PAP*iria*, quas diversas fuisse tribus, omnes video tradere. Quamquam dubie nonnihil Ant. Augustinus Dial. IX. Antiqq. p. 127. de lapidis Barcinonensis PAP. ita disserens: „B. Dic tribus nomen. A. *Papia*, vel *Papiria*. B. Suntne tribus binae, an unius duo nomina? A. Incertum id, et ambiguum, ut pleraque antiqua, et a memoria remota. Illud certum, ab antiquis scriptoribus ac marmorum titulis *Papiriam* tribum diserte nominari: in nonnullis etiam lapidibus *Papiam*. *Papiria* itaque vetus est tribus, ona de triginta quinque tribubus rusticis. *Papia* vero extra ordinem numerumque censetur, et forte ao *Curiae* sit nomen." — Curiae nomen esse *Papiam*, *Papiriam* tribus remittimus facile Augustino, PAP. tribu contenti. — Si autem fuerunt diversae *Papia* et *Papiria*, siglas PAP. de utra accipiemus? Incerti semper erimus. TICINVM, haud ignobilem Galliae Transpadanae civitatem fluvio cognominem, mutato nomine PAPIAM adpellatam esse, iam Paullos Diaconos literis memoriae prodidit: unde hodieque P. in V. mutato PAVIA dicitur. Hoc *Papiae* nomen unde *Ticino* et quando primum inventum sit[1]), fortasse praestat nescire cum Cluverio *Ital. Ant.* 1, 23. p. 236., quam a tribu PAPIA, in qua Ticinenses censiti sint, derivare. Nullo enim alio exemplo docemur, oppido alicui nomen medio aevo haesisse a tribu, in quam eius

1) v. Maffei *Osservaz. lett.* I. p. 77. et Beretti *de Italia medii aevi Dissertat. chorograph.* p. 127. Orell.

cives antiquitus essent relati. Placuit tamen nostra aetate, Ticinum nomen Papiae a tribu Ticinensium *Papia* accepisse, Fontanino, eumque secuto Wesselingio ad Anton. *Itin.* p. 283., nec non Muratorio, qui ad 786, 3. haec commentatur:

„Mediolanenses in Oufentina tribu scripti fuere. Propterea heic *Mediolanum Offentina* dicitur. Alibi in eam sententiam inclinavi, non aliunde descendisse nomen *Papia*, inditum Civitati Ticinensi, quam ex tribu *Papia*, cui Vrbs ipsa fuit adiecta. Scilicet *Papia Ticinum* ea fuerit adpellata, ut heic *Offentina Mediolanum*. In militari inscriptione apud Fabrettum p. 213. legitur L. BASSENIVS OEF. FELIX. et infra TI. CLAVDIVS. TI. F. OEF. VICTORIN. Restituendum utrobique OFF. scilicet *Offentina* tribu, quae tamen frequentius per OVF. designari consuevit." — Si *Mediolanum* medio aevo *Offentinae* nomen accepisset, eoque adhuc diceretur, non *Milano*, ut Ticinum *Papia* vel *Pavia*, magnum sententiae Muratorianae robur adderetur. Vereor vero, ne saxo Vignoliano NATIONE. OFFENTINA. MEDIOLAN. abusus, frustra *Mediolanum* urbem crediderit *Offentinam* dici, a tribu *Offentina*, vulgo *Oufentina*. OEF*entina* his in Fabr. p. 213, 536. vers. 4. (cuius vox extrema MEVI. fortasse mendosa aut MEV*ania*, aut MEDI*olano* videtur legenda) et vers. 16. quod in OFF*entina* Muratorius mutat, sine necessitate; nisique a Murat. omissum, Vignoliani libri p. 212. *Inscr. sel.* vetaret, Vignolii OFFENTINA ex Fabrettinis OEF. in OEFENTINA potius mutarem. OVF*entina* tribus, OEF. quoque et OFF. scripta, si Fabretti et Vignolii typis standum: neque vero unquam *Mediolanum* nomen *Oufentinae* habuit. Quanto rectius Gorius *Inscr. Etr.* T. 2. p. 305. saxum Vignolianum ante editum Muratorii Thesaurum adtulit, ex eo monitnrus, lapidarium NATIONE ante OFFENTINA incidisse, quod rectius ante MEDIOLAN. fuisset scalptnrus! Ne ergo ex fabrili hac μεταθέσει alterum Mediolani sive nomen sive cognomen in posterum exsculpamus.

At *Mediolanum Offentina* dicta adeo placuit Muratorio, ut ad eius imitationem PVBLILIAM VERONAM nobis induxerit ad 838, 4: non cogitans PVBL*ilia* (tribu) VERO*na* iungi non debere, sed Tribum cognomini vulgo praefixam, interdum etiam suffixam esse[1]). De saxo hoc Doniano VI, 130. p. 259. cum suavissimo Gorio, nondum edito Thesauro Muratorii novo, per literas egi anno abhinc duodevicesimo, iam tunc monens, imperfectius turbatiusque datum fuisse a Grut. 1031, 6.; quod ut Gorium tunc fugerat, sic postea et Muratorium fugit.

Ad 846, 5. haec habet Muratorius: „Habes heic Ticinenses Papiae tribui adscriptos. Inde, ut supra significavi, inditum postea Ticino *Papiae* cognomen, quod nomen evasit. Apud Reinesium pag. 519. legitur C. DECCIVS PAPIRIA TICINI MILES. Scriptum ibi fuerit PAP. aut PAPIA." — Vir celeberrimus οὐδὲν ὑγιὲς hic dedit, nisi initium

1) Post cognomen OVF. MED. male de *medico* pro *Mediolano* acceptum a Scaligero, recte a Muratorio, vide me ad Grut. 488, 11. Hagenb.

hoc, *Ticinenses Papiae tribui fuisse adscriptos.* Quid? quod et hoc male se habere, proque *Papia* tribu *Papiriam* fuisse ei scribendam ex Reinesiano quoque lapide infra videbimus.

Ticinenses nemo negat tribu PAP. fuisse censitos. Consonant Muratoriano 846, 5. alii etiam lapides. Vel in Fabrettino supra adducto legitur p. 213, 536. vers. 2.:

Beneficiarius TRIB*uni* C. NOVELLIVS. C. F. PAP. VRSINVS TICIN*o*.

unde, quod in Museo Veronensi 267, 1. editum est, fortasse in mendo cubare suspicor:

SEC*utor* TR*ibuni* TERENTIVS. PAP. CALLISTVS. ELC.

Mirum sane, unum hunc Terentium Callistum praenomine carere: deinde quam hic PAP. tribu census patriam habuerit, ELC ostendit, an abscondit? Haec enim quaenam? Quod Maffeius p. 267, 1. non docuit, docuit in indice demum Geographico p. 498. col. a. ante fin. „ELC. f. Electhio 267, 1." Fortasse Siciliae *Ἐλκέθιον* Ptolemaei p. 171. edit. Frobenianae, cui Erasmus praefatus est, huc non magis quadrat, ac eiusdem Ptolemaei *Ἔλκηβος* Triboceorum p. 116., de quo in Alsatia Romana celeberrimus Schoepflinus noster.

Immo ex Muratorii typo longe sordidissimo, quem haud immerito elegantissimus Maffeius fastidivit,

SOC. TR. M. TERINTVS. PR. CALLISTVS. TIC. legere conor:

SEC. TR. M. TERENTIVS. PAP. CALLISTVS. TIC., ut ex stercore Muratorii duae eluceant gemmulae, et praenomen *Marcus*, et patria *Ticino*.

In Reines. VIII. 22. p. 519. PAPIRIA cum censore Muratorio, cur, quaeso, mutabimus? Num PAPIRIA Tribus Romana non fuit? Ticini cives, nunc Papienses, *Papia* olim tribu fuisse, unde nobis fides fit? Ipsum, credo, Muratorium poenituisset tentatae ex ingenio correctionis, si Reinesianum lapidem novisset ab aliis duobus, iisque *αὐτόπταις*, ita datum esse, ut, licet in aliis quibusdam non per omnia consentiant, ambo tamen sine ulla *διττογραφίᾳ*, quasi solis radio scriptum exhibeant: PAPIRIA. TICINI. Sic Aegidius Gelenius *de magnit. Coloniae Agripp. Lib. 1. Syntagm. 9. p.* 87. adductus ab Henninio in *adnotationibus ad Tollii Epistolas* p. 260. Praecedit in Henninio ex eodem Gelenio, cuius librum non habeo, aliud eiusdem loci monumentum PVPINIA tribu notatum; quod ab Henninii *παρερμηνείᾳ* erudite vindicatum est a celeb. Wesselingio *Probabil.* Cap: XV. p. 121. seq. Ambo lapides ex ima humo egestos esse ad Rhenum anno 1652. et insertos propugnaculo, quod Rhenum prospectet, dicere Gelenium Henninius testatur. Post Gelenium produco auctorem Britannum, ex quo utrumque lapidem adhuc Coloniae Agrippinae exstare didici, Richardum Pocockium, qui Inscriptiones Graecas et Latinas a se editas anno MDCCLII. ex Britannia usque liberaliter mihi dono misit. Is igitur pag. 78., col. a, utrumque lapidem dedit a se exscriptum Coloniae Agrippinae: ambae Tribus expanse leguntur: in altero PVPINIA, in

altero PAPIRIA. Contra hos testes quis temere credat Muratorio in lapide Reinesiano scriptum fuisse PAP. aut PAPIA?

De *Papia* tribu valde adseveranter est locutus Onuph. Panvinius *de Civ. Rom.* cap. 51. p. 289, *ed. Graev.*, cuius supra XII. inscriptiones se exstare vidisse volt videri, sic exaratas: PAP. PAPIA. De PAP. ultro largior: de PAPIA qui possim? Ipse postea Panvinius *Cap. eod. p.* 293. *De tribu Papia:* Frequentissima, inquit, mentio est huius tribus in vetustis marmoreis monumentis; ita ut haec una fidem reliquis facere queat, plures quam XXXV. tribus fuisse. — T. quoque Annius Milo oratione Ciceronis celebratus e gente Papia fuit, a qua proculdubio haec tribus nomen accepit: de qua hi lapides meminerunt." Produeit primo Sotricosem, deinde Romanum, postremo Neapolitanum. Sed hi testes causae Panvinianae tres contra Panvinium testimonium dicunt.

Sotriensis, quem a Smetio 73, 4. visum dat Grut. 355, 3. PAP. habet, id est PAP*iria*, non PAP*ia*. Romanus ex Smet. 116, 5. datus a Grut. 961, 7. libertum habet, cuius nomen servile post manumissionem cognomen fuit PAPIA. Non tribum, sed cognomen agnoverunt quum Smetius, tum Scaliger in suis nominum indicibus, voce *Caecilius;* prodigiique simile est, PAPIA saxi huius adeo imposuisse Panvinio, qui ipse in libro de *antiquis Romanor. nominib.* p. 78. optime monuerit, servos manumissos dominorum praenomina et nomina tulisse, aus vero vetusta nomina pro cognominibus usurpasse: in vetustis etiam epigrammatibus, infinita propemodum huius rei testimonia esse.

Neapolitanus tandem lapis a Pighio Morillonioque visus, editus a Smet. 141, 1, 2. et a Grutero 879, 6, 7., quasi nonquam prodiisset, datur a Mur. 1709, 5. Neque in hoc saxo Smetius tribum est venatus: at a Scaligero non modo

C. Marcius C. F. Pspia. 879, 6.

ut ante eum a Smetio:

C. Marcius C. F. Pspia. 141, 1. 2.

in Nominum indice est positus: sed praeterea Scaligeri est:

C. Marcius C. F. PAPIA.

omissis tamen numeris, quos Holthenus sine indicio de suo adposuit: 879, 6. 7. et praeterea maiusculam Scaligeri scripturam PAPIA, quae tribum Scaligero notabat, non cognomen, in minusculam *Papia* secus ac debebat, mutavit, quasi non tribus, sed cognomen esset. Dubius itaque sententiae fuit Scaliger de hoc PAPIA, essetne tribus, quod Panvinio indubium erat visum, an cognomen. Cognomen autem esse, non tribum, quidni existimemus? licet non nesciamus, post tribus saepe cognomina non adesse; frequentius tamen leguntur.

Bentleius certe in *Epistola critica ad Millium de Ioanne Malela* a. 1691. scripta, deinde Phileleutheri Lipsiensis *emendatt. in Menandri et Philemonis editas a Clerico reliquias:* Cantabrigiae 1713. recusis adiecta p. 72. non dubitavit, quin Gruterianus homo *C. Marcius C. F. Papia* cognomen habuerit *Papia*, Graece *Παπίας*.

De nomine PAPIAS, PAPIA dixi quaedam in *Epp. Epigr.* p. 450. Addo nunc Mur. 1918, 11. Romae:

L. ORFIO PAPIATI. L. ORFIVS PAPIAS.

Male Murat. Ind. Nom. Christianor. seu XVIII. p. 2386. Col. 1.

L. Orfius Papati L. p. 1918, 11.

— — *Papias.* Ibid.

Ex his Orfiis duobus, qui in saxo ipso posterior est, in indice ad Muratorii mentem debebat prior fieri, et praenomine carere, hunc in modum:

Orfius Papias p. 1918, 11.

L. Orfius Papiati L. ibid.

neque enim L. medii versus sigla *Liberto* de Orfio priore et praenomen *Lucius* de Orfio posteriore simul potest esse. Est vero L. in titulo hoc medio minime *Liberto* sed *Lucius*. *Papiati* autem, non ut in Ind. 18. excusum male est *Papati*, minime patroni genitivus est, sed prioris L. Orfii dativus cognominis ab recto PAPIAS certo inflexus: ita ut sepulto eadem fuerint nomina tria, quae sepelienti: de quo tanto magis constare potuisset Muratorio, si memor fuisset, eundem titulum a se datum iam esse 1196, 4. *Pisauri apud Oliverios. Ex Oliverio.*

L. OREIO PAPIATI
FILIO DVL.
L. OREIVS PAPIAS.

Ex hoc Muratorii loco putes, Pisaurense esse saxum, quod tamen ab Oliverio *Marm. Pisaur.* p. 63. n. 155. in *Peregrinis* est locatum, Romaeque effossum olim ad Episcopum Oliverium Pontificii Sacrarii Praefectum perveuit. Celeberrimus Marmorum Pisaurensium editor, idemque commentator doctissimus, notarum pag. 198. *Oreiam* gentem antea non notam inscriptioni pretium facere monet. Modo ne *Orfia* gens Marangoniani typi mereatur praeferri. Confer quae de ORFITVS et OREITVS ad Bouhierium quondam scripsi p. 61.

Indicis Muratoriani genitivus *Papati* ex dativo PAPIATI male formatus, monet me de dativo PAPATI, inflexo ab recto *Papas* in saxo Taurinensi apud Maff. 221, 1. et ante eum in Muratorio 1297, 11. haec notante: „*Papas*. Ita appellatus mihi creditur pater adfectione et auctoritate, non natura." Recte: PAPATI OPTIMO enim adpellative omnino est exponendum: sicque exposuerunt editores *Marmorum Taurinensium* T. 2. p. 97. Recte proinde et Mur. in Ind. XVI. seu Quisquiliarum aliquot grammaticalium, ut vocat, pag. 2211. col. 3.:

Papas, id est Pater adfectione 1297, 11. 1781, 26. Recte, inquam de 1297, 11. seu Taurinensi marmore: at male de 1781, 26. seu Florentino, in quo PAPAS non appellativum, sed proprium servi nomen esse, quia in *Epp. Epigr.* p. 450. iam dixi, hinc abeo, ut prodeat

C. PVRELLIVS PAPIA. AVG*ustalis* ET QVAESTOR AVG*ustalis*[1]) ALLIFIS a Grutero 460, 9. relatus ex Smet. 83, 2., quem dedisse

1) *Quaestorem Augustalem* vix recipio: fuerit potius *Quaestor (corporis)* AVG*ustalium* Allifis. Orellius.

αὐτόπτην male visum est Grutero, non adtendenti ad postrema Smetianae paginae 82. verba, Allifana Smetium saxa a sacerdote quodam Anagnino accepisse. Quod neque Smetio, neque Scaligero in mentem venit, Holtheous C. Purellii cognomen, quo nullus in saxo illo caret, Tribum esse pessime existimavit. Scaligeri enim indici 12. seu Tribuum voc. PAPIA de suo addidit, quos a Scaligeranis nullo modo, nisi collata editione Gruteri priore secernas, numeros 460, 9. A Bentleio in eadem ad Millium epistola pag. cit. ob cognomen PAPIA adductus pulcre est *C. Purellius Papia*, quem *C. Purellium* PAPIA *tribu* fuisse ante Holthenom nemo somniavit, nemo post eum somniabit.

Vnum, quantum meminisse possum, saxum est, in quo extense PAPIA tribu legitur, Smet. 43, 1. seu Grut. 307, 7., ex unoque hoc saxo a Smetio et Scaligero in indicibus Tribuum Romanarum data est tribus PAPIA, quae nisi aliunde firmari possit, τὸ ἔαρ οὔτε μία χελιδὼν ποιεῖ, οὔτε μία ἡμέρα. Est autem haec:

DÍS. MÁNIBVS ‖ SACRVM ‖ L. VALERIO L. FIL ‖ PAPIA ‖ SERVIO. SACERD ‖ IOVI TONAN ‖ VIX. AN. LXIIX ‖ L. VALERIVS L. F ‖ PAPIA. GRANIVS [1]) ‖ FRATRI SVO [2]) FEC. —*)
Romae. A Pighio Smetius.

1) *Gravius* Ms. Pighii. 2) SV. id.

Coniectura haud una in agro nascitur critico, quae medicinam huic malo factura videatur.

a) PVPINIA et PAPIRIA expanse scriptae tribus supra occurrerunt in saxis Coloniae Agrippinensis. Hic PAPIA exscriptum male esse pro PVPIN*ia* tribu ne dicam, dicam pro PAPIR*ia:* quod lenius videbitur, quam quod Muratorius Coloniensis lapidis PAPIRIA integerrumum in PAP. aut PAPIA abire iussit, supra a nobis non auditus.

b) Pro PAPIA versu quarto si addito E dandi casu PAPIAE legamus, duo leguntur *Lucii Valerii*, *Lucii Filii*, uterque duplici usus cognomine, priore ambobus communi, posteriore demum, quo par fratrum dignoscatur, diverso; ille *Papia Servius*, hic *Papia Granius* vel *Gravius*.

c) Sed altera haec cognomina, quibus fratrem defunctum vivus a se distinxit, qualia sunt? Aut rarissime aut nunquam visa, SERVIVS, et GRANIVS vel GRAVIVS. Num temere credemus? Etsi et praenomina et gentilicia nomina interdum cognominum vicem sustinere verum sit, SERVIVM tamen sive praenomen, sive gentilicium nomen (fuit enim utrumque) cognominis loco positum non memini occurrere. In toto certe Grutero praeter nostrum Valerium, unus ita SERVIVS occurrit, sed ex male intellecto Nemausensi lapide 978, 11., in quo SERVI non cognomen SERVI*i*, sed appellativum SERVI, τοῦ δούλου PORCIAE RHODINES, singulari schedio possem docere. GRAVIVS

*) Nihil, quantum memini, de hoc titulo omnino spurio habet Maffeius in *arte critica lapidaria;* sic hunc quoque, acerrimum et iniquum interdum iudicem, commentitia aliquando latuerunt. Orellius.

neque gentile nomen, neque cognomen usquam alibi occurrit. Occurrit gens GRANIORVM saepe: at cognomen GRANIVS non invenio nisi in Grut. 617, 3., quod quia ibi ante lacunam cubat GRANIO - - - - merito dubitavi, an schedae Vrsinianae verum dederint. Non dedisse vidi ex Don. VIII. 71. p. 331., ubi ut inedita datur; neque magis scivit, corruptam et mancam in Grutero legi, Muratorius 959, 6. ex Donio tantum dans. Quid igitur restat? tacitus citius audies.

Explosis cognominibus SERVIVS, et GRANIVS vel GRAVIVS, an immisericorditer a me fit duriterque, si inscriptionem Pighianam ex genuinarum numero expungam? Eam quis viderit, nemo tacent. Certum est, primum editorem Smetium non vidisse, qui a Pighio se accepisse scribit. Collata cum Ms. Pighii in Grut. Ed. sec. dicitur. Quid? si eam Pighius Romae ex fontibus non usquequaque limpidissimis, id est ex schedis tantum, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ, πολλὰ δὲ καὶ λυγρὰ complexis, fortasse Ligorianis, unde multas Pighium hausisse aliunde novimus, in suas chartas derivarit? Apicibus olim syllabas quasdam longas notari in marmoribus quibusdam consuevisse satis novimus: sed in Pighiano versus primi syllabis duabus longis solum impositos accentus esse, praetereaque nulli vocali longae in versibus novem reliquis, num valde placet? Qui SACERD*otem* IOVI*s* TONAN*tis* cognomine insulito SERVIO, eiusque fratrem cognomine itidem inviso GRANIVS vel GRAVIVS, nobis obtrusum ivit, ex PAPIA tribu, omnium, ut ipsi videbatur, et vulgo putabatur, certissima fraudem suam detectum iri, vix putavit.

d) Si maxime vera sit urna Pighiana, si verissime exscripta, ita ut in ea bis PAPIA sculpserit manus antiqua, quum alia marmorum aliorum exempla nondum, quod sciam, prodierint, quae PAPIA *tribu* expanse sistant, prodierint autem multa, quae PAPIRIA per extensionem literarum ostenteut, coniiciam, scalprum ab I priore ad I posterius bis properavisse; cuius generis errata fabrilia occurrunt sexcenta, in primis ubi syllabae mediae in eandem cadebant vocalem. Sic BENEMENTI, INCONPABILI, INCREDILIS, RHOPE; pro *benemerenti*, *incomparabili*, *incredibilis*, *Rhodope*.

Muratorius ad 1087, 1. ob PAP. TICINENSIS repetit opinionem suam, *Ticini* nomen olim conversum fuisse in *Papiam*, quod Ticinenses tribui Papiae adscripti fuerint. Immo adscripti fuerunt tribui PAP*iriae*, non PAP*iae*. Quod ibidem in extremo posuit Vir celeberrimus, non possumus non accipere grati. „Gruterus pag. 1093, 7. inscriptionem Ticinensem refert positam T. DIDIO M. F. PAL. PRISCO. Adhibitis ego oculis meis ibi legebam, M. F. PAP. PRISCO." — quae quum scriberet Muratorius, non cogitabat, se totam inscriptionem post Gruterum daturum esse: dedit autem 1119, 4. de *Papia* tribu, et *Ticino* inde *Papia* dicto, iterum commentans, neque quidquam novi adferens. De *Colonia Ticinia* in Grut. 552, 5. explodenda, deque *Colonia Papiensi* ab ipso Muratorio explosa in Spuriis 1798, 2. taceo, ut finiam.

Ante tamen, quam finiam, ne quid dissimulasse videar, aut prae-

varieatua esse insimuler, adducendum mihi esse video saxi Sestinatis a Gorio *Inscr. Etr.* T. 2. p. 345. producti initium hocce:

L. DENTVSIO L. F. PAPI.
A. PROCVLINO EQ. P. cet.

Index XI. seu Tribuum Gorianus ex uno tantum saxo dedit:
„Papia. 1, 9."

sed qui ad istum sdit lapidem T. 1. p. 9. num. IV. non integrum PAPIA, sed solitam tantum siglam PAP. videbit. Miror sutem post aunm I. 9. doetissimum Indieis auctorem non adposuisse etiam II. 345. Versus enim primi literas ultimas PAPI cum A seu litera secundi versus initiali eoniungendas ei fuisse visas, eumque existimasse, L. Deutusium Proculinum tribui PAPIAe adscriptum omnino fuisse, dubitare vix possum: quo retulerim, minutum I in versus primi fine a Gorio ex ingenio fortasse adtextum, euius vestigia in lapide ipso evannisse erediderit: nec non in Gorisno nominum indice legi: „L. Dentusio L. F. Papia Proculino I. (male pro II.) 345."

Etiam si cognomini PROCVLINO, quippe satis sano, nulla medicina opus esse, et Tribus Goriana PAPIA loeo suo ante eognomen posita adsensu dignissima possit videri, iuvat tamen egregie Inlustris Maffeii, nisi egregie fallor, *αὐτόπτου*, typus, quem in *Ver. Illustr.* T. 1. Insc. XVII. p. 8. primum dedit, et in *Mus. Ver.* 362, 9. iterandum duxit, ut malas Gorii et Muratorii (697, 4. ex typo opinor, Sancassanii, quem praeter Maffeium et Gorium praefixit, PAP. APROCVLINO habentis) *ἐκδόσεις* eastigaret. Ergo qui in re epigraphiea tradenda et augenda principatum obtinet, Maffeius Sestini sic legit:

L. DENTVSIO L. F. PAP.
APPOCVLINO EQ. P. cet.

adeoque non PAPIA, sed PAP. id est PAP*iria*. Si cui Gorianum cognomen passim obvium PROCVLINO plus blaodiatur, quam Maffeianum insolitum APPOCVLINO, is sic cogitet, hoc hominis huius eogoomen non magis novum esse, ae gentilicium eiusdem nomen. DENTVSIAM enim gentem aeque ae APPOCVLINVM coguomen alio ullo in lapide non memioi me legere. Quod nisi Fabrettus, ipse Vrbinas, hoe Vmbriae suae saxum igooravisset, *Inscriptionum* suarum Capiti IX. vel ob *Dentusiam* gentem intulisset p. 618. PAPIA ergo tribus apud Romanos nulla unquam fuit. 1)

Hactenus HAGENBVCHIVS.

Vides ex hoc examine, quot tribus a Scaligero, Boindinio Zacharisque relatae vel prorsus evanuerint, vel fundamentis admodum incertis, uti demonstratum est, nitantur. Restat, ut quae de militaribus sentiam, breviter exponam. Marioius quidem ita: *Atti* 2. p. 443. „*I soldati originarj da nazioni barbare divenuti veri cittadini sarannosi chia-*

1) Boindinius *Mém. de l'Acad. des Inscr.* T. 1. p. 39. Papiam, quam agnoscit tribum, ita nuncupatam putat a Papio Mutilo, Cluentiam a L. Cluentio, ducibus belli Marsici.

mati alla Romana, cioè con tre nomi, e il prenome e nome tolto avranno dall' Imperatore, che lor permise la cittadinanza, che questo era il costume, e il dovere, in tanto che alcuni, che lo trascurarono sotto Claudio, furono condotti a mal partito (Dio 60, 17.) *Ed è forse per questo che s'incontrano tanti* Claudj, Flavj, Ulpj, Elj, Auralj, Settimj *nella classe delle iscrizioni militari, e ne' lor latercoli, che si vanno ad ogni poco dissotterrando* (v. Fabrett. p. 439.) *da' quali s' impara altresì, ch' erano quasi tutti ascritti ad una qualche Tribù, e molti a Tribù non conosciute nell' antica Roma, nè date forse ad altri che a soldati, e denominate dagli stessi Imperatori* Giulia, Augusta, Flavia, Ulpia, Aelia *e* Aurelia, *ed era l' aggregazione ad una Tribù pel soldato riputata spesse volte si necessaria, che questa fu data eziandio ad alcuni, che erano di genere libertino.*" Cfr. etiam Fabrett. p. 395. „Nisi quod de istis tribubus, quae nomina imperatoria assumpserunt, diei forsan debeat, eas scilicet nomen suum non dereliquisse, sed novum in adulationem assumpsisse." —

Tribuum quidem istarum imperatoriarum nullum fere in autiquis scriptoribus vestigium superest, nisi apud Cassium Dionem 44, 5. de Iulio Caesare: *τῶν φυλῶν μίαν τὴν κλήρῳ λαχοῦσαν, Ἰουλίαν ἐπικαλεῖσαν*, et 51, 20. de Augusto: *καὶ φυλὴν Ἰουλίαν ἐπ' αὐτῷ ἐπονομάζεσθαι* decrevit senatus. Sed ad istam tribum Iuliam honorariam, et, si quid video, temporariam tantummodo, non possunt referri nisi Panviniana illa admodum dubiae fidei Grut. 549, 4. et 924, 15. Certiores sunt posterioris aetatis, in quibus Karthaginienses et Vticenses in Africa Iuliam tribum profitentur, itemque quattuor Emonenses, s. Aemonenses, s. Hemonenses; quorum patria Iulia Aemona memoratur Grut. 860, 5. et Maff. *Mus. Ver.* 225, 7. hodie *Laibach* s. *Lubiana.* Simili prorsus ratione videmus Flavia tribu censeri eos maxime, qui *Flavia Siscia* et *Flavia Solva* essent oriundi; eodem quoque deducunt vestigia tribus *Aeliae*, cum militum patria *Aelia*, si recte divinavit Hagenbuchius, *Mursa* fere coniuncta. Quadruplici igitur huic similitudini attendentes, eo, nisi fallor, devenimus, ut totam rem sic constituamus: Tribus istae imperatoriae, inter ea, quae simulacra libertatis Tacitus vocat, recte referendae, temporariae tantum fuerunt, vel, si mavis, honorariae et imaginariae, neque temere immiscendae XXXV. tribubus antiquis; ita quidem, ut nomen earum, sicubi exstat, id est, in militibus dumtaxat originis barbarae, vel libertinae conditionis, nihil aliud sit, nisi adeptae civitatis Romanae indicium. Cur vero talibus uti, posthabitis antiquis tribubus, vel sponte sua vel permissu praepositorum suorum potuerint, inde explicandum erit, quod, quum vel posterioribus temporibus sub Impp. formulis quibusdam, ritibus, impendiis opus esset, quo quis tribui vere Romanae adscriberetur, (cuius rei vestigia supersunt in Corporibus Iulianis, Augustalibus, Foederatis in Inscriptt. memoratis,) milites isti vel nimis remoti a sede tribus alicuius et corpore, vel propter paupertatem, vel aliud denique impedimentum, talibus tribulium oneribus atque officiis satisfacere nequiverint, ideoque praetulerint imaginariam aliquam tribum nomini suo inserere; qua in

re haud raro coloniae suae vel municipii honorarium nomen *Iulia*, *Flavia*, *Aelia* delegerint, vel gentilitium etiam Imperatoris, cuius beneficio civitatem essent adepti. Iuliam vero tribum quibusdam placuisse arbitror propter recordationem duarum illarum, quae similibus praeluserant, in Caesaris atque Augusti honorem institutarum; Vlpiam aliis propter Traianum, aliis Aureliam et simpliciter Augustam, minime quidem illam ab Octaviano dictam, sed si recte habet unicum quod supra retuli exemplum, in Marci Aurelii Augusti honorem, si quidem miles ille M. Aurelius vocitatur; alius tandem, quibus ne hoc quidem concessum fuerit, vel qui rem ita expediri posse haud recordarentur, simplicius etiam, ut similitudinem quandam tribuum effingerent, nomen suum ita extulisse, quemadmodum constat ex Maffeii *Mus. Ver.* p. 309., collatis Gudii *Ind.* XII. et Marini *Atti* 2. p. 482.

L. Laelius L. Lib. THARS. Iulianus CILIC. ubi comparet militis patria Tarsus, etsi *Thars.* scripta; et:

L. Cassius L. Lib. AGON. Lepidus REGIO,

ubi AGON. pro vico viciniae Regii Lepidi habet Gudius, non omnino inscite, Marinius vero pro militis cognomine: alterum quidem LEPIDVS ab ipsa patria assumpsit.

Quo vero tutam hanc tribuum rationem a nobis ex lapidibus institutam accuratius etiam putemus, variis earum generibus inter se distinctis, singulas ita enumerabimus:

A. Veteres tribus Romanae XXXV. ex testimoniis potissimum scriptorum antiquorum recensitae a Boindinio (*Mémoires de l'Académie des Inscriptions.* Tom. IV. p. 67.) et, qui totus ex illo pendet, Beaufortio (*République Romaine*, T. I. p. 173.)

1. Aemilia.
2. Aniensis.
3. Arniensis.
4. Claudia.
5. Collina: (urbana.)
6. Cornelia.
7. Crustumina.
8. Esquilina: (urbana.)
9. Fabia.
10. Falerina.
11. Galeria.
12. Horatia.
13. Lemonia.
14. Maecia.
15. Menenia.
16. Oufentina.
17. Palatina: (urbana.)
18. Papiria.
19. Publilia, Publicia.
20. Pollia.
21. Pomptina.
22. Popinia.
23. Quirina.
24. Romilia.
25. Sabbatina.
26. Scaptia.
27. Sergia.
28. Stellatina.
29. Suburana, Sucusana: (urbana.)
30. Terentina.
31. Tromentina.
32. Veientina: (lapides, qui hanc exhibent, parum certi sunt.)
33. Velina.
34. Veturia: (lapides parum certi.)
35. Voltinia.

B. E lapidibus minime suspectis prodiit

1. Camilia. Qua quid faciam, nescio; neque enim haec, neque earum ulla, quas lit. E. recensebimus, cum Boindinio probabiliter referri potest ad octo (*Vell. Pat.* 2, 20.) vel decem (Appian. *Bell. Civ.* 1, 49.) illas tribus novas sub finem belli Italici institutas, moxque rursus abolitas, siquidem tantae antiquitatis nullus est titulorum suspectas illas exhibentium.

C. Tribus imaginariae, militares dumtaxat.

1. Aelia.
2. Augusta, admodum incerta.
3. Aurelia, haud nimis certa.
4. Flavia.
5. Iulia.
6. Vlpia.

D. Tribus ad rem publicam Romanam, post reges certe, haud pertinentes:

1. Pinaria, incertissima.
2. Sappinia, Vmbriae tribus.
3. — 5. Titienses, Luceres, Ramnenses.

E. Tribus vel e lapidibus corruptis et mutilis, vel ex falsis interpretationibus atque coniecturis prolatae, vel tandem data opera a Ligorio, eiusque aemulis confictae; quae asterisco notantur, agnoscuntur a Boindinio:

1. Appia.
2. Campana.
3. Civica.
4. * Clurntia.
5. * Cluvia.
6. * Dumia.
7. EL.
8. Latina.
9. * Minucia.
10. Narniensis.
11. * Ocriculana.
12. * Papia.
13. Septimia.
14. Staberina.
15. Valerina.
16. VER. Marinii.
17. VES. Eiusdem.
18. VOT. Eiusdem, vix distinguenda a Voltinia.

Has autem omnes numero LXV. ratione recte subducta comprehensas videbis LV. illis, quas prius recensui, hoc autem loco distinctius enumeravi. Accedat denique sexagesima sexta DOM*itia*, cuius conditor unus est Saxius *Mss.* 4. p. 209. Mur. 480, 2. M. MINVTIVS. M. F. DOM. SABINVS, non DOM*o* Sabinus cum Hagenb. *Mss.* explicans, sed DOM*itia* tribu. At, si vel maxime tribus h. l. memoratur, corruptela est pro ROM*ilia*.

3094. DIBVS SECVRIS 1) ‖ M. SALVVI ‖ FELICISSIMI ‖ HERACLITIAN. TRIBV ‖ ESQ. CORPORE AVG ‖ PVERO 2) PIISS. ET DVLCISS ‖ M. SALVVIVS ‖ ANTIOCHVS PAT. FEC. ET SIBI ‖ VIX. ANN. XIII. MEN. IIII. DIEB. XI. — Romae, vidit Lipsius. Grut. 618, 3. Smet. fol. 155, 6. et Lips. *Auctar.* p. 52, 7., cum quibusdam δυσογραφίαις. v. c. *M. Salluvi* et infra *M. Salluvius*. it. *Heracliani. Trib.* Habet etiam Don. p. 357, 17.

1) ita *DIS Securis* Grut. 562, 6. 2) *Puerum Caesaris* vocare Scaligerum *Ind.* 19.

puto, quia ex coepore Augusti (puerorum) eum fuisse crediderit vir magnus, quantum ex *Ind. 7.* colligo. Smetius *Ind.* 19. totum aliquod Corpus Aug. in tribu Esquilina statuit fuisse. At malo accipere, puerum hunc tredecim annorum dici tribus Esquilinae, item ex corpore Augustalium, seu corporatum Augustalem fuisse. Notatum merito *Ind.* 12. *Tribu Esq.* plene dictum, quum vulgo omissa voce *Trib.* nonnisi *Esq.* dicatur: sed et loco alio, post cognomina demum tribus hic memorata: id quod et alibi interdum factum notavi." HAGENB. Mss.

Collatis quidem Grut. 213, 1. *Corp. Iuliani.* 78, 3. *Corp. Foeder.* tribus Suessanae, magis propendebam in Smetii sententiam, donec incidissem in Oderic. p. 221, 61., quod Hagenbuchio potius favet:

3092. DIS. MANIBVS ‖ M. FVLVIO P. F. PALATINA ‖ AVGVSTALI ‖ V. A. X. M. V ‖ FECERVNT PARENTES. — Romae. Sic tamen cogitare licet de corporibus Augustalibus tribuum Esquilinae et Palatinae a sodalibus certe Augustalibus distinguendis. An vero sub Imperatoribus eiusmodi tribuum corpora in locum veterum centuriarum successerint, difficilis omnino est quaestio, quamvis hanc opinionem tueatur Franckius *de tribuum - ratione* p. 97.

3093. DIIS MANIBVS ‖ ABVDIAE M. LIB ‖ MEGISTE PIISSIMAE FEC ‖ M. ABVDIVS LVMINARIS ‖ PATRONVS IDEMQVE ‖ CONIVX. BENEMERENTI ‖ NEGOTIATRICI FRVMENTARIA ‖ ET LIGVMINARIA [1]) AB SCALA ‖ MEDIANA. SIBI LIBERTIS ‖ LIBERTABVSQVE POSTERISQ ‖ ET M. ABVDIO SATVRNINO ‖ FILIO TRIB. ESQ. [2]) SENIORVM ‖ VIXIT ANNIS VIII. — In Villa Monciatti, via Ostiensi. Mur. 935, 3.

1) cfr. Mur. 132, 3. ubi *negotiatio fabaria;* Grut. 649, 5. *negotiator leguminarius.*
2) Hoc, quod HAGENB. felice coni. erat assecutus, ipsum marmor dat. v. Marini *Atti* 1. p. 173. Mur. TRIBESQVE.

3094. DIS MANIBVS ‖ P. AELIO P. F. BELLENIO ARISTONI. ELECTO OB ‖ FIDEM ET INDVSTRIAM SVAM A TRIBVLIBVS TRIBVS ‖ PALATINAE CORPORIS SENIORVM CLIENTIVM [1]) PERP ‖ SCRIBAE ET VIATORI. ET IN EA ADMINISTRATIONE ITA ‖ VERSATO. VT VNIVERSI TRIBVLES. QVI ADVIVENTE EO DONO ‖ DELPHICAE AEREAE CVM OMNI CVLTV EXORNATAE. SED ET ‖ TESTAMENTO DIVISIONE EXEQVIARVM EIVS ‖ HONORATI SVNT. TAM INTEGRVM ET INDVSTRIVM ‖ VIRVM AMISSVM. DOLERENT ‖

P. AELIVS BELLENIVS ARISTO FILIVS PATRI CARISSIMO ET ‖ CLAVDIA QVARTILLA CONIVGI CARISSIMO. CVM QVO ‖ VIXIT ANNIS XXVI. MENSIB. VIII. DIE I. PERSEVERANTE ‖ INTER SE CONCORDIA. IN DIEM. QVO CVM VIVERE LICVIT ‖ SIBI AC SORORI. FRATRIBVSQVE SVIS. ET CLAVDIAE PRIMAE AC ‖ POSTERIS. ETIAM LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EOR. FECER. — Romae. Grut. 1115, 8.

1) Imitatus est haec Ligorius apud Gudium 27, 8., sed prave, ut solebat.

3095. D. M ‖ C. IVLI. VALERI. LVCILIANI. TRIBVLI TRIBVS ‖ PALATINE CORP. IVNIORIS. [1]) QVI VIXIT ANNIS ‖ QVIN-

QVE. MESES VII. DIES. VIIII. IVLIA CALLIROE ‖ MATER FILIO DVLCISSIMO. — Romae. Grut. 711, 11.

1) Cfr. Grut. 1115, 8. Manifestum est, matrem, quum alium honorem filii quinque annos nati in epitaphio memorare non posset, tribulem saltem tribus Palatinae eum nominare voluisse. Sed hinc discimus, aliquo certe tempore, inde a prima pueritia cives Romanos tribubus fuisse adscriptos. Idem observamus in Mur. 935, 3. Grut. 618, 3. deinceps dandis.

3096. FORTVNAE REDVCI ‖ DOMVS AVGVST ‖ SACRVM ‖ TRIB. SVC.[1] CORP. FOEDER[2] ‖ M. ALLIVS TYRANNVS. C. FVRINIVS FAVSTVS ‖ P. FVLVIVS PHOEBVS AVRAR. L. VENNONIVS ZOSIMVS ‖ C AVRELIVS PRIMVS ‖ IMMVNES PERPETVO. D. D. *In latere dextro:* DEDICATVM III. IDVS OCTOBR. — Romae. Grut. 78, 3.

1) Sucusanae. 2) utrum *foederatum*, an *foederatorum* cum Franckio sit explicandum, haud facile equidem dixerim. Similis plane est Grut. 78, 4.

3097. VICTORIAE ‖ IMP. CAESARIS VESPASIANI ‖ AVGVSTI ‖ SACRVM ‖ TRIB. SVC. CORP. IVLIANI ‖ C. IVLIVS HERMES MENSOR ‖ BIS. HON. INCVRAT[1] FVNCTVS ET NOMINE ‖ C. IVLI. REGILLI. FILI. DE SVO FECIT ‖ CVI POPVLVS EIVS CORPORIS IMMVNITATEM ‖ SEX CENTVRIARVM DECREVIT. — Romae. Grut. 243, 1.

1) leg. IIIIII VIRAT., ut patet ex seq. VI V...

3098. HILARITATI PVBLIC.. ‖ IMP. CAES. VESPASIANI A.. ‖ SACRVM ‖ TRIBVL. SVCC.[1] CORP. IVN.. ‖ TI. CLAVDIVS LEMNVS FORTVN.. ‖ D. FVRIVS D. F. FIRMVS VI V... ‖ T. COMINIVS AMARANTII.. ‖ T. FLAVIVS T. F. LVSCV... ‖ Q. CORNELIVS Q. F. PVDENT.. ‖ CVRATORES LIBEROR. TRIB. SVC. COR. IVNIOR... ‖ I. S. P. D. D. CVI POPVLVS EIVS COR.. ‖ ...FICIO... IMMVNIT. PERPET... ‖ ..X CENTVRVM[2] DECREVIT ‖ EX S. C. — *In altera facie:* PONEN. CVR ‖ II VIR ‖ L. OCTAVIVS L. F. IVCVNDVS ‖ II VIR. TR. TRIB. CLAVD ‖ DEDIC. XVII. K. DEC ‖ L. ANNIO BASSO ‖ C. CAECINA PAETO ‖ COS.[3] — Romae, ex Ligorio. Mur. 508, 3., sed Marinius quoque (*Atti* p. 156.) hanc pro sincera habet.

1) leg. *Suc.* male enim legunt Mur. et Zacharia *Successana*, quum sit *Sucusana*. 2) *Sex Centuriarum* ex praecedente legendum est. Hagenb. 3) p. Chr. 70.

Ex variis inscriptionibus Fabrett. p. 459. probat, quamvis Libertini in quattuor tribus urbanas redacti fuerint, in iisdem tamen simul fuisse viros dignitate conspicuos. v. c. ib. 79.:

3099. PAVLLO. AEMILIO ‖ PAVLLI F. PAL. ‖ REGILLO. XV. VIR ‖ SACRIS FACIVNDIS ‖ PRAEFECTO. VRB ‖ IVRI DICVNDO ‖ QVAESTORI ‖ TI. CAESAR. AVG ‖ PATRONO. — (Sagunti.) Omnes tamen, quos laudat, ex Palatina sunt.

Post Severum (Θ. 211. p. Chr.) rarissima tribuum mentio fit in lapp. v. Zacharia pag. 134. v. e.:

3100. L. PETRONIO L. F ‖ SAB.[1] TAVRO VOLVSIANO V.[2] COS ‖ ORDINARIO.[3] PRAEF. PRAE ‖ EM V.[4] PRAEF. VIGVL. P. V.[5] TRIB ‖ COH. PRIMAE. PRAET. PROTECT.[6]

AVGG. NN. ITEM TRIB. COH. IIII PRAE ‖ TRIB. COH. XI. VRB. TRIB. COH. III VIG. LEG. X ‖ ET XIIII GEM. PROV. PANNONIAE SVPERIORI ‖ ITIM (*sic*) LEG. DACIAE.[7]) PRAEPOSITO EQVITVM SINIIGVLARIOR. AVGG. NN. PP.[8]) LEG. XXX. VL‖ PIAE. CENTVRIONI. DEPVTATO. EQ. PVB ‖ EX V. DEC.[9]) LAVR, LAVIN[10]) ‖ ORDO ARRETINORVM PATRONO ‖ OPTIMO. — Arretii. Grut. 1028, 2. Fabrett. C. V, 69., correctius ap. Gor. *Etr.* 2. p. 189, 1., qui tamen quaedam pessime est interpretatus.

1) Sabbatinu. 2) fort. V. G., viro clarissimo. 3) p. Chr. 261. 4) Eminentissimo Viro, volebat Hag. ex Gruteri EM. V., sed Gorius *Item Vrbs.* 5) Praefecto Vrbi: Hag. Perfectissimo Viro: Gorius. 6) Protectori: Gor. — Protectorum: Hag. 7) Legato Daciae. Hag. Legionis Dacicae; emendat Goe. 8) Praeposito. 9) ex quinque decuriis. 10) male Gorius Laurenti Lavinatium, quum sit Laurenti Lavinati, scil. sacerdoti. — Tribus adponi desierant ante Constantinum M. v. Mur. 1795. a. extr. Maffeii *Mus. Ver.* 214, 4.

Graevius in adnotatt. ad Cic. *Epp. ad Attic.* T. 1. p. 432. unum hominem duarum etiam tribuum exemplis lapidum docet; sed quicunque huius generis e Ligorianis thesauris proferuntur tituli, ad unum omnes sunt commenticii, vel corrupti. Cfr. Maffei *Mus. Ver.* p. 199.

5101. C. PVRELLIVS PAPIA[1]) AVG ‖ ET QVAESTOR AVG. ALLIFIS. SIBI ‖ ET C. ATILIO NATALI AVG. ET ‖ Q. AVG.[2]) ALLIFIS. ET ATILIAE ‖ IARINAE CONCVBINAE. ET ‖ C. ATILIO QVARTIONI AMICO ‖ H. M. H. N. S. — Allifis in Campania. Grut. 460, 9.

1) Male Holth. tribum credidit: cognomen recte visum est Scaligero et Bentleio *Ep. ad Mill.* p. m. 72. Nulla omnino fuit tribus Papia, sed ubi notae exhibentur, quae eam prae se ferre videntur, significant *Papiriam*, vel corruptae sunt ex *Papinid*, vel denique ut h. l. cognomen est *Papiu* s. *Papius*. V. supra. 2) *Quaestor Augustalium*, ut Grut. 457, 3. *M. Pontius - - August. Allif. et Augustalium Quaestor.* Cfr. ibid. 464, 4.

5102. L. FLAVIO ‖ SEPTIMIO[1]) APRO ‖ OCTAVIANO ‖ C. V. TRIB. PLEB. SOD. HADRIA ‖ Q. PROVINC. CYPRI SEVIR ‖ TVRM. II. EQVIT. RO. X VIRO ‖ STLITIB. IVDICAND ‖ FL. NERATIA SEPTIM ‖ OCTAVILLA ‖ C. F.[2]) PATRI. — Romae. Bis est apud Mazoch. 42, 1. et 175, 7., hinc bis quoque ap. Grut. 412, 2. et 467, 5. Posteriore loco ante *Pleb.* deest *Trib.*, id quod Gudii ingenium ita exercuit, ut C. V. PLEB., rem nihili, explicaret, *Curator Vrbanae Plebis*, quod officium est alias inauditum.

1) Reines. suspicatur eg. esse SEPTIMIA, quomodo et infra in hoc saxo interpretatur SEPTIM. de Septimia tribu. Male. Tribus nec feminis tributa, nec alia eo nomine veteribus cognita. Retinenda vulgata at explicanda lectio ex usu secundi et tertii post Christum seculi, quo sive maiorum et agnatorum, sive adoptantium nomina interdum integre suis interponebant gentilitiis nominibus. Gud. *Septimia* tribus, quae nunquam exstitit, agnoscitur a Gorio quoque ad Don. p. 263, 139. ex Grut. 103, 11. *Septimia Siscia*, de qua v. Geographica. 2) *Clariss. Femina.* Ligor. tamen: L. F.

5103. „Municipia, coloniae, gentes civitate Romana donatae referebantur in quandam ex XXXV. tribubus, ut in ea censeri et suffragium ferre possent. Atque etiam oppidis, quae solo Latii iure gauderent, designatam fuisse vix dubito tribum, in quam ii, qui propter honores ibi gestos civitatis iura adipiscebantur, referri deberent. Sic

Colaronenses in Tribum *Voltiniam* relati erant: C. VIBIO. L. F. VOL. ‖ TITVLLO ‖ FRATRI. Bimard. *Proleg.* p. 89, 16."

3104. Eodem saepe tempore eiusdem municipii cives diversarum Tribuum erant; cuius rei illustre documentum est tabula Florentina, Gor. *Etr.* 1, p. 316, 64., ubi Duumvirorum alter in tribu Arniensi descriptus est, alter in Quirina; ita Faesulanorum alii Pollia tribu erant, alii Scaptia. v. Gor. *Etr.* 2. p. 95. Omnino difficilis est quaestio, tribus coloniarum municipiorumque fuerintne certae, an incertae, ita ut pro arbitrio, tribum sibi, quam vellet, deligere cuivis concessum esset. Consule Maffei *Ver. Ill.* T. 1. p. 128, 215. Bertoli A. d'A. p. 175. Oliv. *Marm. Pisaur.* p. 58. et 99. Murat. 1033, 1. Marm. Taur. 2. p. 138.

3105. Non minus difficilis est disceptatio, LIBERTI an tribu caruerint, nec ne. Exempla quidem, ad quae provocant ii, quibus placet libertos quoque tribubus interdum fuisse adscriptos, plerumque vel corrupta sunt, vel commenticia, ut diligenti examine instituto reperi, ideoque accedo sententiae Gudii in Ind. Tribuum, Gorii ad Donium p. 106, 179., Maffeii in A. C. L. p. 203., Hagenbuchii et Marinii *Atti* 2. p. 482. libertorum tribus negantium. Postremus hic criticus tres duntaxat libertos milites, concessione quadam iis facta, vel licentia suos tribum nomini suo adscripsisse observat in laterculo militari edito a Maffeio *Mus. Ver.* p. 309.:

T. SCVTRIVS T. LIB. FAB. SABINIANVS ROM.
Q. SOSIVS Q. LIB. IVL. THEOMNESTVS REGIO.
L. SEPTIMIVS L. LIB. FAB. HYGINVS ROMA. —

tempore Severi. Nihil itaque moramur Zaccariam *Istituzione* p. 130. contrariam sententiam tuentem, ex Don. p. 106, 179. Mur. 686, 3.:

3106. T. CALVENTIVS ‖ LIBERTVS PRIMITIVVS ‖ PAP. VI. VIR ‖ IN SVO ‖ V. F. — In pago Fori. Cuius Libertus iste fuerit, non dicitur, quod plane insolitum est: itaque nil impedit, quo minus hoc pro cognomine habeamus. — Agmen claudat *Contribulis:*

3107. Q. HERENNIO ‖ RVFO ‖ MONTANVS RVFI F. CONTRIB. D. — Cordubae. Grut. 873, 4.

§. 5. SENATVS. SENATORES. S. C. LEGES. IMPERATORVM RESCRIPTA. SENTENTIAE.

3108. D. PATER. SENATORIS. M ‖ P. OPPIVS. GAL. MARCELLINVS ‖ SPLENDIDVS EQVES R. P. N. P ‖ PRON. P. ABN.[1]) CVR. CIVITATIVM ‖ COMPLVRIVM. PRINC..PS. COL. AECLANENS ‖ PATRONVS COMPS.[2]) FRATVENTINOR. NERITINOR ‖ SIBI ET EPPIAE FIRMAE. VXORI KARISSIMAE ‖ ET TETTAEO MARCELLINO NEPOTI ‖ VIVVS FECIT. — Aeculani. Lupulus p. 108., qui mirum in modum offendit in primo versu. Luce tamen clarius est, P. Oppium maximam gloriae suae partem collocasse in filio senatore,

idque loco maxime conspicuo inter *Diis Manibus* a lapidario incidi curavisse. Cfr. Mon. histor. s. Hadriano. N. 408. Liv. 21, 63, 3.

1) Publii nepos, P. pronepos, P. abnepos. Mirum abesse: P. F. Morem hunc Aeculanensium in primis maiorum istum ordinem enumerandi passim observare licet in marmm. Aeculanensibus ap. Lupulum. 2) Compsanorum; Fraluertium *Plinii* s. Fratuolum *Ptolemaei*. Neritum hodie *Nardò*, v. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 325.

3109. Q. VARIO Q. F ‖ GEMINO ‖ LEG. DIVI AVG. II ‖ PRO. COS. PR. TR. PL ‖ Q. QVAESIT.[1]) IVDIC[2]) ‖ PRAEF. FRVM. DAND ‖ X VIR. STL. IVDIC ‖ CVRATORI AEDIVM SACR ‖ MONVMENTOR. QVE. PVBLIC ‖ TVENDORVM ‖ IS PRIMVS OMNIVM PAELIGNOR. SENATOR ‖ FACTVS EST. ET EOS HONORES GESSIT ‖ SVPERAEQVANI.[3]) PVBLICE ‖ PATRONO. — Prope Piscinam in Marsis. Marini *Atti* 1. p. 53.

1) *Quaestiorum* rarissima fit mentio in saxis; aliquanto frequentius occurrit v. *Iudex Quaestionis*. 2) Iudici (selecto.) 3) Superequum colonia, hodie *Castel Vecchio Subrego*. Reichard.

3110. SEX. ATILIVS M. F. SARANVS PROCOS ‖ EX SENATI CONSVLTO ‖ INTER ATESTINOS ET VEICETINOS ‖ FINIS TERMINOSQVE STATVI IVSIT. (*sic*) — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 108, 1. u. c. 618.

3111. CEIONIVM RVFIVM ALBINVM ‖ V. C. CONS.[1]) PHILOSOPHVM RVFI VOLVSIANI BIS ORDINARI CONS.[2]) FILIVM ‖ SENATVS EX CONSVLTO SVO ‖ QVOD EIVS LIBERIS POST CAESARIANA TEMPORA ID EST POST ANNOS CCCLXXX ET I[3] AVCTORITATEM DECREVERIT ‖ FL. MAGNVS IANVARIVS V. C. CVR. STATVARVM ‖ LOCVS ADSIGNATVS AB NIGRO ET COSCIANO CVR. OPERVM PVBLICORVM. — Romae. Mabillon *Anal.* pag. 361., e Codice Einsiedlensi; a Turre *Mon. vet. Antii* p. 111. mance ap. Mur. 375, 3., corrupte ap. Panvinium *Fast.* p. 3?6. Grut. 387, 3. Suntne anni Iuliani, ab u. c. 709.? v. Ideler 2, p. 173.

1) p. Chr. 335., quo et Praefectus Urbi fuit. 2) p. Chr. 314. 3) *Aerum* istam Caesariam inde ab a. u. r. 705. Reinesius p. 1026., a. u. c. 706. Pagius numerat; sed a Turre l. l., qui omnino consolendos, una cum eius adversario Masson in *Add. Grut.* p. 332., p. 117. primordium temporum Caesarianorum ducit a Kal. Ian. u. c. 707. Ceterum spuriam hanc inscriptionem (defensam aliquatenus a Saxio *Mies.* 4. p. 108.) esse contenderunt Maffeius A. C. L. p. 328. et Zaccaria *Istituz.* p. 168. Abhorret enim ab usu saxorum *auctoritatem decernere* — *Curator statuarum*. Attamen fatendum, Ligorianam certe non esse, quum iam exstet in Cd. antiquiss. Einsiedlensi et apud Mazochium 25, 9. 26, 2., unde satis firmatur.

3112. M. CALVIVS M. F. PAP. PRISCI[1]) ‖ ADLECTVS IN ORDINEM SENATORIVM ‖ A TI. CLAVDIO CAESARE AVG. GERMANICO ‖ D. S. P. F. — Inscriptio templi Herculis Corae. Nibby *Viaggio* 2. p. 207. Cfr. Mur. 112, 1. et Grut. 384, 3.

1) f. *Priscus*. (— Ligoriana Murat. l. l. confirmatur a Nibbyo l. l.. ... M. 1) CASTORI. POLLVCI DEC. S. FAC . . 2) ‖ M. CALVIVS M. F. P. N.

1) *templum*. 2) *decurionum sententia faciundum curavit*. Hoc quoque exemplum documento esse potest, non omnia Ligoriana temere esse reiicienda.)

3113. TI. CLAVD. QVIR. FRONTI‖NO NICERATO. CL ‖ FRONTINI COS. F ‖ X. VIR. STL. IVD ‖ TRIB. LATICLAVIO.

LEG ‖ $\overline{\text{IIII}}$ ITALICAE.[1]) QVAES‖TORI PROPRAET. PRO‖VINC. ACHAIAE .... ‖ AB ACTIS SENATVS.[2]) AED ‖ CVR. PRAETORI ‖ PATR. COL. D. D. — Montori. Grut. 389, 6.

1) Et bic erratum esse suspicor pro *Leg.* $\overline{\textit{III}}$*. Ital.* Hagenb. 2) *Hadrianus post quaesturam acta senatus curuvit.* Spartian. *Hadr.* 3.

5114. L. CORNELIVS. CN. F. PR. SEN. CON.[1]) A. D. $\overline{\text{III}}$. NONAS MAIAS SVB AEDE KASTORVS (*sic*) ‖ SCR. ADF.[2]) A. MANLIVS A. F. SEX. IVLIVS. L. POSTVMIVS S. F ‖ QVOD TEIBVRTES V. F.[3]) QVIBVSQVE DE REBVS VOS PVRGAVISTIS EA SENATVS ‖ ANIMVM ADVORTIT ITA VTEI AEQVOM FVIT. NOSQVE EA ITA AVDIVERAMVS ‖ VT VOS DEIXISTIS VOBEIS NONTIATA ESSE. EA NOS ANIMVM NOSTRVM ‖ NON IN. DOCEBAMVS ITA FACTA ESSE. PROPTER. EA QVOD SCIBAMVS ‖ EA VOS MERITO NOSTRO FACERE NON POTVISSE. NEQVE VOS DIGNOS ESSE ‖ QVEI FACERETIS. NEQVE ID VOBEIS NEQVE REI POPLICAE VOSTRAE ‖ OITILE ESSE FACERE. ET POSTQVAM VOSTRA VERBA SENATVS AVDIVIT ‖ TANTO MAGIS ANIMVM NOSTRVM INDOVCIMVS. ITA VTEI ANTE ‖ ARBITRABAMVR DE IEIS REBVS AF.[4]) VOBIS PECCATVM NON ESSE ‖ QVONQVE DE EIEIS REBVS SENATVEI PVRGATI ESTIS CREDIMVS VOSQVE ‖ ANIMVM VOSTRVM INDOVCERE OPORTET ITEM VOS POPVLO ‖ ROMANO PVRGATOS FORE. — Tibure in aenea tabula. Grut. p. 499, 12. Visconti *Iconogr. Rom.* I. p. 119. Mil., qui ad tempora belli socialis hoc monumentum refert.

1) praetor senatum consuluit. 2) scribendo adfuerunt. 3) verba fecistis. 4) ab. Cfr. etiam Morcelli *de Styl. inscr.* p. 378. Ed. 1. Sine causa hoc S. C. suspectum erat Maffeio A. C. L. p. 344.

5115. CN. HOSIDIO. GETA. L. VAGELLIO COS ‖ $\overline{\text{X}}$. KAL.[1]) OCTOB. S. C ‖ CVM. PROVIDENTIA. OPTVMI. PRINCIPIS. TECTIS. QVOQVE. VRBIS. NOSTRAE. ET. TOTIVS ‖ ITALIAE. AETERNITATI. PROSPEXERIT. QVIBVS. IPSE. NON. SOLVM. PRAECEPTO. AVGVS‖TISSIMO. SET. ETIAM. EXSEMPLO. SVO. PRODESSET. CONVENIRETQ. FELICITATI. SAE‖CVLI. INSTANTIS. PRO. PORTIONE. PVBLICORVM. OPERVM. ETIAM. PRIVATORVM. CVS‖TODIAE. DEBERENTQ. APSTINERE. SE. OMNES. CRVENTISSIMO. GENERE. NEGOTIA‖TIONIS. NE.[2]) INIMICISSIMAM. PACE. FACIEM. INDVCERE. RVINIS. DOMVM. VILLARVMQ ‖ PLACERE. SI QVIS. NEGOTIANDI. CAVSA. EMISSET. QVOD. AEDIFICIVM. VT. DIRVENDO ‖ PLVS. ACQVIRERET. QVAM. QVANTI. EMISSET. TVM. DVPLAM. PECVNIAM. QVA. MERCA‖TVS. EAM. REM. ESSET. IN. AERA.[3]) INFERRI. VTIQVE. DE. EO. NIHILOMINVS. AD. SENA‖TVM. REFERRETVR. CVMQ. AEQVE. NON. OPORTERE. MALO. EXSEMPLO. VENDERE ‖ QVAM. EMERIT.[4]) VENDITORES. QVOQVE. COERCERENTVR. QVI. SCIENTES. DOLO ‖ MALO. INTRA. HANC. SENATVS. VOLVNTATEM. VENDIDISSENT. PLACERE. TALES.

VENDITIONES. INRITAS.[5]) FIERI. CETERVM. TESTARI. SENATVM. DOMINIO. CONSTITVI. QVI ‖ RERVM. SVARVM. POSSESSORES. FVTVRI. ALIQVAS. PARTES. EARVM. MVTAVERINT ‖ DVM. NON. NEGOTIATIONIS. CAVSA. ID. FACTVM. CENSVERINT. IN. SENATV. FVERVNT ‖ CCCLXXXIII

VOLVSIO.[6]) P. CORNELIO. COS. VI. NON. MART. SC ‖ QVOD. Q. VOLVSIVS. P. CORNELIVS. VERBA. FECERVNT ‖ DE. POSTVLATIONE. NECESSARIOR. ALLIATORIAE ‖ CELSILLAE. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C.[7])

CVM. SC. QVOD. FACTVM. EST. HOSIDIO. GETA. ET L. VAGELLIO. COS. CC. VV.[8]) ANTE. X ‖ K. OCT. AVCTORE. D. CLAVDIO. CAVTVM. ESSET. NE. QVIS. DOMVM. VILLAMVE. DIRVERET. QVOD. SIBI. ADQVIRERET. NEVE. QVIS. NEGOTIANDI. CAVSA.[9]) EORVM. QVID. EMERET. VENDERETVE. POENAQ. IN. EMPTOREM. QVI ADVERSVS. ID. SC. FECISSET. CONSTITVTA. ESSET. ITA. VEL. IS. QVI. QVICQVID. EMISSET. DVPLVM. EIVS. QVANTI. EMISSET. IN. AERARIVM. INFERRE.[10]) COGERETVR. ET. EIVS. QVI ‖ VENDIDISSET. INRITA. FIERET. VENDITIO. DE. IIS. AVTEM. QVI. RERVM. SVARVM. POSSESSORES. FVTVRI. ALIQVAS. PARTES. EARVM. MVTASSENT. DVMMODO. NON. NEGOTIATIONIS. CAVSA. MVTASSENT. NIHIL. ESSET. NOVATVM. ET. NECESSARII. ALLIATORIAE. CELSILLAE. VXORIS. ATTIL. LVPERCI. ORNATISSIMI. VIRI. EXPOSVISSENT ‖ HVIC. ORDINI. PATREM. EIVS. ALLIATORIVM. CELSVM. EMISSE. FVNDOS. CVM. AEDIFICIS. IN. REGIONE. MVLINIENSI. QVI. VOCARENTVR. CAMPI. MACRI.[11]) IN. QVIBVS ‖ LOCIS. MERCATVS .....[12]) SVPERIORIBVS. SOLITVS. ESSET. TEMPORIBVS. IAM ‖ PER. ALIQVOD. DESISSET. HABERI. EAQVE. AEDIFICIA. LONGA. VETVSTATE. DI LABERENTVR. NEQVE. REFACTA. VSVI. ESSENT. FVTVRA. QVIA. NEQVE. HABITARET. IN. IIS. QVISQVAM. NEC. VELLET. IN. DESERTA. AC . RVENTIA.[13]) COMMIGRARE ‖ NE. QVID. FRAVD.[14]) MVLTAE. POENAEQ. ESSET. CELSILLAE. SI. EA. AEDIFICIA. DE ‖ QVIBVS. IN. HOC. ORDINE. ACTVM. ESSET. AVT. DEMOLITA. FVISSENT. AVT. EA CONDITIONE. SIVE. PER. SE. SIVE. CVM. AGRIS. VENDIDISSET. AVT. EMPTORI.[15]) SINE. FRAVDE. SVA. EA. DESTRVERE. TOLLEREQ. LICERET.

IN. FVTVRVM. AVTEM. ADMONENDOS. CETEROS. ESSE. VT. APSTINERENT. SE. A ‖ TAM. FOEDO. GENERE. NEGOTIATION. HOC. PRAECIPVE. SAECVLO. QVO. EXCITARI. NOVARI. IN.[16]) VNIVERSA. QVIBVS. FELICITAS. ORBIS. TERRARVM. SPLENDERET ‖ MAGIS. CONVENIRE.[17]) QVAM. RVINIS. AEDIFICIORVM. ALIAM.[18]) PARTEM. DEFORMEM. ITALIAE ....[19]) ET. ADHVC. RETINERE. PRIORVM. TEMPORVM ‖ ITA. VT. DICERETVR. SENECTVTE. ACTVM ....[20]) CEN-

SVERE. IN. SENATV. — Aenea tabula, quae clavis parieti affixa erat, effossa in ruiuis Herculanii oppidi. Don. p. 84. E Capacio Reines. p. 475, 11. Minus accurate utroque repetiit Gorius *Symbol. Dec.* 2. *Vol.* 2. p. 30. Quae inclinatis literis cum litera R. subiunguntur, lectiones sunt Capacii sive Reinesii.

1) *Cal.* R. 2) nec. 3) aerarium. 4) *emerint* R. *emere* Gorius. 5) Sic Rein., ut infra etiam Donius, qui h. l. *irritus*. 6) *Q. Volusio* Gorius. 7) Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt. 8) *Clarissimis Viris* R. 9) Haec *quod - causa* exciderunt apud Donium. 10) *inferri* Don. 11) *Mutri* R., sed coniecit *Macri* et paullo ante *Mutinensi*; sine causa. Qui enim Herculanii proposita fuisset tabula ad Mutinensem aliquem fundum spectans? *Campi Macri* autem, etsi fuerunt inter Parmam ac Mutinam, alii alibi quoque eodem hoc nomine poterant esse a soli macie desumpto. 12) *haberi* supplet R. 13) *deserta cruentia* R. 14) *fraudi* R. 15) *emtori* R. 16) *novari. ornari. in* R., cui *in* del. videbatur. 17) conveniret. 18) *aliquum* conicit R. 19) *conspici* supplet R. 20) *memoriam* supplet R.

3116. L. SEPTIMIO ‖ LIBERALI ‖ $\overline{VI}$ VIR. AVG ‖ VICANI VICI GERMALI. OB ‖ MERITA EIVS. QVOT (*sic*) DECVRION ‖ ET VICANIS VICOR. VII. SING ‖ IN ANNOS ψ $\overline{III}$. IN PERPET. REDD ‖ ET IN EAM REM. FVNDOS $\overline{XXI}$ ‖ OBLIGARI IVSSIT. QVORVM ‖ PARTEM $\overline{VI}$. LEGIS FALC. NOMIN ‖ DEDVCTAM AB TVTORIBVS ‖ SEPTIMIAE PRISCAE MATRIS ‖ SVAE LEPIDIA SEPTIMINA ‖ POPVLO CONCESSIT. — Arimini. Grut. 1100, 6.

3117. — ELEGEVISELLIA DECONL SEN.[1] cet. in fragmento ap. Marini *Iscr. Alb.* p. 3.

1) de conlegarum sententia. Lex Visellia de libertinis. Alias leges reperies in Capite de Re Municipali.

3118. IMP. CAESAR. DIVI VESPASIANI F. DOMITIANVS AVGVSTVS ‖ PONTIFEX MAX. TRIB. POTEST. IMP. $\overline{II}$. COS. VIII. DESIGNAT. $\overline{VIIII}$ ‖ PP. SALVTEM DICIT ‖

$\overline{IIII}$ VIRIS ET DECVRIONIBVS FALERIENSIVM EX PICENO. QVID CONSTITVERIM DE ‖ SVBSICIVIS COGNITA CAVSA INTER VOS ET FIRMANOS VT NOTVM HABERETIS ‖ HVIC EPISTVLAE SVBICI IVSSI ‖

P. VALERIO PATRVINO .... COS.[1]

$\overline{XIIII}$. KAL. AVGVSTAS.

IMP. CAESAR. DIVI VESPASIANI F. DOMITIANVS AVG. ADHIBITIS VTRIVSQVE ‖ ORDINIS SPLENDIDIS VIRIS COGNITA CAVSA INTER FALERIENSES ET FIRMANOS ‖ PRONVNTIAVI QVOD SVBSCRIPTVM EST.

ET VETVSTAS LITIS QVAE POST TOT ANNOS RETRACTATVR A FIRMANIS ADVERSVS FALE‖RIENSES VEHEMENTER ME MOVET CVM POSSESSORVM SECVRITATI VEL MINVS ‖ MVLTI ANNI SVFFICERE POSSINT ET DIVI AVGVSTI DILIGENTISSIMI ET INDVLGENTISSIMI ‖ ERGA QVARTANOS SVOS PRINCIPIS EPISTVLA QVA ADMONVIT EOS VT OMNIA ‖ SVBSICIVA SVA COLLIGERENT ET VENDERENT QVOS TAM SALVBRI ADMONITIONI ‖ PARVISSE NON DVBITO. PROPTER QVAE POSSESSORVM IVS CONFIRMO ‖ VALETE. D. XI. K. AVG. IN ALBANO.

AGENTE CVRAM T. BOVIO VERO
LEGATIS P. BOVIO SABINO
P. PETRONIO ACHILLE D. D. P. —
Tabula aenea effossa in Piceno apud Falerienses an. 1599. Grut. 1081, 2.

1) Consulem hunc forlasse suffectum u. c. 835. p. Chr. 82. scribit Almel. *Fast.* p. 127. Cluver. vero *Ital.* T. 1. p. 739., „quum, inquit, collega fuerit Domitiano Consuli VIII. A. Volusius Saturninus, nec ullus unquam in imperio eius consul P. Valerius Patruinus; merito aliquis tabulam hanc ceu adulterinam in dubium traxerit." Nescio, quos Fastos secutus Cluverius Domitiano Consuli VIII. collegam non dederit T. Flavium Sabinum, sed Saturninum Domitiani Consulis XIII. collegam. Videtur in exscribendo ab Domitiani Consulatu VIII. ad XIII. oculis aberrasse. Ceterum contra hanc tabulam id quoque posset afferri, non *Falerienses*, sed potius *Falerionenses* rectius debuisse dici: urbs enim *Falerio*, *onis* est dicta antiquitus, ut notamus ex Neapoli ad Ovid. *Fast.* IV, 74. contra Cluverium l. l. ad Grut. 66, 7. Si tamen Plinii III, 13. *Falerienses*, quod docti volunt, iidem sint, qui *Falerionenses*, ex v. *Falerienses* tabulam imbecillius impugnares. Haosnn. Mss. Mannert omisit Falerionem.

3119. ... .
.....*ΝΤΩΝ ΑΘΗΝ* ....
.....*ΡΩΜΗ ΕΙΛΗΜΜΕΝΩΝ ΤΩΝ ΑΝΤΙΓΡΑΦΩΝ* ...
...*ΑΙ ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΩ ΑΥΤΟΝ ΜΗ ΔΥΝΑΣΘΑΙ ΧΩΡΙΣΘΗΝΑΙ*
..*ΥΠΑΡΧΕΙΝ ΤΗΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΟΥ ΠΡΟΝΟΙΑΝ ΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙ ΔΙΑ ΠΡΟΔΗΛΟΥ ΓΑΙΟΝ ΕΣ*..
.*ΤΟΥ ΘΕΟΠΡΟΠΟΥ Η ΤΙΣ ΙΕΡΩΣΥΝΗ ΑΚΟΛΟΥΘΕΙ ΤΟΙΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΜΥΣΤΗΡΙΟΙΣ ΔΙΟΣ*
ΦΙΛΟΘΕΕ ΚΑΙ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΕ ΚΑΙΣΑΡ ΚΕΛΕΥΣΑΙ ΔΟΘΗΝΑΙ ΜΟΙ ΤΑ ΑΝΤΙΓΡΑΦΑ ΤΩΝ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ ΩΣ ΚΑΙ Ο ΘΕΟΣ ΠΑΤΗΡ ΣΥΝΕΧΩΡΗΣΕΝ.

IMP. CAESAR. T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVGVSTVS PIVS SEXTILIO ACVTIANO SENTENTIAM || DIVI PATRIS MEI ... SI QVID PRO SENTENTIA DIXIT. RESCRIBERE TIBI PERMITTO. RESCRIPSI RE || COGN. VNDEVICENSIMVS. ACT. VI. IDVS. APRIL. ROMAE CAESARE ANTONINO II. ET PRAESENTI II. COS.[1])

Ο ΕΣΦΡΑΓΙΣΘΗ ΕΝ ΡΩΜΗ ΠΡΟ ΤΡΙΩΝ ΝΩΝΩΝ ΜΑΙΩΝ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙΣΑΡΙ. Τ. ΑΙΛΙΩ ΑΔΡΙ || ΑΝΩ ΑΝΤΩΝΕΙΝΩ ΤΟ Β. ΓΑΙΩ ΒΡΟΥΤΤΙΩ ΠΡΑΙΣΕΝΤΙ ΤΟ Β. ΥΠΑΤΟΙΣ. ΠΑΡΗΣΑΝ Τ. ΦΛ. ΜΑΚΡΕΙ || ΝΟΣ ΣΙΜΩΝΑΣ. ΛΑΤΙΝΙΟΣ ΦΛΑΟΥΙΟΣ ΔΗΜΟΣΘΕΝΙΑΝΟΣ ΛΑΙΤΙΟΣ ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ ΗΛΙΑ ... || Μ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΚΡΙΣΠΟΣ. Λ. ΛΙΚΙΝΝΙΟΣ. ΛΑΒΕΙΝΙΑΝΟΣ. Μ. ΚΟΣΚΩΝΙΟΣ ΚΑΡΙΚΟΣ. ΤΙ || ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΑΚΤΙΟΣ

STASIME. DAPENE. EDIT ... EX FORMA SENTENTIAM. VEL. CONSTITVTIONEM. — Smyrnae. Marm. Oxon. *Maitt.* p. 60, 180. In quibusdam accuratius in Th. Smithi *opuscul.* p. 58., unde aliquot vitiis hic correctis rursus inquinatum dedit Mur. 326, 4.

1) p. Chr. 139.

5120. ....TPRICRIIA CIVITAS ‖ CONSTANTINIPOLI ‖ IMP. CAES. CONSTANTINVS ‖ MAXIMVS GVTH. VICTOR AC TRIVMP‖HATOR AVG. ET FLAVIA CONSTANTINA ‖ AIA MANV ET FLAVIVS CONSTIVS NN BB[1]) ‖ CAESS. SALVTEM DICVNT ‖ ORDINI CIVIT. ORCISTANORVM[2]) ‖ ACTVM EST INDVLGENTIAE NOS‖TRAE MVNERE IIIS[3]) VOBIS CIVITA‖TIS[4]) TRIBVTO MIIVIIOREMOV‖VER VT VBERTATIS[5]) ETIAM PRIVI‖LEGIVM CVSTODIRE[6]) ITA QVEN ‖ ..DIENORVM[7]) INIVRIAM VLTRA IN‖DVLGENTIAE NOSTRAE BENEFICIA ‖ PERDVRANTEM PRAESENTIAE ‖ . SCRIPTIONE[8]) REMOVEMVS. IDQVE ‖ ORATIS VESTRIS PETITIONIQVE ‖ DEFERIMVS. VT PECVNIAM QVAM ‖ PRO CVLEIS ... IE[9]) SOLEBATIS IN‖FERRE MINIMI (*sic*) DIEINCEPS DEPENDA‖TIS HOC ILL..ITVNA.[10]) VIRVM PERFE‖CTISSIMOM RATIONALEM ASIA‖NAE DIOECESEOS LENITAS NOSTRA ‖ PERSCRIBAS IIQVI[11]) SECVTVS FOR‖MAM INDVLGENTIAE CONCESSAE ‖ VOBIS PECVNIAM DEINCEPS PRO ‖ SVPRA DICTA SPECIE EXPETI A VO‖BIS POSTVLARIQVE PROMIVEB[12]) ‖ BENE VALERE VOS CVPIMVS ‖ TASSO ET ABIABIO[13]) CONS... — In pago Alekiam prope Sevrihissar. Pococke p. 9, 5. Vide (Reiskii) Censuram libri Pocockiani in *N. Actis Erud. Lips.* 1753. p. 586.

1) Censor Lips. „Quid sibi vult illud AIA MANV? Aliud nihil est, quam *alia manu*. Scil. aut contulerat Pocockius exemplum huius inscript. suum, e marmore exceptum cum schedis alienis, aut e solis his edidit eam." Hinc emendat: *Triumphator Aug. et Fl. Constantinus et Fl. Constantius, nobilissimi Caess.* Flaviam certe Constantinam, Constantini M. filiam (v. Eckhel D. N. 8. p. 127.), hic locum habere vix puto. Sed vide ne leg. sit: *et Flavius Constantinus* ALAMANNICus *et Fl. Constantius cet.* Certe in nummis Constantini II. legitur ALAMANNIA DEVICTA. v. Eckhel 8. p. 107. 2) Orcistum, Galatiae oppidum. 3) *ut* Lips. 4) *civitatique* Id. 5) *tributum culeorum remitteretur, ut libertatis* Id. 6) *custodiretur* Id. 7) *itaque frumentariorum* Id. nescio quam bene: praeferam equidem *itaque exceptorum*, vel simile aliquod vocab. exactores tributi illius referens. 8) *praesenti praescriptione* Lips. 9) *fisco* (?) Id. 10) *hoc igitur ad* Id. 11) *lenitas VESTRA perscribat, qui* — Id. Sed *lenitas vestra* de ordine municipali vix quadrat. Lego: *lenitas nostra perscribet.* 12) *prohibeat* Lips. 13) Basso et Ablabio Coss. p. Chr. 331. Id.

Sententia de finibus inter Genuates et Viturios regundis lata. u. c. 637.:

3121. Q. M. MINVCIEIS Q. F. RVF. EISDE ‖ CONTROVORSIEIS INTER GENVATEIS ‖ GENVATEIS. ET. VEITVRIOS. IN RE. PRAESENTE. COGNOVERVNT. ET. CORAM INTER. EOS CONTROVOSIAS. COMPOSEIVERVNT ‖ ET. QVA LEGE. AGRVM. POSSIDERENT. ET. QVA FINEIS. EIERENT. DIXSERVNT EOS. FINEIS. FACERE TERMINOSQVE STATVI. IVSERVNT ‖ VBEIEA. FACTA. ESSENT. ROMAM. CORAM. VENIRE. IOVSERVNT ROMAĘ CORAM. SENTENTIAM. EX. SENATI CONSVLTO. DIXERVNT. EIDIB ‖ DECEMB. L. CAECILIO. Q. F. Q. MVVCIO. Q. VACOS. QVA. AGER PRIVATVS. CASTELI. VITVRIORVM. EST. QVEM. AGRVM. EOS. VENDERE. HEREDEM. QVE ‖ SEQVI LICET. IS. AGER. VECTIGAL. NEI. SI. ET. L. ANGATIVM.

FINEIS. AGRI. PRIVATI. AB. RIVO. INFIMO. QVI. ORITVR. AB. FONTEI. IN. MANNICELO. AD. FLORIVM ‖ EDEM. IBI. TERMINVS. STAT. INDE. FLOVIO. SVSO. VORSVM. IN. FLOVIVM. LEMVRIM. INDE FLOVIO. LEMVRI. SVSVM. VSQVE. AD. RIVOM. COMBERANE ‖ INDE. RIVO. COMBERANEA. SVSVM. VSQVE AD COMVALEM. CAEPTIEMAM. IBI. TERMINA. DVO. STANT. CIRCVM. VIAM. POSTVMIAM. EX. EIS. TERMINIS. RECTA ‖ REGIONE. IN. RIVO. VENDVPALE. EX. RIVO. VINDVPALE. IN. FLOVIVM. NEVIASCAM. INDE. DORSVM. FLVIO. NEVIASCA. IN. FLOVIVM. PROCOBERAM. INDE ‖ FLOVIO. PROCOBERAM. DEORSVM. VSQVE. AD. RIVOM. VINELASCAM. INFVMVM. IBEI. TERMINVS. STAT. INDE. SVRSVM. RIVO. RECTO. VINELASCA ‖ IBEI. TERMINVS. STAT. PROPTER. VIAM. POSTVMIAM. INDE. ALTER. TRANS. VIAM. POSTVMIAM. TERMINVS. STAT. EX. EO. TERMINO. QVEI. STAT ‖ TRANS. VIAM. POSTVMIAM RECTA. REGIONE. IN. FONTEM. IN. MANICELVM. INDE. DEORSVM. RIVO. QVEI ORITVR. AB. FONTE. ENMANICELO ‖ AD. TERMINVM. QVEI. STAT. AD. FLOVIVM. EDEM. AGRI POPLICI. QVOD. LANGENS ES. POSIDENT. HISCE. FINIS. VIDENTVR. ESSE. VBI. COMFLVO ‖ EDVS. ET. PROCOBERA. IBEI. TERMINVS. STAT. INDE. EDE. FLOVIO. SVRSVORSVM. IN MONTEM. IEMVRINO. INFVMO. IBEI. TERMINVS. VNE ‖ STATINDE. SVRSVM. VORSVM. IVGO. RECTO MONTE. IEMVRINO. IBEI. TERMINS. STAT. INDE. SVSVM. IVGO RECTO. IEMVRINO. IBI TERMINVS ‖ STATI. IN MONTE. PRO. CAVO. INDE. SVRSVM. IVGO. RECTO. IN MONTEM IEMVRINVM. SVMMVM. IBI. TERMINVS. STAT. INDE. SVRSVM. IVGO SVS ‖ RECTO. IN CASTELVM. QVEI. VOCITATVST. ALIANVS. IBEI. TERMINVS. STAT. INDE. SVRSVM. IVGO. RECTO. IN. MONTEM. IOVENTIONEM IBI. TERMIN ‖ STAT. INDE. SVRSVM. IVGO RECTO. IN. MONTEM. APENINVM. QVEI. VOCATVR. BOPLO. IBEI. TERMINVS. STAT. INDE. APENINVM. IVGO RECTO ‖ IN MONTEM. TVLEDONEM. IBEI. TERMINVS. STAT. INDE DEORSVM. IVGO RECTO. IN FLOVIVM. VERAGEASCAM. IN. MONTEM. BERIGLEMAN ‖ IN FVMO. IBI TERMINVS. STAT. INDE SVRSVM. IVGO. RECTO. IN MONTEM PRENICVM. IBI TERMINVS. STAT. INDE. DORSVM. IVGO RECTO. IN ‖ FLOVIVM. TVLELASCAM. IBI. TERMINVS. STAT. INDE. SVRSVM. IVGO. RECTO. BLVSTIEMELO. IN. MONTEM. CLAXELVM. IBI. TERMINVS. STAT. IDE ‖ DEORSVM IN FONTEM. LEBRIEMELVM. IBI. TERMINVS. STAT. INDE. RECTO. RIVO. ENISECA. IN FLOVIVM. PORCOBERAM. IBI TERMINVS. STAT ‖ INDE DEORSVM. IN. FLOVIOM. PORCOBERAM. VBEI. CONFLOVONT. FLOVI. EDVS. ET. PORCOBERA. IBI. TERMINVS. STAT. QVEM. AGRVM. POPLICVM ‖ IVDICAMVS. ESSE. EVM. AGRVM. CASTELANOS. LANGENSES. VEITVRIOS. POSIDERE. FRVIQVE. VIDETVR.

OPORTERE. PRO. EO. AGRO. VECTIGAL LANGENSES ‖ VEITVRIS. IN POPLICVM. GENVAM. DENT. IN ANOS. SINGVLOS VIC. N. CCCC. SEI. LANGENSES. EAM PEQVNIAM NON. DABVNT. NEQVE. SATIS ‖ FACIENT. ARBITRATVV. GENVATIVM. QVOD PER. GENVENSES. MO A. NON. FIAT. QVO. SETIVS. EAM PECVNIAM. ACIPIANT. TVM. QVOD. IN EO. AGRO ‖ NATVM. ERIT. FRVMENTI. PARTEM. VICENSVMAM. VINI. PARTEM SEXTAM. LANGENSES. IN. POPLICVM. GENVAM. DARE DEBENTO ‖ IN ANNOS. SINGOLOS. QVEI. INTRA EOS. FINEIS. AGRVM. POSEDET. GENVAS. AVT. VITVRIVS. QVEI. EORVM. POSEDEIT. K. SEXTIL. L. CAECILIO ‖ Q. MVVCIO. COS. EOS. ITA. POSIDERE. COLEREQVE. LICEAT. EVSQVEI. POSIDEBVNT. VECTIGAL. LANGENSIBVS. PRO. PORTIONE. DENT. ITAVTI. CETERI ‖ LANGENSES. QVI. EORVM. IN. EO. AGRO. AGRVM. POSIDEBVNT. FRVENTVRQVE. PRAETER. EA. IN. EO. AGRO. NIQVIS. POSIDETO. NISI. DE. MAIORE. PARTE ‖ LANGENSIVM. VEITVRIORVM. SENTENTIA. DVM. NE ALIVM. INTROMITAT. NISI. GENVATEM. AVT. VEITVRIVM. COLENDI. CAVSA. QVEI. EORVM ‖ DE. MAIORE. PARTE. LANGENSIVM. VEITVRIVM. SENTENTIA. ITA. NON. PAREBIT. IS. EVM. AGRVM. NEI. HABETO. NIVE. FRVIMINO. QVEI ‖ AGER. COMPASCVOS. ERIT. IN. EO. AGRO. QVO. MINVS. PECVS. ASCERE.[1] GENVATES. VEITVRIOSQVE. LICEAT. ITA. VTEI. IN. CETERO. AGRO ‖ GENVATI. COMPASCVO. NIQVIS. PROHIBETO. NIVE. QVIS. VIM. FACITO. NEIVE. PROHIBETO. QVO. MINVS. EX EO. AGRO. LIGNA. MATERIAM ‖ SVMANT. VTANTVR. QVE VECTIGAL. ANNI. PRIMI. K. IANVARIS. SECVNDIS. VETVRIS. LANGENSES. IN POPLICVM. GENVAM. DARE ‖ DEBENTO. QVOD. ANTE. K. IANVAR. PRIMAS.[2] LANGENSES. FRVCTI. SVNT. ERVNTQVE. VECTIGAL. INVITEI. DARE. NEI. DEBENTO ‖ PRATA. QVAE. FVERVNT. PROXVMA. FAENISISCE. L. CAECILIO. Q. MVVCIO. COS. IN. AGRO. POPLICO. QVEM VITV. IES. LANGE ‖ POSIDENT. ET. QVEM. ODIATES. ET. QVEM. DECTVNINES. ET. QVEM. CAVATVR. IN. EIS. ET. QVEM. MENTONINES. POSIDENT. EA. PRATA ‖ INVITIS. LANGENSIBVS. ET ODIATIBVS. ET. DIC. TVNINEBVS. ET CAVATVRINES. ET. MENTONINES. QVEM. QVISQVE. EORVM. AGRVM ‖ POSIDEBIT. INVITIS. EIS. NIQVIS. SICET. NIVE. PASCAT. NIVE. FRVATVR. SEI. LANGENSES. AVT. ODIATES. AVT. DECTVNINES. AVT. CAVATVRINES ‖ AVT. MENTOVINES. MALENT. IN. EO. AGRO. ALIA. PRATA. INMITTERE. DEFENDERE. SICARE. ID. VTI. FACERE. LICEAT. DVM. NE. AMPLIOREM ‖ MODVM. PRATORVM. HABEANT. QVAM. PROXVMA. AESTATE. HABVERVNT. FRVCTIQVE. SVNT. VITVRIES. QVEI. CONTROVORSIAS ‖ GENVENSIVM. OB. INIOVRIAS. IVDICATI. AVT. DAMNATI. SVNT. SEI. QVIS. IN VINCVLEIS. OB. EAS. RES. EST. EOS. OMNE IS ‖

SOLVEI. MI. T. TEI. LEIBERIQVE. GENVENSES. VIDETVR. OPORTERE. ANTE EIDVS. SEXTILIS. PRIMAS. SEQVOI. DE. EA. RE ‖ INIQVOM. VIDEBITVR. ESSE. AD. NOS. ADEANT. PRIMO. QVOQVE. DIE. ET. AB. OMNIBVS. CONTROVERSIIS. ETHONO. PVBL.[3] ‖ LEG. MOCO. METICANIO. METICONI F. PLAVCVS. PELIANI. PELIONI. F.

Aenea tabula haec inventa est. a. 1506. in agro Genuensi miliario prope urbem decimo. Plures eam edidere, (v. c. Grut. p. 204. Spangenberg. p. 380.) sed nemo accuratius Francisco Antonio Zacharia in *Excurs. litterar.* p. 27., quem secutus sum. Consule praeterea Hieronymum Serram et C. A. Walckenaer in Millin *Mag. encycl.* 1809, 5. p. 395., ex quorum sententia *Manicelum* respondet vico, qui hodie dicitur *Maniceno*, *Mons Ioventio*, *Monte Ciovo delle reste*; *Cavaturines* sedes habuerunt, ubi nunc est *Crevarina*, *Odiates* in *Obieta*. *Procobera* hodie *Polcevera*.

1) PECVVASCERE Grut. 2) „Eidae Sextiles primae et Kalendae Iannariae secundae ex Ulpiano ita explicantur a Maffeio *Observatt. Litt.* T. 3. p. 294. ut *primae* proximae sint, *secundae* Kalendae alterius anni." Zach. 3) et oneribus publicis liberi sint.

5122. Stipulationis exemplum h. l. do ex Osanni censura libri, cuius mihi copia non erat: *Silloge d'Iscrizioni antiche inedite corredate di qualche commento da G. Melchiorri e P. Visconti.* Roma 1823. 8.:

M. RVTILIVS. SP. COL.[1] NIGER ‖ EMPTOR. ADIECTIS PARTIBVS ‖ IVRIS. Q. APPVLEII. EVTYCHI ‖ C. APPVLEIVS. OL. DOLICVS. IN. PARTE ‖ IVRIS. P. APPVLEI FELICIS ‖ M. CASTRICIVS. MYSTICVS. — In via Appia. *Allgemeine Lit. Ztg. Ergänzungsblatt.* 1827. N. 69. A duobus lateribus huius cippi incisa sunt testium nomina; in quibus, (quod memoratu dignum est) etiam feminae aliquot.

1) SPurii vel SPurius Filius (exciditne F.?) Collina tribu.

§. 6. MAGISTRATVS ET HONORES VETERIS REI PVBLICAE.

CONSVLES. PRAETORES. CENSORES. AEDILES. TRIBVNI PL. QVAESTORES. TRIVMVIRI CAPITALES. cet.

5123. Legitimus ordo Magistratuum hic est:

Dictator, Consul, Praetor, Magister Equitum, Censor, Aedilis, Tribunus plebis, Quaestor, Triumvir Capitalis, Triumvir agris dandis adsignandis, (Tribunus militum legionibus quattuor primis aliqua earum) (Iudex). Cfr. Plebiscitum ap. Marini *Atti* T. 2. p. 569. et Fragm. Leg. Serviliae *ed. Klenze.* p. 3. et 11.

5124. Ad Fastos Consulares ordinandos ac supplendos magnam utilitatem praebent et tesserae gladiatoriae, et opera figulina sive doliaria: qua in re elaborarunt praesertim Fabrettus, Muratorius, et Marinius, nunc vero cum maxime in hoc studio est occupatus doctissimus Borghesius. Nobis exempla tantummodo quaedam dedisse sufficiet. In tesseris gladiatoriis brevitatis causa interdum, sed raro, unus

tantum consul refertur. v. c. Fabrett. p. 39. n. 194.: FELIX MVNDICI. SP. K. APR. C. SENTIO. — u. c. 757. — Gor. *Etr.* 3. Praef. p. XXXI. FELIX ANTONI ‖ SP. K. IVN. FVLVO COS. (u. c. 858. Cfr. Inv. *Sat.* 15, 27. *Consule Iunio.*) Ceterum pleraeque tesserarum gladiat. ad seculum octavum u. c., paucae ad septimum, pauciores etiam ad nonum pertinere notavit *Hagenb.* Idem usus unum consulem nominandi etiam in aliis monum. observatur. Fabrett. VII, 121. Gor. *Etr.* 3. p. 150.

5125. Reciprocatio nominum Consulum, in inscriptt. passim obvia, quamnam ad causam referenda sit, ambigit Fabrett. p. 503., ubi sex titulos exhibet *Aproniano et Paetino Cos.* p. 509. septem alios *Paetino et Aproniano Cos.* inscriptos. (p. Chr. 123.)

5126. EX. F. Q. AMAR. OP. DO. NVN. FORT ‖ Q. AR. PAE. ET. VEN. APPO ‖ COS. — Marini *Atti* 1. p. 193., qui ita explicat: *ex figlinis Quinti Asinii Marcelli, opus doliare Nunnidii Fortunati, Quinto Articuleio Paetino et Venuleio Aproniano Cos.* (p. Chr. 123.)

5127. Consulatus suffectus in reliquis enumerandis fere negligitur; sunt tamen exempla, e quibus constat, illius quoque rationem habitam fuisse:

L. LICINIO SECVNDO. ACCENS. PATRON. SVO. L. LICIN. SVRAE. PRIM [1] ‖ SECVNDO. TERTIO ‖ CONSVLAT. EIVS ‖ IIIIII. VIR. AVG. COL ‖ I. V. T. [2] TARRACON ‖ ET COL. F. I. A. P [3] ‖ BARCIN ‖ M. PAVLLVS ‖ PAVLLINVS ‖ AMICO. — Barcinone. Grut. 429, 3., similes ibid. 4—9. Murat. 1103, 8. et 2016, 5., quae omnes, immerito puto, Maffeio A. C. L. p. 333. suspectae visae sunt; male autem explicatae de Consulatu municipali a Cangio, quem refutavit Cuperus *Mon. ant.* p. 224., et Corsinio in *Ep. de Burdegalensi Ausonii Consulatu.* Act. Erud. Lips. 1774. p. 183.

1) Primus Licinii Surae Consulatus suffectus p. Chr. 98., secundus ordinarius p. Chr. 102., tertius p. Chr. 107. 2) Iuliae Victricis Togatae. 3) Felicitas (al. Faventia) Iulia Augusta Pia.

5128. C. VMMIDIO C. F. TER. DVRMIO ‖ QVADRATO COS. XV VIR S. F ‖ LEG. TI. CAESARIS AVG. PROV. LVSIT ‖ LEG. DIVI CLAVD. IN ILLYRICO. EIVSDEM ET ‖ NERONIS CAESARIS AVG. IN SYRIA PROCOS ‖ PROVINC. CYPRI Q. DIVI AVG. ET TI. CAESARIS ‖ AVG. AED. CVR. PR. AER. X VIR. STLIT. IVD. CVRAT ‖ TABVLAR. PVBLICAR. PRAEF. FRVM. DANDI. EX S. C. — In monasterio Casinate. Fabrett. p. 171, 326. „De hoc Ummidio Consule nihil Fastos habere mouet Mur. 433. Almelov. *Fast.* C. 2. p. 219. coniicit Quadratum hunc consulem fuisse a. Christi 167. U. C. 920., id quod tempora minime ferunt de homine sub Tiberio iam claro." HAGENA. Mss.

5129. PETRONIVS MAXIMVS IIII. PRAEFECTVS ET BIS CONSVL ORD. [1] SQVALORE SVMMOTO. — Romae. Fabrett. p. 701, 223., e schedis Barb.

1) in Fastis non reperitur.

3130. P. GRAECINIO ‖ P. F. POB ‖ LACONI 1) ‖ ORNAMENTIS CONSVLARIBVS. — Veronae. Grut. 417, 2. Maffei *Mus. Ver.* 116, 3.

1) Graecinius Laco νυκτοφυλάκων ἄρχων, quum Seianus occideretur. Grut. — Consularia ornamenta memorantur etiam ap. Grut. 375, 1.

3131. D. M ‖ T. FL. PRIMANO PATRI ET ‖ TRAIAN. CLEMENTINAE ‖ MATRI ET ‖ T. FL. CLEMENTI FRATRI ‖ MIL. LEG. III. ITALIC ‖

EXACTO. COS 1) ‖ QVI VIXIT ANNIS XXIIII ‖ T. FL. MARTIALIS SIBI ‖ ET PARENTIBVS SVIS ‖ VIVOS FECIT. — Augustae Vindelic. Mur. Praef. ad Tom. IV, 2. Raiser *Augsburg*. p. 54.

1) Explicant: *exacto consulatu, qui vixit* (postea) *annis XXIV.* interpretanturque de T. Flavio Clemente, Cos. a. p. Chr. 195. haud attendentes, quam parum probabile sit, militem gregarium tertiae Legionis ad Consulatum esse evectum; quamquam insolita, ne dicam inepta sit formula, *qui post Consulatum vixit annis* cet. Quocirca vide, ne EXACTO*ri*, vel EX ACTOR*ibus* Consulis sit explicandum, vel denique in mendo cubet, et fuerit, vel EX. B. F. (ex beneficiario) vel FACTO BF, vel etiam EX OPTIO. Neque me movet eiusdem nominis Consul anni 195., quum in vulgatissimis sint Titi Flavii Clementes. — HAGENB. explicabat *Exacto Consulis* ut Marm. Oxon. p. 43, 135. Maitt. *Exacti exercitus* i. e. quod alibi *evocati*. Cfr. Spon p. 270, 3., *cum immunibus librariis* (cfr. Gud. p. 93, 3.) *et exactis*. Schwarzius denique *Diss. de Iure Italico* p. 27. legebat *Exacto. Cos.* i. e. Exactori census.

3132. Inscriptiones, in quibus exstat formula *post consulatum* collegit et illustravit C. G. Schwarzius in Dissert. *de Fastorum Romanorum formula post consulatum.* Altorfii 1735. 4. Cfr. Fabrett. p. 553. Murat. 429, 1. 430, 2. 2004, 1. v. c.:

VIR BEATISSI‖MVS PROBINVS EPISC 1) ‖ SEDIT ANN. I. MENS. VIIII ‖ DIES IIII. DEPOSITVS SVB DIE ‖ XIII. KAL. SEPTEMBRES IMP. D. N ‖ IVSTINO ANNO VII. P. C. 2) EIVS‖DEM ANNO V 3) INDICTI‖ONE QVINTA. — Capuae. Mur. 430, 2.

1) Episcopus. 2) post consulatum. 3) p. Chr. 572.

3133. ...S. C ‖ CENSORES ‖ LOCA A PILIS ET COLVMNIS ‖ QVAE A PRIVATIS ‖ POSSIDEBANTVR CAVSA ‖ COGNITA EX FORMA IN ‖ PVBLICVM RESTITVERVNT. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 306, 7.

3134. L. FVLVIO L. FIL. OVF.. 1) ‖ GAVIO NVMISIO PETRONIO ‖ AEMILIANO PRAETORI ‖ TVTELARIO. CANDIDATO AVGG. QVAESTORI CANDID ‖ AVGG. PONTIFICI PROMAGIS‖TRO. 2) SALIO. COLLINO. PRAEF. ‖ FERIAR. LATINAR. III VIR ‖ MONETALI A. A. A. F. F. VI VIR ‖ TVRMAE I. EQVIT. ROMANOR ‖ ATTIA CERVIDIA VESTINA MARITO. — Romae. Maffei *Mus. Veron.* 252, 3. Ficoroni in Reimari *Comment. de vita I. A. Fabricii* p. 255.

1) OVF*entina*. 2) v. c. Fratrum Arvalium vel Collegii alicuius sacri. — Alium Praetorem tutelar. dabit tibi Grut. 361, 1.

3135. P. COELIO P. F ‖ SER. BALBINO ‖ VIBVLLIO PIO ‖ X. VIRO STLITIB. IVDIC ‖ VI VIRO EQVIT. ROMAN ‖ TVRM. QVINT. TR. MIL. LEG ‖ XXII. PRIMIG. P. F. ADLECTO ‖ INTER PATRIC. AB IMP. CAES ‖ TRAIANO HADRIANO AVG ‖ SALIO

COLLINO. QVAEST ‖ AVG. FLAMINI VLPIALI. PR. DE ‖ FIDEI. COMISS. COS[1] ‖ DESIGNATO ‖ DECVRIONES[2] SVA PECVNIA. — Romae. Grut. 393, 6.

1) p. Chr. 137. 2) Municipii ignoti, unde lapis iste Romam translatus est.

3136. CANDIDATO. PRAETORI. PARTHICARIO. est in lap. Tarrac. ap. Grut. 350, 7., incerta significatione. Vocabulum vel corruptum vel temere confictum videtur. Ceterum de Praetoribus et Quaestoribus candidatis v. Marini *Atti* p. 803.

3137. Praetorem peregrinum sub Antonino Pio habes in lap. mutilo Grut. 399, 6.

3138. C. IVLIVS L. F. CAESAR ‖ STRABO ‖ AED. CVR.[1] Q. TR. MIL. BIS. X VIR ‖ AGR. DAND. ADTR. IVD.[2] PONTIF. — Romae. Grut. 121, 5. Habent iam Mazoch. p. 49, 1. Apian. p. 213, 1. viditque Smetius, ita ut de fraude Ligoriana cogitari nequeat.

1) v. Pigh. a. u. c. 558. 2) Agris dandis, adtribuendis (alias, assignandis) iudicandis. Scholl. Scal. fluctuabat inter: *ad tribus iudicandas*, ut *adtributus iudicio*.

Notandus Aedilis curulis Vespasiani temporibus:

3139. CVRIATIO L. F. FLAMINI DIV. AVG ‖ PRIMI PIL. TRIB. MILIT. II[1] ‖ LEG. V. MACEDONIC. PRAEF ‖ ALAE... Q. DIVI VESPASIANI ‖ AED. CVR. COM. IMPERATOR[2] ‖ PATRONO CIVITATIS[3] ‖ D. D. — Cimitini prope Nolam. Lupulus p. 15.

1) nota Trib. Mil. iterum. 2) Comiti Imperatoris. 3) Scil. Nolanae.

3140. P. MARTIO QVIR ‖ PHILIPPO ‖ CVRATORI VIAE PRAENESTINAE ‖ AEDILICIO CVRVLI. V. Q.[1] AB AERARIO ‖ TRIBVNO[2] FABRVM NAVALIVM PORTENS ‖ CORPVS FABRVM NAVALIVM ‖ OSTIENS. QVIBVS EX S. C. COIRE LICET ‖ PATRONO OPTIMO ‖ S. P. P. — *A dextro latere:* DEDICATA III. IDVS APRILIS ‖ SCAPVLA TERTVLLO. ET TINEIO CLEMENTE COS[3] ‖ CVRA AGENTE VALERIO GALAGAERO[4] LIB ‖ ET C. VETTIO OPTATO. M. CLODIO MINERVALE QQ. PER.[5] — Ostiae. Grut. 437, 2. et 1027, 4.

1) *Viro Quaestorio.* 2) nota hoc munus alias vix obvium. 3) p. Chr. 195. 4) pro *Calocaero.* 5) Quinquennalibus perpetuis. Ceterum ista: DEDICATA.. PER. ut inedita dantur a Gud. 65, 2.

3141. POST.[1] MIMESIVS C. F ‖ SARDVS ‖ TR. MIL ‖ Q. AED. PL. PR ‖ LEGATVS TI. CAESARIS ‖ AVG. PROCOS. PRAEF ‖ FRVMENTI DANDI ‖ EX. S. C.[2] — Romae. Grut. 188, 1.

1) Postumus. ut ap. Fabrett. p. 30. 2) pertinet ad opus ab eo curatum. Hagen.

3142. M. CORDI. M. F ‖ RVFI ‖ PR. PROCOS ‖ AED. LVSTR. MON. SAC — Tusculi. Nibby *Viaggio* 2. p. 59.

3143. C. LVXILIO C. F. POMPT ‖ SABINO EGNATIO ‖ PROCVLO C. V. CVR. RER ‖ PVBLICAR. PISAVR. ET FANEST. LEG. LEG. X GEM. GORDIAN ‖ IVR.[1] REG. TRANSPAD. CVR ‖ VIAR ET PRAEF. ALIMENT. CLODIAE ET COHERENT[2] ‖ LEG. PROV.

ACHAIAE. PRAET ‖ AEDILI CERIALI. QVAEST ‖ PR. PR. PROV. CRETAE. CYR ‖ TRIB. LATIC. LEG. IIII. FLAV. PATRONO COLONIARVM. PISAVR. ET FANEST. — Pisauri. Grut. 433, 1., correctius in Marm. Pis. p. 16. XXXVI.

1) *Iuridico.* ap. Grut. *Cur.*, unde Maffeius Ver. Illustr. I, 7. p. 153., falso coniecit: *Correctores*, qui per Italiam pro re nata mittebantur, quandoque *Curatores* dictos fuisse. 2) Praefectus pecuniae alimentariae, iis distribuendae, qui via Clodia, Annia, Cassia, Ciminia et Amerina habitarent.

3144. D. M. S ‖ L. SINICIO REGINO ‖ PRAETORI. TRIBVNO. PLEBI. QVAESTORI ‖ PROVINCIAE MACEDONIAE. — In via Ostiensi. Marini *Atti* 2. p. 780.

3145. D. M ‖ L. IVLIVS LARCIVS ‖ SABINVS TRIB. PLEB[1]) ‖ V. ANNIS XXIIII. DIEBVS III. ... — Pisis. Gor. *Etr.* T. 2. p. 29, 20.

1) Romae. In municipiis enim vix fuerunt Tribuni plebis. Ceterum notandus Tribunus pl. XXIV. annos natus.

3146. M. SALONIO ‖ A TI. CLAVDIO CAESARE ‖ AVGVSTO GERMANICO ‖ .... IN ‖ SENATVM ET INTER ‖ TRIBVNITIOS RELATO ‖ AB EODEM ADSCITO IN ‖ NVMERO ..... ‖ SALONIA MATER ‖ FILIO PIENTISSIMO ‖ VIVA FECIT. — Vicetiae. Maffei *Mus. Ver.* 577, 8.

3147. L. TERENTIO L. F ‖ C. APRVFENIO C. F ‖ L. TVRPILIO. C. F ‖ M. ALBANIO L. F ‖ T. MVNATIO T. F ‖ QVAISTORES ‖ AIRE MOLTATICOD ‖ DEDERONT.[1]) — Firmi, in aerea lamina. Grut. 52, 12. Fabrett. p. 643, 367. Mur. 486, 3.

1) Grut. et Fabri typus in *Comment. ad F. Ursini Imagg.* p. 26. habent AIRE MOLTATICOD ‖ DEDERONT. quod merito placuit Saxio *Miss.* 4. p. 214. MOLTAT. CONDEDERVNT ceteri iungentes, accepere pro *condiderunt* templum. Ceterum vide, utrum de quaestoribus Romanis, an Firmanis sermo sit?

3148. P. SERVILIO. L. ANTONIO COS[1]) ‖ A. D. IIII. K. SEXT ‖ LOCAVIT Q. PEDIVS. Q. VRB ‖ MVRVM IVNONI LVCINAE ‖ HS *th th th h th th th*[2]) ‖ EIDEMQVE PROBAVIT. — Romae in Esquiliis, ubi aedes Iunonis Lucinae. Marini *Iscr. Alb.* p. 1, 2.

1) a. c. 713. 2) HS. 380000.

3149. C. ORESTIO PAVLLINO C. V ‖ PRAEF. VRBIS P. FERIARVM ‖ LATINARVM ‖ QVAESTORI VRBANO. AED. CER ‖ PRAETORI EODEMQ ‖ TEMPORE PRAETOR ‖ HETRVR. XV. POPVL ‖ CVRATORI SPLENDIDISSIMAE CIVITATIS MARS. MARR.[1]) EODEM TEMPORE ET CVR. VIAR. TIB. VAL ‖ ET ALIM. PATRONO ABSTINENTISSIMO. — In opp. S. Benedicti. Gud. 131, 5. (non ex Ligorio.) Spon *Misc.* p. 190, 1.

1) Marsorum Marruvii. — Quaestorem annor. XXIV. sub Commodo habes ap. Grut. 485, 3.

3150. HAVE MELETINA ‖ SVAVISSIMA ‖ D. S. I[1]) ‖ IVLIAE MELETINAE ‖ LIB ‖ VIX AN. XXI. M. VI. D. X ‖ H. III ‖ C. LV-

CRETIVS Q. F. PAL ‖ QVAEST. AB AERAR ‖ ARAM HANC DD. — Romae. Grut. 1026, 9.

1) Diis Sacrum Inferis. v. Hagenb. *Epp. epigr.* p. 283. De his Quaestoribus ab aerario Saturni v. Grut. 360, 4. 387, 5. 424, 8. 437, 2. 1026, 9. 1027, 4. V. Q. explicam potius *Vir Quaestorius*, quam *Vir Quaestor*, ut volabat Gud. *ad Grut.* 1027, 4. cet. Caterum nota formulam temporum veteris rei publicae: Quaestor, cui aerariam provincia obvenerit. — Quaestor quicunque aerariam vel urbanam provinciam obtinebit, in Fragm. Leg. Servitiae. *ad. Klenze.* p. 81.

5151. BALBINO MAX. COS. ORD[1] ‖ PR. K. TVT. Q. K.[2] LEG. PROV. ASIAE ‖ CVR. R. P. LAVR. LAVIN. ITEM ‖ COGNOSCENTI AD SACR. APP[3] ‖ CVRAT. AQVAR. ET MINICIAE[4] ‖ PRAEF ‖ ALIMENTOR. VIAE FLAMINIAE ‖ XV. VIR. SACR. FAC. III VIR. KA[5] ‖ SEVIRO EQVIT. ROMANORVM ‖ IVN. SEPTIM. VERVS. HERMOGENES ‖ SEXAGENARIA PROCVRATIONE[6] SVFFRAGIO EIVS ORNATVS. — Romae. Mur. 357, 3.

1) Mur. refert ad a. p. Chr. 232. 2) Praetori Candidato tutelari, Quaestori Candidato. 3) appellationes. 4) v. Nard. *Roma A.* 6, 10. Minucia vetus, et Minucia frumentaria duae porticus in regione IX. exstructae erant, in quarum altera tesserae frumentariae distribuebantur. 5) capitali. 6) Hermogenes Balbini procurator alimentis dividendis v. Capitol. *Pertinac.* 2. Cfr. similem lap. Grut. 1101, 8.

5152. D. M ‖ RELIQVIAE CORPORIS. M ‖ TARQVINI CRISPI ‖ FRONTONIS C. L ‖ TRIVMVIRI. CAP. — Sutri. Grut. 471, 7.

5153. L. FVLVIO C. FIL. POPIN ‖ ABVRNIO. VALENTI ‖ PONTIFICI. PRAEFECT. VRBI. FERIARVM LATINAR[1] ‖ FACTO AB IMP. HADRIANO AVG. II. COS[2] ‖ III VIRO. A. A. A. F. F. QVAEST. AVG[3] ‖ TRIBVNO PLEBIS DESIGNATO ‖ CANDIDATO AVG ‖ EQ. PVBL ‖ C. I[4] ‖ D. D. — Florentiae. Fabrett. p. 677, 53. Gor. *Etr.* 1, 386, 142. Mur. 701, 1.

1) v. Tac. *Annal.* 6, 11. 2) p. Chr. 118. 3) Augusti. 4) C. I. (pro quo Mur. male VC IV. vide Gorii typum.) Gorius explicat: *Curari iusserunt.* Male, opinor. Est: *Clarissimo Iuveni.* Ceterum III Virum A. A. A. F. F. octodecim annorum habes Mur. 712, 5., III. Vir. ad monetam, in Hispaniensi saxo. ib. 714, 5., tertium, sine dubio a Ligorio confictum ap. Spon *Misc.* p. 273. Mur. 57, 9.

5154. M. AVR. VICTORI[1] ‖ C. V ‖ PRAEF. FERIAR. LATIN ‖ SACERDOTI ‖ DEI SOLIS RELIGIOSISSIMO ‖ IOVINVS CALLIDIANVS ‖ CONDISCIPVL ‖ PATRON. DIGNISSIMO. — Romae. Grut. 313, 9.

1) sub Gallieno; v. Grut. 274, 5.

5155. C. NONIO ‖ C. F. AN. CAEPIANO ‖ EQVO PVBL. EX QVIN ‖ DECVRIS. IVDICVM[1] ‖ PRAEF. COH. III. BRITTO‖NVM VETERANOR ‖ EQVITATAE TRIB. LEG. I. ADIV‖TRICIS. PIAE. FIDELIS. PRAEF ‖ ALAE I. ASTVRVM. PRAEPOS ‖ NVMERI EQVITVM ELECTOR ‖ EX ILLYRICO ‖ C. VALERIVS SATVRNINVS D . . .[2] ‖ ALAE I. ASTVRVM PRAEF. OPTIM ‖ L. D. D. D. — Arimini. Maff. *Mus. Ver.* 365, 3. Cfr. Suet. *Aug.* 32. *Calig.* 16. de quinque decuriis iudicum *Mus. Ver.* 371, 4. *Iudici ex V. Decuriis inter selectos.*

1) Est hoc saxum in iis, quae probant EX V. DECVR. et similia, legenda esse *ex quinque decuriis Iudicum*, non, ut olim volebant, *ex quinta decuria Iudicum.*

Cfr. Grut. 470, 6. Rsines. p. 406. Quattuor tantum laudantur in quibusdam saxie Caligulae tempora praecedentibus. v. Grut. 398, 8. Murat. 760, 1. — *Iudici Decur. I.* est in Tarraconensi apud Grut. 443, 1. Sed quia praecedit: *Equo publ. donato ab Imp. Hadriano*, tanto magis existimo *Decur.* $\overline{V}$. leg. esse, quot Iudicum decuriae tunc fuisse constat. Hagenb. 2) Decurio.

3156. P. ENNIO. P. F. HOR. BASSO AED. BIS $\overline{II}$ VIR ‖ I. D. BIS. $\overline{II}$ VIR. QVINQ. PONT. Q. IV.[1]) CVR. PEC. PVB ‖ IV.[2]) DIC. IX DEC. QVINQ ‖ P. ENNIO P. F. HOR. MAXIMO. AED. $\overline{II}$ V. — Venusiae. Donati 2. p. 252, 9. Lupulus p. 315.

1) Pontifici. Quaestori quartum. 2) Haec Lupulus interpretatur: *Curatori pecuniae publicae quartum*, saltide praetermittae explicationem seqq. DIC IX. *Dec. Quinq.* porro dicit esse *Decurioni quinquennali*, laudans Grut. 96, 5., ubi tamen est *Quinquennalis: Decuria bidentalis*. et 388, 7., ubi *Iter Q. D.* corruptum videtur ex *Iterum Quinquennalis* vel *Quaestor P.osuit sibi est.* — Dicendum IV. in lapide nostro simul et numerum esse et primam syllabam voc. IVDICi *novies* (ex) *Decuriis* V., an simpliciter leg. *Curatori Pecuniae Publicae, Iudici.* Quo minus pro IX legamus EX, obstat aliud fragm. Venusinum ap. Lupulum p. 318., ubi item ... IX. DEC. QVINQ., nisi utrobique falso lectum est.

§. 7. MAGISTRATVS ET HONORES SVB IMPERATORIBVS.

3157. M. GAVIO. M. F. PAL ‖ MAXIMO[1]) PRAEF. PRAET ‖ CONSVLARIBVS ORNAMENTIS ‖ ORNATO ‖ T. CLAVDIVS FIRMVS P. P[2]) ‖ EX CORNICVLAR. IPSIVS. L. D. D. D. — Firmi. Mur. 705, 6.

1) Scil. Illyricano: Grut. 415, 7. Constantini tempore instituto. Sed Hagenb. *Dipt. Boëth.* p. CXV. lapidem istum ad Antonini Pii tempora refert. Cfr. Grut. 375, 1. 2) Praepositus, vel Primipilus.

3158. M. GAVIO MAXIMO ‖ PRAEF. PRAETOR. IL‖LYRICAN. SECVN‖DVS.[1]) P. P. P. RA. O. S ‖ LEG. GR. V. PROC ‖ AVG. AMICO. — In Castro supra Leybnizam Stiriae. Grut. 415, 7. et 1025, 9.

1) Male Scalig. *Ind.* V. pro appellativo accepit *Secundus;* reclamante tota lapidis syntaxi. *Secundus*, hic est nomen proprium viri clariss., qui monumentum fecit amico, idemque erat Praeses Provinciae Pannoniae, *RAtionalis* Operum sacrorum, Legatus *GRatuitus* quinquies, Procurator Aug. Hagenb. *Diptych. Brix.* p. 73.

3159. RVFIVS PRAETEXTATVS ‖ POSTVMIANVS $\overline{C}$. $\overline{V}$. FILIVS ‖ MAGNIFICI. VIRI MARINIANI ‖ PRAEFECTI PRAETORIO ‖ ET CONSVLIS ORDINARII ‖ QVAESTOR CANDIDATVS. PRAETOR VRBANVS. TRIBVNVS ‖ ET NOTARIVS PRAETORIANVS. PRAEFECTVS VRBI SECVNDO[1]) ‖ CONSVL ORDINARIVS.[2]) QVOS ‖ TANTOS AC TALES HONORES ‖ PRIMO AETATIS SVAE FLORE ‖ PROMERVIT. (*Columbae duae cum palmae ramusculo inter utramque.*[3])) — Romae. Grut. 464, 8.

1) Ita iungendum; non cum Scal. *Secundo Consul.* 2) p. Chr. 423. 3) Christianum hominem significat isthoc emblema.

3160. FL. ANNIVS EVCHARIVS EPI‖PHANIVS. V. C. PRAEF. VRB.[1]) VI‖CE SACRA IVD. REPARAVIT. — Romae. Mur. 701, 2.

1) p. Chr. 381.

5161. FL. PEREGRINO SATVRNINO ‖ A PRIMIS ADVLESCENTIAE SVAE ANNIS ‖ PACE BELLOQVE IN REPVBLICA DESVDANTI POST IVGES EXCVBIAS MILITIAE ‖ TRIBVNO MILITVM. COMITI ORDINIS ‖ PRIMI. MODERANTI INLVSTREM SACRI ‖ PATRIMONII COMITIVAM.[1] SECVNDO[2] VRBI PRAEFECTO. CVI OB TESTIMONIVM MORVM ‖ INTEGRITATIS ATQVE IVSTITIAE ‖ SINGVLARIS. INLVSTRIS VRBANAE ‖ PRAEFECTVRAE GEMINAM[3] DIGNITATEM ‖ SACRO IVDICIO AETERNI PRINCIPES[4] ‖ DETVLERVNT MERITORVMQVE INSIGNIVM ‖ CONTEMPLATIONE AD POSTERITATIS ‖ MEMORIAM DECORANDAM STATVAM SVB ‖ AVRO FVLGENTEM IN FORO DIVI TRAIANI ‖ ERIGI COLLOCARIQVE IVSSERVNT. — Romae. Reines. p. 1022, 20.

1) v. Reines. l. l. 2) Notantibus Bouhierio et Hagenbuchio sequioribus temporibus *secundo*, et *bis* pro *iterum* nihil habet offensionis. v. c. Grut. 464, 8. *Praetextatus Praefectus urbi secundo, Consul ordinarius.* Idem vocabulum his temporibus praeponitur modo, modo subiungitur dignitati: nec mirandum in albo Praefectorum urbi Saturninum non reperiri, quum et alii praefecti praetorio bis s. secundo legantur in inscriptt. antiquis, quos veterum libri ignorant. v. c. Boëthius notissimi illius Diptychi Brixiani. 3) iteratam. 4) Arcadius et Honorius.

5162. MAVORTII[1] ‖ Q. FLAVIO MAESIO EGNATIO LOLLIANO C. V ‖ Q. K.[2] PRAETORI VRBANO AVGVRI PVBLICO POPVLI ROMANI QVIRITIVM. CONS.[3] ALBEI (*sic*) TIBERIS ET CLOACARVM CONS. OPERVM PVBLICVM[4] (*sic*) CONS. AQVARVM. CONS. CAMP. COMITI ‖ FLAVIALI[5] COMITI ORIENTIS COMITIS (*sic*) PRIMI ORDINIS ET PROCONSVLI PROVINCIAE ‖ AFRICAE COLLEGAE V. S. DECATRESSIVM[6] ‖ PATRONO DIGNISSIMO POSVERVNT. — Puteolis. Mur. 702, 2., sed correctius in Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 244.

1) nomen hoc quoque est eiusdem Q. Flavii cet. Praef. Vrbi p. Chr. 342. 2) *Quaestori Kandidato*, non vero, ut vult Romanell., *Quaestori Kalendarii.* 3) Mirum hoc. Romanellius explicat *Conservatori*; sed CONS. *Aquarum* certe est *Consulari*. v. Gothofred. in *Notit. dignit. Cod. Theod. Ed. Ritt.* T. 7. p. 33. In alio titulo Suessano eidem posito ap. Spon *Misc.* 129, 1. Fabrett. 689, 110., solitum exstat: *Curatori alvei* cet. *Curatori oper. publicorum.* 4) Mur. *publicorum.* 5) FLVVIALI Mur. „cui fluviorum cura demandata est." 6) Quid hoc sibi velit, adhuc est obscurum: in alia Puteolana eidem posita Mur. 702, 3. Romanelli l. l. est DECATRENSES. (DEKATR. Mur.) scil.:

5163. Q. FLAVIO MAESIO CORNELIO EGNATIO ‖ SEVERO LOLLIANO C. P. Q. K ‖ DEKATRENSES CLIENTES EIVS PATRONO ‖ PRAESTANTISSIMO POSVERVNT. — Romanellius explicans V. S. *Virorum Sacrorum*, insoliti quid profert; propius a vero videtur Muratorii *Sodalitium*: sed V. quid sibi vult? Nisi egregie fallor, erit: „Collegae Veteris Sodalitii τῶν δεκατριῶν," ut Decatrenses vox sit hybrida pro XIII Viris.

5164. AMANTI OMNIVM ET AMATO OMNIBVS ‖ NOBILI PARITER ET IVSTO VALERIO PVBLICOLAE C. V. CONS. CAMPANIAE AB ATAVIS ‖ PATRONO. SPL. ORDO BENEVENTA-

NVS ‖ ET HONESTISS. POPVLVS STATVENDAM[1] ‖ DECREVIT. — Beneventi. Mur. 1032, 8. de Vita *Inscr.* p. 22, 20.

1) scil. *statuam.* Sic ap. de Vita p. 23, 25., *censuit ponendam*, omisso v. *statuam.* Ceterum, etsi de Vita hunc titulum refossum narrat a. 1702., habet tamen suspecti aliquid, velut ipsum illud *Valeris Publicolae* nomen, et *honestissimi* attributum Populo collatum.

3165. ADELFI ‖ CLODIO CELSINO ‖ INSIGNI ET C. V. PRAESTANTI BENIVO‖LENTIA AVCTORITATE IVSTITIA ‖ CORR.[1] REGIONVM DVARVM[2] ‖ MEMORABILI ET PRAETERITORVM ‖ IVDICVM EXEMPLA VIRTVTIBVS ‖ OMNIBVS SVPERGRESSO ORDO SPLEN‖DIDISSIMVS BENEVENTANAE CIVITATIS ‖ PATRONO DIGNISSIMO. — Beneventi. Mur. 1032, 5. de Vita p. 22, 22.

1) *Correctori.* 2) Apuliae scil. et Calabriae. Cfr. Lupuli *Dissertat. de Statu Apuliae et de Iuridicis et Correctoribus Apuliae.* Iter Venus. p. 358.

3166. EX AVCTORITATE TVRCĪ APRONIANI V. C ‖ PRAEFECTI VRBIS. RATIO DOCVIT. VTILITATE SVA‖DENTE. CONSVETVDINE MI‖CANDI SVMMOTA SVB EXAGIO[1] ‖ POTIVS PECORA VENDERE QVAM ‖ DIGITIS CONLVDENTIBVS TRADE‖RE. ET ADPENSO PECORE. CAPITE. PEDIBVS .ET SEVO. LACTANTE ET. SVBGVLARI. LANIO CEDENTIBVS ‖ RELIQVA CARO CVM PELLE ET INTE‖RANEIS PROFICIAT VENDITORI. SVB CONSPECTV PVBLICO FIDE PONI‖DERIS COMPROBATA. VT QVANTVM ‖ CARO OCCISI PECORIS ADPENDAT ‖ ET EMPTOR NORIT ET VENDITOR ‖ COMMODIS OMNIBVS ET PRAEDA ‖ DAMNATA. QVAM TRIBVNVS. OFFICIVM. CANCELLARIVS ET SCRIBA ‖ DE PECVARIIS CAPERE CONSVEVE‖RANT. QVAE FORMA INTERDICTI ‖ ET DISPOSITIONIS. SVB GLADII PE‖RICVLO PERPETVO CVSTODIEN‖DA MANDATVR. — Romae. Grut. 647, 6. (Eodem pertinet 647, 7. quod omittimus.) Utrumque edictum illustravit Car. Gotf. Winkler. Referendum ad ann. 364. vel 372., quibus Apronianus Praef. Vrbis erat.

1) i. e. ad libram. Hinc Ital. *saggio*, Hispan. *ensayo*, Gall. *essai. micare* synonymum fere est verbi *sortiri.* v. Suet. *Aug.* 13.

3167. Aliud simile edictum Praefecti Vrbi circa a. 488. p. Chr. v. ap. Grut. 1114, 6. Fabrett. C. VII, 582.

3168. Q. ASCONIVS ‖ GABINIVS MODEST ‖ PRAETOR. PROCOS ‖ PRAEF. AERARĪ. SATVRNI ‖ DEDIT. — Rhodigii. Mur. 183, 6. (Grut. 26, 2., male *Saturno.*) cfr. Hagenb. *de Diptych. Boeth.* p. 175.

3169. DIVO AC. VENERABILI ‖ PRINCIPI CONSTANTINO ‖ PATRI PRINCIPVM ‖ MAXIMORVM ‖ L. CREPERIVS. MADALIANVS VC ‖ PRAEF. ANN. CVM IVRE GLAD. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 251, 3. Cfr. N. 3200.

3170. CLAVDIO IVLIO ‖ PACATO V. C. CONS ‖ CAMP. OB AEQVITA‖TEM IVDICIS ET ‖ PATROCINIA IAM ‖ PRIVATI.

ORDO ‖ BENEVENTANVS PATRONO POST ‖ FASCES DEPOSITOS ‖ CENSVIT CONLOCANDAM.[1]) — Beneventi. Morcelli *St.* 2. p. 58.

1) Est typus De Vitae *Inscriptt.* p. 21, 19. Cfr. Grut. 391, 1. 424, 1. Mur. 376, 1. et 1032, 6. Nota Consulari (male Saxius *Miss.* 4. p. 109. de Consulatu Campaniae accepit) Campaniae fasces tribui.

3171. ANICIVS ACILIVS GLABRIO FAVSTVS ‖ $\overline{V}$. $\overline{C}$. CONSVL[1]) DICAVIT ‖ TARRVT ‖ TARRVTENIO MAXIMILIANO V. C ‖ ELOQVENTISSIMOQVE. CONSVLARI ‖ PICENIANO. AETATIS NONODECIMO ‖ VICARIO VRBIS ROMAE. LEGATO AMPLIS‖SIMI SENATVS SECVNDO.[2]) SOCERO ‖ EXOPTATISSIMO. ANICIVS ACILIVS ‖ GLABRIO FAVSTVS $\overline{V}$. $\overline{C}$. LOCI HVIVS ‖ ORNATOR TOGATAM STATVAM[3]) ‖ LIBENS POSVI. — Romae. Grut. 471, 8.

1) p. Chr. 438. 2) iterum, iunge cum *Legato.* 3) Sic: *statua habitu civili posita* Grut. 457, 2. Ceterum Maximilianus ille est, ad quem scribit Symmachus 8, *Ep.* 47..et 54. Grut.

3172. FVRIVS. MAECIVS ‖ GRACCHVS V. C ‖ CORRECTOR FLA‖MINIAE ET PICE‖NI ORNATVI ‖ THERMARVM ‖ DEDICAVIT. — Tibure. Nibby *Viaggio* 1, p. 163.

3173. M. AVFIDIO M. F. SALVSTIANO ‖ IVRIDIC. PROV. CAMPANIAE ‖ PROCOS. PRAET. TR. PL. Q. II[1]) ‖ OB EIVS MODERAT. ET MVNIF ‖ CAPVAE DECVRION ‖ SIGNVM DEAVR.[2]) ET TITVL ‖ PON. STATVER ‖ RVSTICO ET AQVILINO COS.[3]) — Capuae. Donati 2. p. 247, 7.

1) *Quaestori iterum* non placet: fuitne Q. K.*andidato?* 2) *deauratum.* 3) p. Chr. 162.

3174. M. AELIO AVRELIO ‖ THEONI AVG ‖ IVRIDICO DE INFINITO[1]) PER FLAM ‖ ET VMBRIAM. PICENVM. SODALI ‖ HADRIANALI. PRAETORI TRIBVN. PLEBIS ‖ ADLECTO INTER QVAESTORIOS. TRIB ‖ MILITVM LATICLAVIO. LEG. $\overline{XI}$ CLAVD ‖ ITEM TRIBVNO MILITVM LATICL ‖ LEG. $\overline{XII}$. FVLMINAT. DECEM‖VIR. STLITIBVS IVDICANDIS ‖ OB SINGVLAREM ABSTINENTIAM ‖ INDVSTRIAMQ. EXHIBITAE IVDICAT[2]) ‖ ORDO ARIMINENSIVM ‖ PATRONO. — Arimini. Grut. 1090, 13. v. Maffei *Ver. ill.* T. 1. p. 295. Sambuca *Memorie* p. 43.

1) de quacunque pecuniae summa. 2) iudicaturae. Ceterum Oliverius *Morm. Pisaur.* p. 116. contra Maffeium docet ex Grut. 433, 1., Iuridicos minime sublatus fuisse Macrino imperante, sed durasse etiam Gordiani aevo.

3175. T. AVRELIO FLAVIANO PP.[1]) LEG ‖ $\overline{IIII}$ FLAVIAE. ITEM PRAEPOSITO[2]) ‖ VMBR. PICEN. ET APVL. AVRELIVS ‖ QVIETVS ET AVRELIVS AVDAX ‖ PATRI DVLCISSIMO ET CLAVDIA ‖ QVIETA CONIVNX MARITO CVM ‖ QVO ANNIS $\overline{XX}$. BENE VIXIT. — Pisauri. Gud. 116, 6. Doni p. 219, 226. Marm. Pisaur. 24, 55. Mur. 797, 3.

1) Praepositus, nisi leg. P. F. Haozne. Sed cfr. Murat. 1107, 5., ubi rursus P. P. LEG. $\overline{IIII}$. FLAVIAE. 2) consule Oliverium p. 147.

3176. C. CAESIO A. F. OVF ‖ PAT. MVNIC ‖ CVRATORI VIARVM ‖ ET PONTIVM[1]) VMBRIAE ‖ ET PICENI. ADLECTO AB ‖ OPTIMO IMP.[2]) T. AELIO ‖ ANTONINO. AVG. PIO ‖ P. P. IMP. II[3]) ‖ LIBERTI PATRONO ‖ OPTIMO AC DIGNISSIMO ‖ L. D. D. D. — Albacinae in Marca Anconitana. Spotorno *Trattato* 2. p. 79. (Locus tamen est incei..as. v. eundem.)

1) Hoc utique singulare. 2) Sic in Antonini Pii nummis, apud Eckhel D. N. 7. p. 11. S. P. Q. R. A. N. F. F. *(annum novum faustum felicem)* OPTIMO. PRINCIPI. PIO. 3) inde ab a. p. Chr. 139. v. Eckhel ibid. p. 37.

3177. C. CORNELIO ‖ C. F. QVIRIN ‖ FELICI THRALLO ‖ IVRID. PER FLAM ‖ ET VMBR ‖ C. V. LEG ‖ PROV. ACHAIAE. PRAET ‖ TR. PL. QVAEST. PROV. SICIL ‖ PATRONO COLONIAE ‖ VICANI VICORVM VII.[1]) ET ‖ COLLEG. FAB. CENT. DENDR ‖ VRB. IVRIDICATVS EIVS. OB EXIMIAM ‖ MODERATIONEM. ET IN STERILITATE ‖ ANNONAE. LABORIOSAM ERGA IPSOS FIDEM ‖ ET INDVSTRIAM. VT ET CIVIBVS ANNONA ‖ SVPERESSET. ET VICINIS CIVITATI‖BVS SVBVENIRETVR ‖ L. D. D. D. — Arimini. Grut. 1093, 3.

1) de his septem vicis v. in Geographicis N. 80.

3178. AEGIPPI ‖ L. MVSSIO AEMILIANO ‖ LAVRENTI LAVINATIVM ‖ IIII. MILIT.[1]) V. E. PRAEF. VEHICVL ‖ TRIVM PROV. GALL. LVGDVNENS ‖ NARBONENS. ET. AQVITANI ‖ AD S-S LX. PROC. ALEX. PELVSI. PPRAET[2]) ‖ AD S-S. C PROC.[3]) PORTVS VTRIVSQVE RE[4]) ‖ VIRO INNOCENTISSIMO ‖ CODICARII[5]) NAVICVLARII ET ‖ QVINQ. CORPORA NAVIGANTES OB ‖ INSIGNEM EIVS ERGA SE ‖ BENIVOLENTIAM AC ‖ SINGV‖LAREM ABSTINENTIAM. *In latere:* DEDIC. XV. KAL. IVN ‖ DD. NN .... ‖ AVG ... COS ‖ CVRANT. NVN. HERMOGEN AV. N. L. PAVLINO CON[6]) — Romae. Grut. 440, 3. Accuratius (ex Ligorio tamen) ap. Mur. 514, 1.

1) Hic corrupti quid latet, (MIL. Mur.) ut et: 2) pro quo Grut. habet PV.. 3) Procuratores ad sexagena, centena, ducena sestertia, dicuntur a numero pecuniarum, quas in salarium accipiebant. v. Salmas. ad *Capitolin. Pertin.* C. 2. T. 1. p. 533. *Hack.* 4) l.: R T. i. e. Ripae Tiberis. Murat. 5) v. Murat. l. l. Seneca *de brev. Vitae.* C. 13. 6) Putat Ligorius espuncta fuisse nomina Carini et Numeriani Augg. p. Chr. 284.

3179. Q. CAECILIO Q. F ‖ ARN. MARCELLO ‖ Q. PROV. NARBONENSIS ‖ TR. PL. PR. IN VTROQVE ‖ HONORE[1]) CANDIDATO ‖ DIVI TRAIANI AVG. LEG ‖ PRO PR. PROV. NARBON. ET ‖ PROV. BAETICAE. PRO. COS ‖ PROV. SICILIAE. — Apud Cryptam ferratam. Grut. 1025, 8.

1) in tribunatu PL. et in praetura.

3180. M. AQVILIO M. (*F*) ‖ FABIA FELICI ‖ ACENSVS.[1]) EQVIT. ROMAN. PRAEF. CL. PR. RAVENNAT ‖ PROC. PATRIM. BIS. PROC. HERED ‖ PATRIM. PRIVAT. PROC. OPER. PVB ‖ PRAEP. VEXILLAT. P. P. LEG. XI. CL ‖ FR.[2]) PATRON. COL.

OB. MER. EIVS ‖ ANTIAT. PVBL. — Nunc Romae. Guascus T. 1. p. 117, 126.

1) i. e. A censibus. Phil. a Turre. Vel potius: *Ad census.* 2) Claudiae Fretensis.

5181. PRO BEATITVDINE ‖ TEMPORVM DD. NN ‖ CONSTANTĪ ET CONSTANTIS AA VV CC[1]) ‖ STATIONEM A SOLO FECERVNT ORFITVS ET FL ‖ DVLCITIVS VV. CC. CONSVLARES ‖ P. S.[2]) INSTANTE FL. VALERIANO DVCENARIO. AGENTE IN REB. ET PP.[3]) CVRSVS ‖ PVBLICI. — Thermis Selinuntiis, hodie Sciacca. Torremuzza p. 67, 4.

1) lege GG. Augustorum duorum. 2) Provinciae Siciliae. 3) Praeposito.

5182. AESCVLAPIO ‖ ET HYGIAE ‖ AVG.[1]) AVR ‖ ARTEMIDORVS BF. LEG.[2]) LEG ‖ II̅. AD. P. F. S[3]) ‖ AGENS. CC[4]) ‖ V. S. L. M ‖ MODESTO ‖ ET PROBO COSS.[5]) — Vacii. Sestini *Viaggio* p. 259.

1) Augustis. 2) Beneficiarius Legati. 3) Severianae. 4) *Agens Cuncuriorum* explicat Sestini; ego vero: *Agens Ducenarius.* Cod. Lib. 12. Tit. 20, 3. *Imp. Leo Patricio Mag. Offic. Matriculam Agentium in rebus a tua celsitudine confectam admittentes, iubemus, ne ducenarii plusquam XLVIII. in singulis habeantur in posterum.* 5) p. Chr. 228.

5183. BALBINO MAXIMO COS ORD[1]) ‖ PR. K. TVT.[2]) Q. K.[3]) LEG. PROV. ASIAE ‖ CVR. R. P. LAVR. LAVINAT. ITEM ‖ COGNOSCENTI AD SACRAS APP[4]) ‖ CVR. AQVAR. ET MINICIAE PRAEF ‖ ALIMENTOR. VIAE FLAMINIAE ‖ X̅V̅. VIR. SAC. FAC. I̅I̅I̅ VIRO KA[5]) ‖ SEVIRO EQVITVM ROMANOR ‖ IVN.[6]) SEPTIM. VERVS HERMOGENES ‖ SEXAGENARIA PROCVRATIONE[7]) ‖ SVFFRAGIO EIVS ORNATVS. — Marm. Pisaur. p. 118. Mur. 357, 3. Marini *Atti* 2. p. 672., ubi altera fere similis, quam corruptam iam dederat Grut. 1101, 8. Est iam supra N. 5151.

1) a. p. Chr. 232., vel 233., vel 234. 2) *Praetori Kandidato tutelari.* 3) *Quaestori Kandidato.* 4) *appellationes*, ut in altera omnibus literis scriptum est. 5) *capitali.* 6) In altera est: *L. Iunius.* 7) de Procuratoribus sexagenariis v. L. 1. Cod. *de exact. tribut.*

5184. HONORI ‖ MEMMIO VITRASIO ORFITO V. C.[1]) ‖ GENERE NOBILI ‖ DOMI FORISQVE AD EXEMPLVM VETERVM ‖ CONTINENTIA. IVSTITIA. CONSTANTIA ‖ PROVIDENTIA ‖ CVNCTISQVE VIRTVTIBVS SEMPER INLVSTRI ‖ PRAEFECT. VRBI ‖ NON MVLTO INTERPOSITO TEMPORE ‖ ITERVM PRAEFECTO VRBI ‖ PROCONSVLI AFRICAE ‖ COMITI ORDINIS PRIMI ‖ ITEM COMITI INTRA CONSISTORIVM ‖ ORDINIS PRIMI ‖ LEGATO PETITV SENATVS POPVLIQ. ROMANI ‖ COMITI ORDINIS SECVNDI ‖ CONSVLARI PROVINCIAE SICILIAE ‖ PONTIFICI MAIORI VESTAE ‖ QVINDECIM VIRO S. F ‖ PONTIFICI SOLIS CONSVLI PRAETORI QVAESTORI K ‖ ATQVE HIS OMNIBVS ‖ AB IPSA IVVENTVTE PERFVNCTO ‖ OB EIVS TEMPORIBVS DIFFICILLIMIS ‖ EGREGIAS AC SALVTARES PROVISIONES ‖ SVSCEPTORVM[2]) OSTIENSIVM SIVE PORTVENSIVM ‖ ANTI-

QVISSIMVM CORPVS ‖ OB VTILITATEM VRBIS ROMAE RECREATVM ‖ STATVAM CONSTITVIT. — Romae. Mur. 720, 2.

1) p. Chr. 353. et 354. 2) qui tributa publica et vectigalia colligebant.

3185. HONORI ‖ MEMMIO. VITRASIO. ORFITO. V. C ‖ NOBILITATE ACTIBVSQVE AD EXEM‖PLVM. PRAECIPVO. PRAEFECTO. VRBI[1] ‖ ET. ITERVM. PRAEFECTO. VRBI. PROCON‖SVLI. AFRICAE. AC. TERTIO. SACRARVM ‖ COGNITIONVM. IVDICI. COMITI. IN ‖ CONSISTORIO. ORDINIS. PRIMI. LE‖GATO SECVNDO. DIFFICILLIMIS. TEM‖PORIBVS. PETITV. SENATVS. ET. P. R ‖ COMITI. ORDINIS. SECVNDI. EXPEDITION. BELLICAS. GVBERNANTI. CONSVLARI. SICIL ‖ PONTIFICI. SOLIS. PONTIFICI. VESTAE ‖ XV. VIRO. S. F. CONSVLI. PRAETORI. Q. K. OM‖NIBVSQ. PERFVNCTO. HONORIB. INTRA ‖ AETATIS. PRIMORDIA. OB. PROVIDENTIAM ‖ ET STATVM. OPTIMVM. VRBI. ROMAE. AB. EO ‖ REDDITVM. CORPVS. OMNIVM. MANCI‖PVM STATVAM. SVB. AERE. [2]) CONSTITVIT. — Romae. Grut. 438, 1.

1) p. Chr. 353. 2) mirum hoc; fortasse. SVB. AVRO, ut infra.

Interdum statuae honos accuratius definitur, veluti *statua equestris aurata* Grut. 458, 8., *togata statua* ib. 471, 8. et quae eadem est, *statua habitu civili posita:*

3186. M. PONTIO M. F. PVP ‖ L. [1]) AETIANO LARCIO SABINO COS. PON‖TIFICI. SODALI ANTONINIANO. VERIANO ‖ FETIALI. LEG. AVG. PR. PR. PROV. SYRIAE. LEG. AVG ‖ PR. PR. PROV. PANNON. SVPER. LEG. AVG. PR. PR. PANNON. INFER. COMITI DIVI VERI AVG. DONATO DONIS ‖ MILITARIB. BELLO ARMENIACO ET PARTHICO ‖ AB IMP. ANTONINO AVG. ET A DIVO VERO AVG ‖ MVI.. ... SICA. AVR.[2]) .... ‖ ANTONINI AVG. ET M. VERI BELLO GERMANIC ‖ ITEM COMITI IMP. ANTONINI AVG. GERMANICI SAR‖MATICI. LEG. LEG. I. MINER. CVRATORI. CIVIT. ARAVS [3]) ‖ PROV. GALLIAE NARB. PRAETORI. TRIB. PLEB. CANDIDATO ‖ IMP. DIVI HADRIANI. AB. ACT. SENAT. QVAESTOR PROV ‖ NARB. TRIB. MIL. LEG. VI. VICT. CVM QVA EX GERM. IN ‖ BRITAN. TRANSIIT. IIII VIR. VIAR. CVRANDAR ‖ HVIC SENATVS AVCTORE M. AVR. ANTONINO AVG ‖ ARMENIAC. MEDIC. PARTHIC. MAXIMO GERM. SARMAT ‖ STATVAM PONI HABITV CIVILI[4]) IN FORO DIVI TRAIANI ‖ PECVNIA PVBLICA CENSVIT. — Romae. Grut. 457, 2.

1) nota duplex praenomen; nisi leg. LAELIANO, quo impellor magis, quia in Mur. 327, 7., legitur hoc par consulum *Q. Mucio Prisco*, *M. Pontio Laeliano Cos.*, quorum hic idem Gruteriano huic consuli videtur. Hag. Eadem opinione est etiam Marinius *Atti* 2. p. 792. refertque Laelianum ad annum p. Chr. circiter 163. Cfr. T. 1. p. 177. 2) Haec ita fere supplenda: *Corona murali ... classica aurea. Comit* — 3) *Arausionis.* v. Bimard. in *Mur. Proleg.* p. 90. D. 4) v. Stat. ad *Sueton. ill. Gramm. ed. Burm.* T. 2. p. 379. Hag.

Huc refero etiam sequens Muratorianum fragmentum, ideo quoque memorabile, quod supplicationum mentionem continet:

5187. ..... ‖ POTIS .... ‖ SENATVS SVPPLICATIONES DIS IMMORTALIBVS.. ‖ IMP. CAES. NERVA TRAIANO AVG. GERM. DACIC. SENATVS ORNAMENT., ‖ TRIVMPHAL. DECR. STATVAMQ. IN FORO AVG. PONENDAM CENSVIT. — Romae. Mur. 232, 2.

5188. VETTIVS AGORIVS BASILIVS MAVORTIVS V. C. ET INL. EXCOM. DOM.[1]) EXCONS. ORD.[2]) LEGI ET VT POTVI EMENDAVI. CONFERENTE MIHI MAGISTRO FELICE ORATORE VRBIS ROMAE. — In Codd. Leidensi, Reginensi aliisque *Horatii* post Epodos. Bentleius in praef. Horat. Hagenbuch. *de diptycho Boëth.* p. 37.

1) Excomite domestico. 2) Exconsule ordinario, i. e. olim Consul ordinarius, idem qui libera rep. Romana Consularis fuit dictus. Mavortius Consul a. p. Chr. 527.

5189. TI CORCONIVS V. C ‖ EX COMITE LARG‖ITIONVM PRIVATA‖RVM EX PRAE. FIERI SIBI IVS. — Anconae. Mur. 2022, 2.

5190. D. M ‖ Q. VAL. Q. F. POSTIMIO ‖ ROMVLO. PATRI DVL‖CISSIMO. EQVO PVBLI‖CO. PROC. AD BONA ‖ DAMNATORVM ‖ PROC. AD ALIMENTA ‖ CONSILIARIO AVGG[1]) ‖ Q. POSTIMIVS ROMVLVS ‖ FILIVS ET NEPOTES. — Romae. Grut. 458, 7.

1) Iidem, qui alias Amici et Comites Augg. v. c. Grut. 1100, 5. v. Salmas. ad *Spart. Hadr.* p. 166. Hack. Cfr. Grut. 465, 3.

5191. M. MAECIO MEMMIO FVRIO BALBVRIO ‖ CAECILIANO PLACIDO C. V ‖ PONTIFICI MAIORI. AVGVRI PV‖BLICO P. R. QVIRITIVM. QVINDECEM ‖ VIRO SACRIS FACIVNDIS.[1]) CORREC‖TORI VENETIARVM ET HYSTRIAE ‖ PRAEFECTO ANNONAE VRBIS ‖ SACRAE. CVM IVRE GLADII. COMITI ‖ ORDINIS PRIMI. COMITI ORIENTIS ‖ AEGYPTI ET MESOPOTAMIAE. IVDI‖CI SACRARVM COGNITIONVM ‖ TERTIO. IVDICI ITERVM EX DE‖LEGATIONIBVS SACRIS. PRAE‖FECTO PRAETORIO. IVDICI ‖ TERTIO. CONSVLI ORDINARIO[2]) ‖ PATRONO PRAESTANTISSIMO ‖ REGIO PALATINA[3]) ‖ POSVIT. — Neapoli. Grut. 433, 4.

1) ante Sacerdotia ista etiam p. a. Chr. 340., memorari solita. 2) p. Chr. 343. 3) in urbe Neapoli. Cfr. Grut. 430, 6. 1095, 7. et 8., ubi regiones Nolae habes.

5192. SATVRNINIO SECVNDO V. C ‖ PRAESIDI PROVINCIAE AQVITANICAE ‖ MAGISTRO MEMORIAE. COMITI ORDI‖NIS PRIMI. PROCONSVLI AFRICAE ITEM ‖ COMITI ORDINIS PRIMI INTRA CON‖SISTORIVM ET QVAESTORI PRAEF ‖ PRAETORIO ITERVM. OB EGREGIA EIVS IN REMPVBLICAM MERITA ‖ DD NN VALENTINIANVS ET ‖ VALENS VICTORES AC TRIVMFA‖TORES SEMPER AVGVSTI ‖ STATVAM SVB AVRO CONSTI‖TVI LOCARIQVE IVSSERVNT. — Romae. Grut. 465, 8.

3193. Q. SERVILIVS M. F. QVIR ‖ SATVRNINVS ‖ SILENTIARIVS DOMEST. SE ‖ VIVVS FECIT SIBI ET ‖ SERVILIO P. F. RVFINO ET SERVILIAE PRIM ‖ ET SATVRNINAE VXORI ET SATVR‖NINO NEP. SVO. VETERANO AVG. AN. XXX ‖ VIX. AN. LXXXIIII ‖ IN FR. P. XX. IN AGR. P. XXX. S. — Sine loco. Fabrett. p. 207, 512., e schedis Lilii Vatiesnis; sed sincerum videtur. Ab his Silentiariis, quos praecedebant servi et liberti silentiarii (v. in Capite *de Officiis Domus Aug.* N. 2956.), paullatim transitus factus est ad Silentiarios triginta, eorumque Decuriones tres, de quibus videsis *Cod. Theodos.* L. VI. Tit. 23. cum commentario Gothofredi, et *Cod. Iust.* Lib. XII. Tit. 16., ad quos pertinet sequens titulus:

3194. IVLIVS FELIX VALENTINIANVS V. C. ET ‖ EX. SILENTIARIO SACRI PALATII. COM ‖ CONSISTORII COM. DOM. QVI VIX ‖ ANN. LXVII. MENS. IIII. D. XXV. DEP. IN PAC ‖ FL. EVTARICHO COLLIGA.[1] V. C. CONS. — Romae. Grut. 1053, 10.

[1] al. CILLICA. a. p. Chr. 519.

Formulas autem rescriptorum, quibus Imperatores conferebant honores, officia et ministeria ex parte saltem cognoscimus sequentibus ex fragmentis:

3195. IANVARIO SALVTEM.
.. MEMORIAE IN QVO MIHI PROBE ET LABORIOSE .. T. EX. DIS .. ‖ .. ET INDVLGENTIAE MEAE PRAEROGATIVAM TANTO MAGIS CV .. ‖ ... ISTERIO SIT MIHI CONCILIATVM IDEOQVE IVSTVM ARBITRATVS SVM .. ‖ .. CETERIS PROXIMIS QVI IN ALIIS STATIONIBVS QVADRAGENA MILLIA N .. ‖ . VIQVAM MIRA VIDERI POTEST CVM IVDICIVM MEVM FIDEI. LABORI. SED .. ‖ .. BVI A ME INTELLIGATVR. BENEVALE.

3196. .. IO LIB. SALVTEM
.. IARI MINISTERIO OFFICII MEMORIAE ES ET FIDES. AC MODESTIA. QV ... ‖ . AGISTRI TVI HORTANTVR VT TE AD SPLENDIDAM VOLVPTATVM STATIO(*nem*) ‖ .. COLLIBERTI TVI. NEC DVBITO OPERAM INSVM .. VRVM VT TALEM TE .. ‖ .. D LATVS PRINCIPVM TAMDIV EGERIT. BENEVALE. — Romae. Oderic. p. 206., quem consule.

CAPVT XI.

OFFICIA MINORA,

IN QVIBVS ET SERVILIA QVAEDAM. (ORDINE ALPHABETICO SVNT DISPOSITA.)

3197. SECVRITATI ‖ COGNATIONIS SVAE [1] ‖ FORTVNATVS AVG. LIB ‖ VERNA PATERNVS [2] ‖ AB EPISTVLIS ‖ ACCENSVS PATRON ‖ DIVO AVG. VESPASIANO ‖ LICTOR. CVRIAT ‖ VIAT. HONOR. DEC. COS. ET PR [3] ‖ ET SIBI ET ‖ EPAPHRODITO AVG. L ‖ AB EPISTVLIS FRATRI SVO. — Romae. Grut. 586, 6. Immerito suspecta visa est Maffeio *A. C. L.* p. 551.; nam Smetius ipse vidit.

1) παρενθύρσου loco hoc censendum pro eo, quod alibi simplicius dicitur: *Sibi et suis, posterisque eorum.* 2) Fabrett. p. 304. XXVII. *PATERNAE VERNAE suae karissimae*] Haud dubie hic PATERNA nomen est servile; unde cogitabam, annon in Grut. 586, 6. VERNA PATERNVS lucem accipere posset, ut ibi PATERNVS alterum esset cognomen Fortunati Aug. L., qui ante manumissionem fuisset Fortunatus Paternus, verna Augusti: ut quum iste Fortunatus dicatur *Accensus patrono Vespasiano* subit, nonne verna primum, deinde libertus fuerit Vespasiani, hocque mortuo libertus Titi factus, verna paternus (patris Titi, qui D. Vespasianus erat) inscriptus sit. Hagenb. Mss. Annon potius verna patris Vespasiani Aug.? Or. 3) Viator honorarius Decuriae Consularis et Praetoriae. Reines. v. Vales. ad *Ammian.* p. 589.

3198. Ab ACCENSIS simpliciter sic dictis distinguendi sunt ACCENSI VELATI, quorum officium sub Impp. ad res sacras potius videtur pertinuisse. Cfr. Amati *Giornale Arcadico*, *Ottobre* 1826. p. 99. in inscriptione Ficulensi, quam dedimus in Geographicis N. 111. Dubia res est in lap. Romano Marini *Atti* p. 496.1 — P. FALTONIVS. P. L. APOLLONIVS. MAG. VICI. ACCENS., ubi, recte notante Amatio, Marinius perperam cogitabat de *vico* nescio quo, *Accensi*, vel *Accenso*; quum explicandum esset *Magister vici*, (et) *accensus.* Amatius intelligebat *accensum velatum:* sed nihil impedit, quo *accensus* proprie sic dictus aliquis fuerit etiam *magister vici.* Ceterum vide *Inscriptt. nostr.* Vol. 1. p. 427. et Niebuhrii *Hist. Rom. Ed. alt.* T. 1. p. 466.

5199. ACCEPTORES [1])

VOTIS
X
FELIC L. VALERIVS FLAVIANVS
V *(alia nomina manca et corrupta novem.)* — Extra Romam. Mur. 597, 4.

1) *tributorum* acceptores videntur Mur. an potius *votorum decennalium?* Hagenb.

5200. CARPVS AVG. LIB. ‖ PALLANTIANVS ‖ ADIVTOR CLAVDI ‖ ATHENODORI. PRAEF ‖ ANNONAE. FECIT SIBI ‖ ET CLAVDIAE CALE ‖ CONIVGI PIISSIMAE ET ‖ TI. CLAVDIO QVIR ‖ ANTONINO FILIO. ET ‖ TI. CLAVDIO ROMANO ‖ VERNAE ET LIBERTIS ‖ LIBERTAB. POSTERISQVE ‖ EORVM. — Romae. Grut. 622, 3. Curatorem Annonae habes ib. 4. Cfr. supra N. 3169.

5201. D. M ‖ DELICATVS AVGG ‖ ADIVT. A COGNITIONIB ‖ DOMNICIS ‖ OBIIT IN EX‖PEDITIONE GERMANICA ‖ VIX. ANN. XVIII. M. VII. D. VIII ‖ FRATRI PIISSIM. FRATRES. — Romae. Fabrett. p. 208, 514.

5202. HOC MONIMENTVM ‖ APPARITORVM PRAECONVM ‖ AEDILIVM VETERVM ‖ VICARIVM EST ‖ ET POSTERISQVE EORVM. — Ad Portam Capenam. Marini *Atti* 2. p. 675.

5203. LAETVS PVBLICVS POP. ROMANI ‖ AQVARIVS AQVAE ANIONIS ‖ VETERIS CASTELLI VIAE ‖ LATINAE CONTRA DRACONES ‖ ET FLAVIA DIONYSIA FECE‖RVNT SIBI ET AVLIAE ‖ ARGYRIDI ‖ FILIAE VIX. ANN. XXIV ‖ M. II. D. VIII. ET LIB. POS‖TERISQVE EORVM ‖ H. M. H. N. S. ET DOLVS ‖ MALVS ABESTO ET ‖ CALVENTIAE .... TINAE. ITV. ADITV ‖ AMBITV ... VMENT. PERTI .. [1]) — Sine loco. Fabrett. p. 90. 177.

1) i. e. ad monumentum pertinente. Hag.

5204. AVR. SVPERO ‖ CIRCIT. SVB CVR ‖ IVSTI [1]) QVI VIXIT ANN ‖ XXX. CONIVGI KAR. MEMO‖RIAM FECIT AVR. QVINTIN ‖ IN FVNVS ET MEMORIA EROG ‖ -X. XXX. — Cremonae. Bianchi *Marm. Crem.* p. CXCVIII.

1) circitori sub cura Iusti. Ex eo genere circitorum fuisse videtur, qui aquaeductuum curam gerebant, cum aquariis et castellariis. v. Frontin. *aquaeduct.* §. 117. Alii circitores in militia. Veget. *R. M.* 3, 8.

5205. I. O. M ‖ M. VLPIVS AVG. LIB ‖ THAVMASTVS ‖ A COMMENTARIIS ‖ OPERVM PVBLICORVM ‖ ET RATIONIS PATRIMONI ‖ D. D. — Bignani. Maffei *Mus. Ver.* p. 357, 1. — A comment. beneficiorum. Grut. 578, 1. Mur. 912, 8.

5206. SEX. CETRI ‖ SEVIRI SPEC ‖ BENIFICIARI ‖ GETAE AB COMMENTARI .. ‖ CVSTODIARV .. — In Museo Olivieri. Marini *Atti* 2. p. 499., qui similes Commentarienses, A commentariis, ἀναμιμνήσκοντας, collegit. v. c.:

5207. D. M ‖ RVFIANO. LIBR ‖ COMM. ST. HER ‖ T. K.[1]) SATVRNINVS ‖ ET TARENTINVS LIB ‖ B. M. F. — Casertae. Marini I. 1.

1) Librario Commentariensi Stationis Hereditatium Tabularii Kastrensis. id. nisi T. K. potius explicandum Tabulario Kastrensi.

5208. DIS MANI‖BVS L. IVLI ‖ ... CHI ‖ CRESCENS ‖ IVLIORVM ‖ DISP. FIL ‖ ET ‖ VLLINVS CONTRASCRIBA. — In Civ. Lingonum. Mur. 960, 7.

5209. D. M ‖ SERVATO CAESARIS N. SER ‖ CONTRASCRIPTORI.[1]) RATIONIS ‖ SVMMI CHORAGI. VIXIT ANN. XXXIIII ‖ MENSIBVS VIII. DIEBVS XII. AMICO ‖ BENEMERENTI FECERVNT ‖ FORTVNATVS ET POMPEIANVS OPTATVS ‖ AVG. LIB. ADIVTO... PROC.[2]) RATIONIS ‖ ORNAMENTORVM. ET IRENAEVS ‖ CAESARIS VERNA. ADIVTOR ‖ TABVLARIORVM. ET ISIDORVS PRIMITIVI AVG. DISP. VICAR ‖ RATIONIS EIVSDEM. ET HELIVS VICARIVS[3]) EIVS. DOMINO[4]) BENE‖MERENTI. — Romae. Grut. p. 579, 10. Marini *Iscriz. Alb.* p. 125.

1) *Contrascriptor* (ἀντιγραφεύς) *pistorum* est ap. Mur. 2042, 4., C. Fulvius ... CONTRA. SCR ... ap. Passionei Cl. XIII, 24. Mar. 2) *Adiutores Procuratoris.* id. 3) nota servum vicarium vicarii. 4) nota Servatum Caesaris servum, eundemque Helii dominum.

5210. L. DEPIO CIOS.[1]) CVRATOR ‖ ALVEI ET RIPARVM NARIS[2]) ‖ NONIA VIBIA. V. B.[3]) — Interamnae. Donati 2. p. 517, 10.

1) Haec corrupta. 2) nota hoc officium vix alibi reperiendum. 3) *Viro benemerenti?*

5211. ° DORVS LARO ‖ HVIVS FLVMINIS CVSTOS. — In Danubio prope Budam reperta. Fabrett. p. 675, 20. Tac. *Germ.* 41. *Hermunduri Danubium – sine custode transeunt.* Suspecta tamen est inscriptio.

5212. C. MATIENI C. F. OVF ‖ OVICVLAE ‖ ANNORVM XXVII ‖ PRAECO IDEM DISSIGNATOR. — Pontecurvo. Grut. 625, 11.

5213. D. M. S ‖ Q. ANNIO IANVARIO ‖ EXACTORI[1]) OPERVM PVBL. ET THEATRI A FVNDAMENTIS ‖ HVIC ORDO DECVRIONVM OB MERITA EIVS HONOREM ‖ AVGVSTALITATIS ‖ GRATVITVM[2]) DECREVIT ‖ VIXIT ANNOS LXXI. VIVOS ‖ SIBI FECIT. POSTERISQVE ‖ SVORVM. — Capuae. Grut. 354, 7., correctius ap. Mazoch. *Commentar. Polen. Suppl.* T. V. p. 672. Don. p. 198, 139. Mur. 673, 1.

1) Isthoc munus vix alibi memoratur. 2) Cfr. Grut. 172, 13. 432, 3. 454, ?. Fabrett. p. 403, 304.

5214. DIIS MANIBVS SACRVM ‖ A. MENENIO A. F. QVI.[1]) CAPITIO ‖ HOREARIO PLE. ET TRIB ‖ PAL.[2]) VIX. AN. XL. M. VIII ‖ MENENIA IVNIA TYCHE ‖ MARITO DVLCISSIMO POS. — Romae. Mur. 964, 8.

1) Quirina tribu. 2) Horreario plebis et tribus Palatinae. Tribunum enim Palati-

eum Muratorii quis probet? Hagenb. Mss. — Alios horrearios habes ap. Grut. 642, 7. 651, 10. 729, 6. cet.

3215. DIS. MANIBVS ‖ M. CAECILIO M. F. Q. N ‖ PAVLLINO. A LIBELLIS ‖ FISCI F. VIX. ANN. $\overline{XXXII}$ ‖ M. $\overline{X}$. D. $\overline{XV}$. C. ANTONIVS ‖ APPVLEIVS. AMICO OPTVMO ‖ B. M. P. — Romae. Donati 2. p. 309, 8.

3216. P. AEMILIO P. F. NICOMEDI PATRI ‖ INCOMPARABILI ‖ DECVRIALI DECVRIAE LICTOR ‖ COS. TRIVM DECVRIAR $\overline{X}$. PRIMO ‖ ITEM DECVR. LICTOR. POPVLARIS ‖ DENVNTIAT. $\overline{X}$. PRIMO ‖ ITEM PRAECON. AEDILIVM CVRVL. $\overline{X}$ PRIMO ‖ AEMILII NICOMEDES ET NICOMEDES ‖ ET THEOFILA FILÌ ET ‖ HEREDES FECERVNT. — Romae. Guascus T. 2. p. 110, 265.

3217. L. ANTONIO EPITYNCHANO ‖ LICTORI DEC. CVRIATIAE ‖ QVAE SACRIS PVBLICIS APPARET[1] ‖ Q. Q. COLLEGÌ. FABRVM ‖ TIGNVARIORVM OSTIS ‖ SEVIRO AVG. IN PROVINCIA NARBONENSI ‖ COLONIA AQVIS SEXTÌS. — Ostiae. Grut. 556, 4. Millin *Mag. encycl.* 1812. 6. p. 279.

1) Cfr. Grut. 630, 7, 8, 9. 632, 1. Lictor curiatus P. R. Qoiritiom. Viator. qui Cos. et Praet. apparet., at 1033, 4. 1116, 5., ubi item legitur *Lictor Curiatius* pro *curiatus*.

3218. M. VALERIVS ‖ ACHILLEVS LI‖CTOR PROXIMVS[1] ‖ LAVRENS. LAVINAS ‖ AGENS ANNVM AETA‖TIS $\overline{LXV}$. VIVVS MIHI ‖ COMPARAVI ET POSVI. — Romae, vidit Smetius. Grut. 630, 6.

1) notandus *lictor proximus* ob Grut. 578, 1., propter *Lictorem proximum* a Maffeio A. C. L. p. 349., pro spurio habitum, quamvis iam Lipsius de summis ac proximis lictoribus accurate tradiderat *Elector.* 1, 23. p. 727. Vesal.

3219. HONORI ‖ M. GAVÌ ‖ M. F. POB. SQVILLIANI ‖ EQ. PVB. $\overline{IIII}$ VIR. I. D ‖ $\overline{IIII}$ VIR. A P. V B ‖ CVRATORI VICETINOR ‖ APPARITORES ET LIMOCINCTI ‖ TRIBVNALIS EIVS. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 116, 2. (Reines VI. 44. p. 418.) *Equo publico* alias: equum publicum habente *Mus. Ver.* 114, 4. *Quattuor vir a populo; vir bonus:* ita Maff. Sed A. P. est potius Aediliciae Potestatis. Cfr. Gell. *N. Att.* 12, 3, 3.

3220. LARIBVS AVGVSTIS G...[1] SAC.

Q. RVBRIVS SP. F.	L. AVFIDIVS	CN. LICINIVS
COL.[2] POLLIO.	FELIX.	PHILEROS

QVI K. AVGVST. PRIMI MAG(*isterium inie*)RVNT. — Romae. Mur. 85, 6., ex restitutione Hagenb. Mss. Cfr. Visconti *Mus. P. Clem.* 4. p. 294. et 299.

1) Genio (Augusti) S. 2) Collina tribu.

3221. D. M. S ‖ CN. CORNELIO ‖ CN. F. SAB ‖ MVSAEO ‖ MANCIPI VIAE APPIAE ‖ HERENNIA PRISCILLA ‖ CONIVGI ‖ BENEMERENTI FECIT. — Romae. Nibby (Nardini T. 4.) *Vie degli A.* p. 23. ex Grut. 622, 2.

5222. Latinis literis exaratus invenitur sequens lapis apud Murat. 2045, 7. Romae.: MARCVS CVYNT‖VS AAEXVS GRA‖MMATEVS EGOT‖ON AVGVSTASIO‖N MELLARCON ‖ ECCION AVGVSTESI. ON. AN. XII. Cfr. Hagenb. *Epp. Epigr.* 1. p. 18., qui ita explicat: γραμματεὺς ἐγὼ Αὐγουστασίων, Μελλάρχων ἐγὼ τῶν Αὐγουστησίων. conferens MELLOPROXIMVS. Grut. 588, 1., pro altero ἐγὼ τῶν Bouhier. malebat ἐξιών: sed praestaret ἐκζιών. Cfr. similes lapides Fabrett. p. 465. N. XIX.

5223. L. HERENNI. FVSCI ‖ VETERANI ‖ MESORIS AEDIFICIOR ‖ IVNIA RVFINA CONIVGI INCOM‖PARABILI ET ‖ L. HERENNIVS FVSCVS PATRI RARAE ADFECTION. — Beneventi. Fabrett. p. 701, 229. de Vita *Inscriptt.* p. 56, 9.

5224. D. M ‖ CAESENNI EVGENI ‖ MENSORIS ‖ PVBLICI ‖ FLORENTIVS ‖ LIBERTVS. — Comi. Bianchi *Marm. Crem.* p. CXXVIII. correctius, quam ap. Grut. 1035, 1.

5225. EX AVCTO‖RITATE IMP. T ‖ AELI HADRI‖ANI. ANTO‖NINI AVG ‖ PII. PP. SENTE‖TIA DICTA P[1] ‖ TVSCENIVM ‖ FELICEM ‖ PP. II.[2] DETER‖MINANTE ‖ BLESIO TAV‖RINO MIL ‖ COH. VI PR ‖ MESORE AGRA‖RIO TR ‖ ARDEATN. (*reliqua desunt.*) — In membr. vett. agrimensoris Balbi. Grut. 1078, 6.

1) i. e. *per.* 2) v. Hagenb. *Diptych.* p. 112—121., qui hasce notas interpretatur: *Praepositum s. Primipilum bis*, vel *iterum*.

5226. HERCVLI AVG ‖ SACRVM ‖ OFFICINATORES ‖ ET NVMMVLARI ‖ OFFICINARVM ‖ ARGENTARIARVM ‖ FAMILIAE MONETARI. — Romae. Grut. 45, 3.

5227.

D. M.	D. M.
CL. FESTAE CONIVGI	M. VLP. SECVNDO
B. M. FEC. SECVN	NVMMVLARIO
DVS CAES. N LIB. O	OFFIC. MONETAE.
FF.[1] MONETAE —	Romae. Grut. 583, 7.

1) Officinator monetae.

5228. NOBILIS.TIB ‖ CAESARIS AVG ‖ SER. AEQ. MONET[1] ‖ HIC ADQVIESCIT ‖ IVLIA ADEPTA CONIVNX ‖ ET PERPETVA FILIA. D. S. D. — Lugduni. Grut. 583, 8.

1) Aequator monetae.

5229. APOLLINI AVG ‖ SACR ‖ FELIX. AVG. LIB. OPTIO ET EXACTOR AVR. ARG. AERIS ‖ ITEM SIGNAT. SVPPOSTORES ‖ MALLEATORES MONETAE CAESARIS ‖ N. — Romae. Guascus T. 2. p. 137. ex Patino.

5230. In fragmento ap. Donati 2. p. 263, 7., memoratur MONETA TREVERICA.

5231. L. VOLVSIO ‖ VRBANO ‖ NOMENCLATORI ‖ CENSORIO. — Romae. Grut. 630, 3.

5232. L. VOLVSIO VRBANO NOMENCLATORI ‖ PRAETORIO. PAPIAS SERVOS (*sic*) PVBLICVS. BVCCINATOR NOMINVM. — Romae. Grut. 1116, 4.

5233. C. VEVEIVS. CN. F ‖ TREBIANVS ‖ PRAECO. — Setiae. Grut. 1116, 6. *Praeco tribunicius* est ap. Mur. 955, 10.

5234. M. PAPIRIO M. F. COR ‖ PRAEF. COH. I. PAN ‖ IN DACIA PRAEF. RIPAE. TIBISSI. DANVIIVII. CVRATORI PON‖TIS AVG. IN MOESIA ‖ II VIRO. POP. PLEBSQ ‖ VLPIA. TRAIAN ‖ SAR. PATR. II. M. P.[1]) — Vlpiae Traianae. Grut. 448, 3., correctius ap. Seivert p. 56, 75.

1) *Sarmizegetusa patrona hoc monumentum posuit.*

5235. I. O. M ‖ C. SEMPRONIVS ‖ VRBANVS ‖ PROC. AVR.[1]) — Mercurini. Seivert p. 120, 175.

1) *Procurator Aurariarum*, cuiusmodi complures, item *Subprocuratores Aurariarum* collegit idem l. l.

5236. Θ ‖ Q. TVRPILIVS. A. L ‖ NIGER. RED. AB. AER ‖ TVRPILIA A. L. PHASINIS ‖ IN FRONT. PED. XVIII ‖ IN AGR. PED. XX. — Romae. Oderic. p. 205. „Redemptorem ab aerario eum esse arbitror, qui certa pecunia ea quae aerario debebantur exigenda emerat."

5237. PITVANIA L. L. DELPHIS ‖ FECIT SIBI ET ‖ P. MVCIO NEDIMO VIRO SVO ‖ REDEMPTORI OPER. CAESARVM. cet. — Reate. Grut. 451, 8. 1028, 3. Fabrett. 437, 36.

5238. D. M ‖ T. FLAVIVS AVG. LIB. NARCISSVS ‖ FECIT ‖ SIBI ET COELIAE SP. FILIAE ‖ IERIAE CONIVGI SVAE ‖ ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM ‖ TI. FLAVIVS AVG. LIB. FIRMVS NARCISSIANVS RELATOR AVTION ‖ MONVMENTVM REFECIT. EX SVBSCRIPTIONE EORVM. QVORVM IVRIS EST DANIIDI. FECIT. IDEMQVE SVBSTITVIT SEXTIAM CARYSIDEM[1]) CONIVGEM SVAM. ET SEXTIAE EPITEVS. LX. COGNATAE[2]) EIVS. ET LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM. — Ex Museo Tusculano Passionei Donati 2. p. 329, 7. Mur. 902, 7. v. 7. legit recte quidem, sed contra fidem marmoris AVCTION*um*. et vers. ult. EPITEVSIX. leg. *Epiteuxi.*

1) fuitne *Chrysidem*, an *Carystidem?* 2) i. e. glori, at nunc Itali hoc sensu usurpant *cognato* et *cognata*.

5239. A. POSTVMIVS ‖ POSTVMIAE ‖ CHERACLIDA[1]) ROGATOR ‖ BENIFICIVM. CORNELIAE ƆC. PHIC. AENIS[2]) CONIVNX. — Romae. Mur. p. 511, 2. Marini *Iscriz. Alb.* p. 140.

1) littera L in hoc lap. simillima litterae C., unde est: A. Post. Heraclide Postumiae Lib. 2) Caiae Liberte Philaenis. v. Marin. l. l.

5240. D. M ‖ TI. MANLIO T. F ‖ PALAT. CLEMENTIANO ‖ SCRIB. AEDIL ‖ CVRVL. LICTORI CVRIATO ‖ FILIO PIENTISSIMO. — Romae. Fabrett. p. 708, 297.

5241. T. STATILIO ‖ MESSALLINIANO ‖ PRAEF. COH. II ‖ ASTVRVM ‖ SCRIBAE TRIBVNICIO ‖ SCRIBAE AEDILICIO. — Romae. Grut. 562, 4.

5242. DIS. MAN ‖ L. PONTIO L. F. PAL. MARTIALI ‖ L. L. PONTII SEVERVS ET MARTIALIS ‖ FILII FECERVNT ‖ PARENTI SVO PIENTISSIMO ‖ QVI FVIT SCRIBA QVAESTORIVS SEXTRIMVS [1]) ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM ‖ ITA NE VNQVAM DE NOMINE FAMILIAE NOSTRAE ‖ HOC MONVMENTVM EXEAT. — Romae. Donati 2. p. 321, 7.

1) Quom hoc seosu careat, equidem lego SEX PRIMVS, i. e. inter sex primos scribas quaestorios. Cfr. ibid. p. 324, 7. Scrib. Libr. Q. III. Dec(urias) et Lictori III. Dec. Cfr. Marini *Iscr. Alb.* p. 56. Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 155., qui hanc Veliternam dant:

5243. D. M ‖ RELIQVIAE ‖ A. POMPEII. CARPI ‖ SCRIB. LIB. Q. III. DEC. —

5244. D. T. AVRELIVS. M.
TELESPHORVS. SCRIBA ‖ MEDICORVM. — Ad portam Capenam. Marini *Atti* 2. p. 810.

5245. DIIS MANIBVS ‖ M. TREBELLIO ARGOLICO ‖ TABVLARIO VIATORVM ‖ QVAESTORIORVM AB ‖ AERARIO AMICO OPTIMO ‖ PRISCVS T. FLAVI ‖ POLYCLITI V. Q. [1]) SER ‖ ET TREBELLIA GRAPHICE CON. B. M. — Romae. Mur. 751, 1.

1) Viri quaestorii.

5246. DIS. MANIBVS ‖ T. TREMELLIVS T. L. NESTOR LAPICIDINARIVS ET ‖ TABVLARIVS PORTVEN ‖ A RATION. MARM. [1]) LOC. MONVM ‖ FECIT SIBI ET SVIS ET ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQVE EORVM ‖ IN. FRONT. P. XII ‖ IN AGR. P. XVI. — In Portu Ostiensi. Mur. 751, 2.

1) Tabul. Portuensis a rationibus marmorum.

5247. HERCVLI INVICTO SACRVM ‖ HERMEROS AVG ‖ LIB TABVLARIVS ‖ THENSAVROR. — Romae. Guascus T. 1. p. 55, 26.

5248. MEMORIAE ‖ Q. CAECILIO Q. L. NICANORE LENVNCVLARIO R. TIB ‖ CAECILIVS ANOPTES TABVL. R. TIB. [1]) S. T. T. L. — In hortis Carpensibus. Don. p. 326, 47.

1) Tabularius Ripae Tiberis: Hagens.

5249. TI. CLAVDIVS ‖ AVG. LIB ‖ PHYLARGYRVS (*sic*) TABELLAR. CASTRENSIS. [1]) SIBI. ET ‖ DOMITIAE. PHILARGYRIDI ‖ ET. TI. CLAVDIO. IANVARIO ‖ FILIS. SVIS. ET ‖ CLAVDIAE. FITVSAE. LIB. SVAE ‖ ET. SVIS ‖ POSTERISQVE. EORVM. — Velitris reperta, nunc Neapoli. Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 120.

1) ad militaria officia referri poterat *Tabellarius* s. *Tabularius castrensis*, sed hunc a ceteris eiusdem conditionis hominibus separare nolui.

5250. CAECILIAE IVSTINAE Q. V. ANN. XVIII ‖ MENSIBVS VII. DIEB. VII. ET AVRELIO ‖ VALENTINO. QVI VIXIT MENSIB.

VII. D. VI ‖ AVR. VALENS MIL. STRATOR PRAET. CONIVGI ET FILIO ‖ BENEMERENTIBVS FECIT. — Sine loco. Fabrett. p. 675, 22. Strator Cos. est ap. Grut. 631, 8. Sed haec potius ad militaria officia pertinent.

5251. VETVLENO. L. F. PAL ‖ PROCVLO ANTIIIANO VIATORI COS ‖ OLCIMIA GENTINA ‖ VXOR EX TESTAM. POSVIT. — Bianchi *Marm. Cremon.* p. LXXIV. ex Gallettio. (*Capena*, *municipio de' Romani.* Roma. 1756.)

5252. T. STABERIO ‖ SECVNDO COACTORI ‖ ARGENTARIO. VIATOR ‖ CONSVLARIS [1]) ET PRAET ‖ SIBI ET ‖ CLAVDIAE STRATONICAE ‖ VXORI. — Romae. Grut. 627, 1.

1) VIATOR. PVLLARIVS. ib. 5. VIATOR COLLEGII MAGNI. ib. 10. VIATOR TRIB. ib. 9. Cfr. 1033, 5. Lex de augendo numero viatorum praeconumque. p. 628. 629., maxime memorabilis, hic inseri non potuit. Habent eam praeterea Sigon. *de ant. Iur. Rom.* Lib. 2. et Mur. 581, 1. VIATORES, QVI CAESARIB. ET COS. ET PR. APPARENT. v. Grut. 256, 4.

5253. DIVAE. PIAE ‖ FAVSTINAE ‖ VIATOR. Q ‖ AB AER. SAT. [1]) — Romae. *Giornale Arcad.* 1825. Dic. p. 355.

1) Viatores quaestorii ab aerario Saturni. Cfr. Grut. 627, 4. et 5.

5254. D. M ‖ L. MARIO ‖ PHOEBO ‖ VIATORI ‖ TRIBVNICIO ‖ DECVRIAE MAIORRIS. MERCATORI ‖ OLEI. HISPANI. EX ‖ PROVINCIA ‖ BAETICA. — Romae. Grut. 1116, 1.

5255. .... VIATORI TRIBVNIC.. ‖ ACCENSO A PATRON.. ‖ IDEM ALLECTO ‖ IIIIII VIR AVG ‖ VETER.. FABRATERIA [1]) ‖ ET ‖ BAIBIAI [2]) ‖ PROCVLAE ‖ CONTVBERNALI. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 190, 8., ubi Maffeius: „Viatores tribunicios ex hoc tantum marmore opinor innotescere." sed alium habet Grut. v. supra.

1) Vetere Fabrateria. Plinius recenset in Volscis Fabreternos Veteres et Fabreternos Novos. Maff. 2) de hoc AI pro AE in marmm. Veronenss. cfr. Grut. 906, 8. et Maff. 119, 1. Hagenb. *Mss.*

5256. VALERIVS. L. L ‖ STASIMVS MAG ‖ CONL. [1]) VIATORVM. — Romae. Memorie Romane 1, 2. p. 89.

1) Magister collegii.

CAPVT XII.

LOCA PVBLICA. OPERA PVBLICA.

Inscriptiones operum publicorum ab Imperatoribus ipsis curatorum quum meo ex consilio inserendae potius essent monumentis historicis et geographicis, hoc in capite opera publica municipiorum fere reperies.

3257. Q. RAVELO (*sic*) ‖ P. COMINIO. C. F ‖ L. MALIO. C. F ‖ QVAISTORES ‖ SENATVD ‖ COSOLVERE ‖ IEI. CENSVERE ‖ AVT SACROM ‖ AVT POVBLICOM ‖ ESE LOCOM..... — Venusiae. Fabrett. C. 3. 665.; accuratius apud Lupulum p. 297.

3258. .... NATVS ‖ COSOLTV. FE... ‖ AVT SACROM ‖ AVT POVBLICOM ‖ LOCOM. ESE. O.. ‖ CENSVERE ... — Ibidem. Lupulus p. 297.

3259. ID. QVOD. INTRA. CIPPOS ‖ AD CAMP. VERSVS SOLI ‖ EST. CAES. AVGVST. REDEMTVM ‖ A PRIVATO PVBLICAVIT. — Romae. Grut. 200, 1.

3260. CN. SENTIVS SATVRNINVS ‖ C. CLODIVS LICINIVS COS[1]) ‖ TERMINAVERVNT LOCVM ‖ PVBLICVM AB PRIVATO. — Romae. Oderic. p. 308.

1) C. Clodius Lic. Cos. suffectus C. Caligulae non aliunde notus. a. p. Chr. 41.

3261. IMP. CAESAR ‖ VESPASIANVS AVG ‖ PONTIF. MAX. TRIBVNIC ‖ POTEST. VI. IMP. XIIII. P. P ‖ COS. VI. DESIG. VII.[1]) CENSOR ‖ LOCVM VINIAE (*sic*) PVBLICAE ‖ OCCVPATVM A PRIVATIS ‖ PER COLLEGIVM PONTIFICVM ‖ RESTITVIT. — Romae. Grut. 200, 2.

1) p. Chr. 75.

3262. EX AVCTORITATE ‖ IMP. CAESARIS ‖ VESPASIANI AVG ‖ LOCA PVBLICA A PRIVATIS ‖ POSSESSA T. SVEDIVS CLEMENS ‖ TRIBVNVS. CAVSIS COGNITIS ET ‖ MENSVRIS FACTIS REI ‖ PVBLICAE POMPEIANORVM ‖ RESTITVIT. — Pompeiis. Bibl. philolog. Lips. 1780. Vol. 2. p. 222.

Notandi CVRATORES OPERVM PVBLICORVM:

5263. C. NERATIO C. FIL ‖ C. N. C. PRON. C. ABN. COR[1] ‖ PROCVLO. BETITIO. PIO ‖ MAXIMILIANO ‖ QVAEST. II. VIR. QVINQ. P. C[2] ‖ FLAMINI DIVI HADRIAN ‖ CVRATORI OPERVM PVBL ‖ VENVSIAE. DATO AB IMP ‖ ANTONINO AVG. PIO ‖ EPAPHRODITVS ET ‖ CONVENTA. LIB ‖ L. D. D. D. — Venusiae. Grut. 441, 5. Lupulus p. 318.

1) C. nepoti C. pronepoti C. abnepoti, Cornelià tribu. 2) Patrono Coloniae. Cfr. Lupulum p. 114. — His Curatoribus operum publicorum accedant *Curatores locorum publicorum dicondorum* Mur. 472, 2., sed in ead. inscript. apud Fabrett. 675, 18., *dedicandorum*, et, quod optimum sane est, apud Fabrett. 656, 482.: *iudicandorum*, qui tamen quum e schedis dumtaxat prodierint, Ligoriani mihi videntur. Contra indubitati sunt *Triumviri locorum publicorum persequendorum* in lapidibus Gallicanis. Idem ad genus Curatorum spectat sequens:

5264. I. O. M ‖ C. ENNIVS C. F. FIRMVS ‖ PERMISSV DECVRION. COL ‖ BENEVENTANAE AEDILIS ‖ II. VIR. I. D. QVAESTOR ‖ CVRATOR OPERIS THERMARVM ‖ DATVS AB ‖ IMPERATORE CAESARE HADRIANO AVG.[1] — S. Eleuterio prope vetus Equotuticum. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 338.

1) Vides, Hadrianus etiam minima haec officia ut ipse designaverit. Neque obliviscemur Curatorum Aquarum:

5265. C. MINVCIVS C. F. FAL. THERMVS PR. II VIR ‖ BIS AQVAE CVRATOR Q. II. QVINQ. SIBI ET ‖ C. MINVCIO A. F. FAL. PATRI ‖ PONTIAE P. F. MATRI ‖ DECIMAE MAXSIMAE VXORI ‖ MINVCIAE VICANAE LIB. — Telesiae. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 425. — CVRATORI AQVAEDVCTVS est apud Roman. *Top.* T. 3. p. 203.

5266. L. CALVIVS M. F. CLA. CREMONA ‖ CONCORDIA DECVRIO. QVAES ‖ OPERIS PVBLICIS IN BITHYNIA. FVIT ‖ CLA. CREMONA. MALLIOLO FRATRI ‖ ET IN OPERIS PVBLICIS IN ASIA ET ... — Aquileiae. Bertoli A. d'A. p. 304, 427. et Mur. 684, 8.

5267. Q. LVTATIVS. Q. F ‖ Q. N. CATVLVS COS[1] ‖ SVBSTRVCTIONEM ET ‖ TABVLARIVM EX. S. C[2] ‖ FACIVND. CVRAV. — Romae in Capitolio. Grut. 170, 6. Mur. 291, 2.

1) a. c. 676. 2) Mazoch. 21, 8.: DE S S. i. e. de senatus sententia. Hagenb. Cfr. Saxii *Miss.* 4. p. 44.

„*Inscribi nomen operi publico alterius quam Principis, aut eius, cuius pecunia id opus factum sit, non licet.*" Digest. de Leg. 3. D. de Oper. publ.

5268. P. NONIVS. P. FIL. GLITVS ‖ II VIR. D. P. S.[1] MVRVM ‖ R. C.[2] — Venusiae. Lupulus p. 337.

1) de pecunia sua. 2) refici curavit.

5269. X.[1] BRVTTIVS C. F ‖ SER. AED. PROQ[2] ‖ MVR. P.[3] CC. DE SVA ‖ PEQ. FACIVNDVM ‖ COER. L. CORNEL ‖ Q. CAECIL. COS.[4] — Grumenti. Romanelli *Topografia* T. 1. p. 398.

1) Decimus. 2) Sergia tribu. Aedilis. Proquaestore. 3) pedum. 4) a. c. 674.

5270. L. STATIVS CN. F. CHILO ‖ L. PETTIVS C. F. PANSA ‖ C. PETTIVS F. F.[1]) GEMELLVS ‖ L. TATTIVS F. F. COX ‖ MAGISTRI[2]) LAVERNEIS ‖ MVRVM CAEMENTICIVM ‖ PORTAM. PORTICVM ‖ TEMPLVM BONAE DEAE ‖ PAGI DECRETO FACIENDVM ‖ CVRAVERVNT. PROBARVNTQ. — Lavernis, nunc *Pressa*, inter Corfinium et Sulmonem, de quo pago tacent Mannert *Ital.* et Reichard. Morcelli *St.* 2. p. 126.

1) Fausti filius. 2) Pagus igitur iste quattuor magistros habebat.

5271. SEX. DVSSIVS RVFINVS EX CONLATIONE SVA ET MANIPVLARIVM SVORVM AEDICVLAM ‖ MARMORAVIT. — Romae. Grut. 129, 1.

5272. ... D. D.' FLAMINICA VIENNAE ‖ TEGVLAS AENEAS AVRATAS ‖ CVM CARPVSCVLIS ET ‖ VESTITVRIS BASIVM[1]) ET SIGNA ‖ CASTORIS ET POLLVCIS CVM EQVIS ‖ ET SIGNA HERCVLIS ET MERCVRÎ ‖ D. S. D. — Viennae Allobrog. Grut. 98, 8. Morcelli *St.* 3. p. 98. Millin *Voyage* 2. p. 54.

1) „*des dalles de bronze dorées avec des supports et les ornemens des bases.*" Millin.

5273. M. MVTTIENVS ‖ L. F. C. VIBIVS. L. F ‖ ĪĪ VIR. I. D ‖ STATVAS EX D. D ‖ REFICIVNDAS ‖ C. — Venusiae. Lupulus p. 339.

5274. PATRICIVS NASIENSIS ‖ CVRATORIBVS ET MINISTRIS ‖ IVVENTIDIO FIRMO ET ‖ ATEVLA.[1]) SOLLÎ F ‖ HVIVS FANI FACIENDI. — Nas, prope Nanceium. Reines. p. 276, 37. Sed eandem ita exhibet Murat. 1062, 1.:

FABRICIVS NASIENSIS - - ET TEVLA SOLLÎ ‖ F. HVIVS FACIENDI ‖ FECERVNT.

1) Exstant nummi Gallici, cum inscriptione ATEVLA, quos Chiffletius pro Attilae Regis Hunnorum nummis habuit, refutatus ab Ayrmanno *Dissert. de nummis Ateulae* cet. Giessae 1739. 4.

5275. SIGNA TRANSLATA EX ABDITIS ‖ LOCIS AD CELEBRITATEM ‖ THERMARVM SEVERIANARVM ‖ AVDENTIVS AEMILIANVS V. C. CON ‖ CAMP. CONSTITVIT DEDICARIQVE PRECEPIT ‖ CVRANTE T. ANNONIO CHRYSANTIO. V. P. — Friniani prope Atellam. Martorelli in Add. ad *Thecam calam.* p. XXXVI. Ignarra *Pal. Neap.* p. 130. Habebat iam Fabrett. p. 280, 173. Cfr. Winckelmann *Werke.* T. 2. p. 333.

5276. SATRIVS. CRESCENS ‖ V. C. CVR. R. P. BN.[1]) EX ‖ LOCIS ABDITIS ‖ VSVI ADQVE SPLENDORI THERMARVM ‖ DEDIT. — Beneventi. de Vita *Inscriptt.* 26, 9.

1) Vir Clariss. Curator Rei publicae Beneventanae.

5277. CN. MELISSEO CN. F. APRO. M. STAIO ‖ M. F. RVFO ĪĪ VIR ITER. ID.[1]) LABRVM EX. D. D. EX P. P ‖ F. C. CONSTAT ‖ HS. D. C. C. L. — Pompeiis. Inscriptio labri marmorei. von Goro p. 109. *Kunstblatt des Morgenblatts* 1824. p. 328.

1) Iuri dicundo.

5278. SATELLIA. M. F. ANVS[1]) ‖ APODYTERIVM AD NOVITATEM R....[2]) ‖ EPISTYLIS. CETERISQVE MARMORIBVS O...[3]) — Capuae. Mazochii *Comment. ap. Polen.* T. V. p. 615.

1) mirum feminae cognomen. Est tamen etiam ap. Grut. 398, 11. *Sulpilia L. F. Anus.* 2) *restituit.* 3) *ornavit.*

5279. C. DEXIVS L. F. MAXIMVS. AED. CVR.[1]) PORTICVM THEATRI ‖ CRYPTAM PERFICIENDA CVRAVIT. QVOI IN OPERIBVS ‖ PVBLICEIS. QVAE SS. EX S. C.[2]) INSCRIPTIO DATA EST ‖ T. ALBIVS C. F. PANSA IIII VIR. I. D. PONT. C. ALBIVS T. F. PANSA FILIVS IIII VIR. AVG[3]) ‖ OPVS THEATRI PERFECIT. IN.MVLIERIBVS.[4]) AERAMENTIS ADORNAVER. — Interamnae. Don. 75, 35. Fabrett. p. 619, 160. Cfr. p. 662. Gud. 74, 4. et 5.

1) nota Aediles Curules in municip. 2) quae suprascripta sunt ex senatus consulto. 3) AVG. corruptum. Gud. semel habet: II (iterum). 4) Hoc quoque corruptum. Variat Gud.: 1. IN. MVLIEBIBA. 2. IN. MVLIEBRIB. 3. INTERAMNATES ADORNAVER. MELIORIBVS. Fabr. coni. Aeramenta de vasis aereis resonantibus parum probabiliter expl. Fabrett. (de quibus v. Vitruv. V, 5.) Pro *perfecit* Rag. PERFECER.

5280. M. NONIVS M. F. BALBVS ‖ BASILICAM PORTAS MVRVM ‖ PECVNIA SVA. — Herculanei. Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 86.

5281. C. AEMILIVS. C. F. SERG.[1]) HOMVLINVS ‖ DEC. COL. MVRS.[2]) OB. HONOREM ‖ FLAMINATVS TABERNAS L. CVM ‖ PORTICIBVS. DVPLICIBVS IL (*sic*) QVIB[3]) ‖ MERCATVS. AGERETVR PECV‖NIA. SVA. FECIT. — Essek. 1782. eruta. Schoenvisner *Antiqq. Sabar.* p. 29. Muchar 1. p. 386.

1) Sergia tribu. 2) Coloniae Mursae, ab Hadriano deductae, ubi hodie Essek. 3) Muchar: II., id quod sane probabilius.

5282. L. ATTIVS QVIR. VETTO. FLAMEN II VIR ‖ M. FLAVI. CANAM.[1]) SVO ET L. ATTI ‖ VINDICIS F. ET ATTIAE AVTVMNINAE F ‖ ET ANTONIAE PROCVLAE NEPTIS ‖ NOMINE. PORTICVS LAPIDEAS MARMO‖RATAS SOLO SVO LVDIS SCENICIS ‖ IMPENSA SVA FACTIS. EPVLO DATO ‖ D. D. — Hispali. Maffei *Mus. Ver.* 422, 4.

1) i. e. Municipii Flavii Canamensis. ibid. 456, 5., *ludos scenicos et GYMNASIVM populo. epulas decurionibus dedit.*

5283. C. LVCTIVS. L. F. AVLIAN. Q. PLAVSVRIVS C. F. VARVS ‖ L. VENTILIVS L. F. BASSVS. C. OCTAVIVS C. F. GRAECHIN ‖ IIII VIR ‖ PORTICVS P. CCLX. ET EXSEDRAM. ET PRONAON. ITER[1]) ‖ ET PORTICVM PONE SCAENAM LONG. P. CXL. ‖ S. C. F. C.[2]) — Tibure. Grut. 172, 3. — „*Recentissimi* nota expulit Scaliger hoc epigramma, de quo cur ambigatur, nil prorsus est." Maffei *Art. Cr. Lap.* 3, 2. p. 183.

1) fort. *item.* id. 2) *Senatus* (Tiburtini) *Consulto faciund. curaverunt.*

5284. PRO SALVTE IMP ‖ CAES. M. AVREL. ANTO‖NINI AVG.[1]) TECTVM ‖ PORTICVS ‖ CVM SVIS COLVMNIS ET ‖

PAENVL.[2]) DVABVS ET OPER. TECTO.[3]) SEX. VIREIVS SEXTVS DECVR ‖ D, S. P. D. POLLION II ET AFRO II. CS.[4]) — In Vico Angusto nunc Aoste. Maffei *A. Gall.* p. 50. Mur. 359, 2. Bimard. *Proleg.* p. 117.

1) Caracallus. 2) paenulis. v. Vitruv. 10, 12. C. H. A. in *Misc. Observott.* 1742, 4. p. 179. 3) opere tectorio. 4) p. Chr. 176.

5285. SALVIS. D. D. D. N. N. N[1]) ‖ CONSTANTINI MAGNI[2]) ‖ FILIIS ET CAESAR ‖ VOLVSIVS VENVSIVS ‖ V. C. CORRECTOR APVL. ET CALABR ‖ OB AMOREM ‖ PATRIAE. STATVAS ‖ ORNATVI. PORTICVS. P ‖ L. D. D. D. — Venusiâ Canusium translatum. Lupulus p. 313.

1) tribus Dominis nostris. 2) unicum hoc, puto, est saxum hunc titulum exhibens.

5286. .... ‖ ... ‖ LVCIL. IVSTINVS ‖ EQVO PVBLICO ‖ HONORIB. OMNIB ‖ IN MVNICIP.[1]) FVNCTVS ‖ IDEM. IN. PORTICV. QVAE ‖ DVCIT. AT. LVDVM. PVBLICVM ‖ COLVMN. IIII. CVM SVPERFICIIE.[2]) STRATVRA. PICTVRA ‖ VOLENTE. POPVLO. DEDIT. *A tergo: ΩPA ‖ KAI ‖ TYXH.*[3]) — Veronae. (Grut. 1026, 6. Mur. 471, 2.) Maffei *Mus. Ver.* 126, 1., quem vide omnino.

1) Verona „*coloniæ copiis valens.*" Tacit. *Hist.* 3, 8. *Colonia Augusta* in lap. Grut. 166, 2. Hic vero *municipium.* 2) Iavolenus *Dig.* 41, 3, 23.: *quum aedes ex duabus rebus constent, ex solo et superficie* cet. 3) Cfr. N. 3301.

5287. L. ABVLIVS DEXTER ‖ MACELLVM. PORTICVM. CHALCIDICVM ‖ CVM SVIS ORNAMENTIS LOCO ET ‖ PECVNIA SVA. — Aeserniae. Mur. p. 469, 1.

5288. M. SPVRIVS M. F. MEN. RVGVS ‖ II VIR. I. D. MACELLVM D. S. P ‖ F. C. EIDEMQ. PROB. — Herculanei. Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 81. De *ponderali* v. eundem p. 79.

5289. IMP. C. T. AELIO HAD. ANT. AVG[1]) ‖ LOLLIAN. G. F. BRVNTIT. PRAELVM[2]) ‖ LACVM FVRNVM TRAPETA FACIEND ‖ C. ET MVRVM NO. C. XV.[3]) — Uscosii. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 26.

1) Antonino Pio. 2) nota hanc scripturam, non *prelum.* 3) Mire interpretatur Romanellius: *et murum notavit cubitis XV.* Mihi est: *et murum novum* (pedum) *CXV.* In inscr. mutila ap. Rom. l. l. p. 32. PANARIOS FABRICANDOS. Forcellinus non habet nisi *panarium* gen. neutr.

5290. BAEBIA T. F. BAIISILLA. CALCHIDICIIVM MVNICIPIBIIVS. SVIS. DEDIT. — Velleiae. Lama p. 46.

5291. EVMACHIA. L. F. SACERD. PVB. NOMINE SVO ET ‖ M. NVMISTRÎ. FRONTONIS. FILÎ. CHALCIDICVM.[1]) CRYPTAM. PORTICVS ‖ CONCORDIAE. AVGVSTAE. PIETATI. SVA PEQVNIA. FECIT. EADEMQVE DEDICAVIT. — Pompeiis. *Ibidem:* EVMACHIAE. L. F ‖ SACERD. PVB ‖ FVĹLONES. v. Bechi del Calcidico e della Cripta di Eumachia. Tav. VI. et IV.

1) „*Il Calcidico altro non era, che una specie di lato tetto sostenuto da più pilastri, il quale allorquando erigevasi avanti la porta di un edifizio, o pubblico o privato che fosse, a pompa ed utilità insieme servendo, ne abbelliva, e ne com-*

ponesse in più bella forma la facciata, e veniva a formarne l' ingresso esteriore." Bechi p. 23.

5292. Titulus Amphitheatri Campani:

..IA FELIX AV..
FECIT..
...IANVS. AV..
... T. COLVMNAS. AD ..
...IVS. HADRIANV..
.. PIVS. DEDICAVI

ita ab Alexio Symmacho Mazochio restitutus est:

COLONIA IVLIA FELIX AVGVSTA CAPVA ‖ FECIT ‖ DIVVS HADRIANVS AVG. RESTITVI ‖ IMAGINES ET COLVMNAS ADDI CVRAVIT ‖ IMP. CAES. T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS ‖ AVG. PIVS. DEDICAVIT. — v. Mazochii *in mutilum Campani amphitheatri titulum commentar.* in Poleni *Suppl.* T. V. p. 511.

5293. M. M.[1]) HOLCONI RVFVS ET CELER ‖ CRYPTAM TRIBVNAL THEATRVM S. P ‖ AD DECVS COLONIAE. — Pompeiis. Romanelli *Viaggio a Pompei.* T. 1. p. 189.

1) Marci duo.

5294. C. QVINCTIVS C. F. VALG ‖ M. PORCIVS M. F ‖ DVOVIR. DEC. DECR ‖ THEATRVM TECTVM ‖ FAC. LOCAR. EIDEMQVE PROBAR. — Pompeiis. Romanelli ibid. p. 207., quem consule demonstrantem *theatrum tectum* (particip. *teatro coverto*) esse iungendum. Cfr. etiam sequentem:

5295. C. QVINCTIVS C. F. VALGVS ‖ M. PORCIVS M. F. DVOVIR ‖ QVINQ ‖ COLONIAE HONORIS ‖ CAVSSA SPECTACVLA DE SVA ‖ PEC. FAC. COER. ET COLONEIS ‖ LOCVM IN PERPETVVM DEDER. — ibid. Romanelli T. 1. p. 255.

5296. M. AVREL ‖ CHRESTVS ‖ OB HONO‖REM PATRO‖NAT. COLL ‖ FABR. COL ‖ APVL. AD EX‖TRVCTION ‖ AETOMAE ‖ DED. HS. N. VI. — Prope Albam Iuliam. Reines. p. 255, 17. ἀετώματα, ut τῆς ὀροφῆς εἰς ὕψος ἀναστάσεις τριγωνοειδεῖς. Galen. *Gloss. Hipp.* apud eund.

5297. DIS CONSER‖VATORIBVS. Q. TAR‖QVITIVS CATVL‖VS LEG. AVG ‖ CVIVS CVRA PRAETOR‖IVM IN RVINAM ‖ CONLAPSVM AD NO‖VAM FACIEM ‖ RESTITVTVM. — Coloniae Agrippinae. Harzheim p. 25. Hnepsch p. 5, 1.

5298. L. SEPVNIVS L. F. SANDITIANVS ‖ M. HERRENNIVS A. F. EPIDIANVS ‖ DVO VIR I. D. SCHOL. ET HOROL.[1]) — Pompeiis.

1) scholam et horologium; quod ibidem repertum est.

5299. HOROLOGIVM CVM SVO AEDIFICIO ET ‖ SIGNIS OMNIBVS ET CLATRIS ‖ C. BLAESIVS .. FIL. VOLTINIA GRATVS EX HS. N... ‖ ET EO AMPLIVS AD ID HOROLOGIVM

ADMINI‖STRANDVM SERVM[1]) HS. N. IIII. D. S. P. D. — De Taloire in Sabandia. Mur. 472, 5. Saxii *Miss.* 4. p. 200.

1) *servandum?* SERVVM alii typi. Sed quomodo id coit cum HS. N. IIII.?

5300. SCHOLA ARMATVR.[1]) (*literis maioribus in summa baseos corona. Infra vero literis minoribus:*)

FL. MARIANO V. P. PRAEF ‖ CLASSIS ET CVRATORI REIP. MISENATIVM CVIVS ‖ NOBIS[2]) ARGVMENTIS ‖ PONTE (*sic*) LIGNEVM QVI PER‖MVLTO TEMPORE VETVSTATE ‖ CONLAPSVS ADQVE (*sic*) DESTITVI‖TVS FVERAT PER QVO (*sic*) NVLLVS ‖ HOMINVM ITER FACERE ‖ POTVERAT PROVIDE FECIT ‖ DEDICAVITQVE. OB MERITA EIVS ‖ HONESTISSIMVS ORDO DIGNO ‖ PATRONO. *A latere dextro:*

...ATA.[3]) IDIB. APRILIB.

...TILLO[4]) ET PRISCO ‖ COS. — Miseni. Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 209.

1) hodie quoque vicus Miseni est nomine *Miliscola.* 2) *novis.* 3) *dedicata* scil. statua. 4) *Quinctillo* p. Chr. 159., quo aetate merito mireris talem sermonis barbariem.

5301. FABIA PHILEMAĪ ‖ BALONIA PHILEMAĪ[1]) ‖ GRAECINIA MYRINNA ‖ .... GRADVS ET ‖ EPIMEDIA[2]) S. P. F. — *ΩΡΑ* ‖ *ΚΑΙ* ‖ *ΤΥΧΗ.* — In Monte Casino. Don. p. 66, 11. Mur. 475, 5.

1) Hagenb. utrobique legit Philemat(*ion*). 2) Hanc vocem Gorio non intellectam, hybridam esse reor, ut *epirhedia*, *epitogium*, ab ἐπί et *medium.* — Similiter vidi postea explicantem Saxium *Miss.* 4. p. 204.

5302. T. SEPTVMIVS T. L. L.[1]) CHARITO ‖ QVLINAM[2]) ‖ D. S. P. F. — Venetiis, in Museo Nanio. Biagi *Mon.* p. 188. Polcastro p. 199, 16.

1) Titi et Lucii libertus. 2) Culina interdum in sepulcralibus memoratur. v. Biagium, qui similia collegit: Grut. 49, 1. 24, 2. Mur. 485, 8.

5303. Inter opera publica praecipua apud Gruterum memorata notamus v. c. PRAETORIVM — Mundae. Grut. 168, 4. — FORVM. AEDES V. SIGNA DEOR. V. STATVAS DVAS — Cisimbrii. ib. 5. — THEATRVM ET PROSCAENIVM — Volsiniis. ib. 8. — SCHOLA CVM STATVIS ET IMAGINIBVS. ORNAMENTISQVE OMNIBVS — Romae. ib. 5. — BASILICAE aliquot. ib. 171, 1—7. (BASILICA IVLIA. Romae. 171, 7.) PORTICVS. EXSEDRAM. PRONAON. 172, 3. PODIVM CVM LORICA. (Mediolani.) Grut. 172, 13. — SOLARIA. 173, 1. LANARIAE. (Telesiae.) 173, 4. cet.

5304. In operibus publicis mentio fit lapidis *Tiburtini* passim; lapidis *Turbinatis*, ut videtur, non *turbinati* (appellative), ut volebat Gorius: Mur. 475, 2., lapidis *Hispellatis.* Mur. 485, 7.

5305. PVBLICAE VTILITATI ET COMMODITATI ‖ TIFER. METAVR.[1]) — S. Angeli in Vado, in veteri cisterna. Ughelli *Ital. sacr.* Vol. 2. p. 895.

1) Tifernates Metaurenses.

3306. C. OPPIO C. F. VEL ‖ SABINO IVLIO NEPOTI ‖ M. VIBIO SOLEMNI SEVERO [1]) ‖ COS [2]) ‖ ADLECTÓ A SACRATISSIMÓ IMP ‖ HADRIANO AVG ‖ INTER TRIBVNICIOS. PR. PEREGR ‖ CANDIDATO AVG ‖ LEG. PROV. BAETHICAE. CVR. VIAR ‖ CLODIAE ANNIAE CASSIAE ‖ CIMINAE. TRIVM TRAIANARVM ‖ ET AMERINAE. [3]) LEG. LEG. XI. ‖ CL. P. F. LEG. AVG. PR. PR ‖ PROVINC. LVSITANIAE ‖ PROCONS. PROV. BAETHICAE ‖ PATRONO CÒL ‖ LEONAS LIB ‖ ADCENSVS PATRONI ‖ ET IN DEDIC. STATVAE ‖ COLONIS CENAM DEDIT. — Auximi. Grut. 446, 4.

1) nota duplex praenomen hominis πολυωνύμου. 2) Consul videtur suffectus anni incerti, potius quam L. Catilius Severus p. Chr. 120., uti volebat Holth. in *Add.* diversus etiam a C. Iulio Severo, Consule item suffecto anni incerti ap. Marini *Atti* 2. p. 726. Hic enim Fabia tribu censebatur.

3307. CVRATOR VIAR. AVRELIAE VETERIS ET NOVAE. CORNELIAE ET TRIVMPHALIS. (Tiburc.) Grut. 457, 6. — CVRATOR VIAE SALARIAE. id. 463, 4.

3308. M. AQVILIVS. M. F. GALLVS. PROCOS ‖ VIAM FECEI AB REGIO AD CAPVAM ‖ ET IN EA VIA PONTEIS OMNEIS ‖ MEILIARIOS [1]) TABELLARIOSQVE POSEIVEI ‖ HINCE SVNT NOVCERIAM ‖ MEILIA *LI* ‖ CAPVAM XXCIIII. MVRANVM *LXXIII* ‖ COSENTIAM CXXIII ‖ VALENTIAM C*L*XXX. :[] ‖ AD FRETVM AD STATVAM CCXXXI ‖ ‘[]. REGIVM CCXXXVII. SVMA AF. [2]) CAPVA ‖ REGIVM MEILIA CCCXXI. ‘[] ET. EIDEM PRAETOR ‖ IN SICILIA. FVGITEIVOS. ITALICORVM CONQVAESIVEI ‖ REDIDEIQVE. HOMINES DCCCCXVII. EIDEMQVE ‖ PRIMVS FECEI. VT DE AGRO POBLICO ARATORIBVS ‖ CEDERENT PAASTORES. FORVM AEDISQVE POBLICAS [3]) ‖ HEIC. FECEI. — In valle Dianae, agro Atinate. Grut. 150, 7. Pollae. Romanelli *Topografia* 1. p. 297., cuius typum dedi.

1) pontes e tabulis, sive asseribus, mille pedum longit. (?) Grut. 2) ab. 3) *poplico-poplicas* Gr.

3309. M. VICINIVS L. F. $\overline{III}$ VIR ‖ PRO PVBLICA COMMO‖DITATE VIAM FLA‖MINIAM RESTIT ‖ L. VICINIVS $\overline{III}$ VIR ‖ F. C. — In lamina reperta in Via Flaminia. Archaeologia T. XV. p. 389.

3310. HONORIS ‖ IMP. CAESARIS DIVI F ‖ AVGVSTI. PONT. MAXIM ‖ PATR. PATRIAE ET MVNICIP [1]) ‖ MAGISTRI AVGVSTALES [2]) ‖ C. EGNATIVS M. L. GLYCO ‖ C. EGNATIVS C. L. MVSICVS ‖ C. IVLIVS CAESAR. L. ISOCHRYSVS ‖ Q. FLORONIVS Q. L. PRINCEPS ‖ VIAM AVGVSTAM. AB VIA ‖ ANNIA EXTRA PORTAM AD ‖ CERERIS SILICE STERNENDAM [3]) ‖ CVRARVNT PECVNIA SVA ‖ PRO LVDÍS. — In Civitate Castellana Falisc. opp. Grut. 149, 5.

1) Observa hoc adulandi genus. 2) Magistri Augustales ergo vivente iam Augusto instituti. 3) In similibus saxis ap. Grut. 150, 1—3., *viam integendam*.

3311. NERO. CLAVDIVS. DIVI ‖ CLAVDÍ. FILIVS. GERMANICI. CAESARIS. NEPOS ‖ TIBERÍ. CAESARIS. AVG. PRONE-

POS. DIVI. AVG. ABNEPOS. CAESAR ‖ AVGVSTVS GERMANICVS. PONT. MAX. TRIB. POT. IIII. IMPERATOR. ITER. CONSVL. III[1]) ‖ VIAM. AB. APAMAEA. AD NICAEAM. COLLAPSAM. *vetustate. restituit. muniendam* ‖ CVRAVIT. PER. CAIVM. IVLIVM. AQVILAM. PROC. SVVM. — Ad lacum Ascanium. Ex Viduae *Inscriptt.* Letronne, *Journal des Savans*, Janvier 1827. p. 18., quem vide.

1) p. Chr. 58.

5312. TI. CLAVDIO TI. F. COR. BITHYNICO ‖ Q. II. VIR. AED. II. VIR. I. D ‖ II VIR. QVINQ. PRAEF. FABR ‖ HIC PERMISSV TRAIANI HADR. AVG ‖ VIAM PASSVVM DVVM MILLIVM ‖ EVNTIBVS IN APVLIAM ‖ NOVO SILICE STERN. C. — Nolae. Reines. *Class.* II. n. 18., auctius ap. Lupulum p. 6.

5313. ....[1]) ‖ ...... PIVS. FELIX ‖ INVICTVS AVGVSTVS ‖ VIAM ANNIAM. LONGA. INCVRIA ‖ NEGLECTAM. IN. FLVENTIBVS (*sic*) ‖ PALVSTRIB. AQVIS EVERVERATAM (*sic*) ‖ ET COMMEANTIB. INVIAM ‖ INTER PLVRIMA INDVLGENTIAR ‖ SVAR IN AQVILEIENS. PROVIDENTISSIM ‖ PRINCEPS RESTITVIT. — In vico Tumbola prope Aquileiam. Labus *Letterà sopra una colonna letterata di Maguzzano* p. 10.

1) Erasum est fortasse Diocletiani nomen. Labus.

5314. IMP. CAESARE ‖ TRAIANO HADRIANO ‖ AVG. III. COS ‖ VIA NOVA STRATA LAPIDE ‖ PER MEDIVM FORVM PECVAR ‖ A SVMMO VICO LONGO AD ‖ ARCVM IVNCTVM CAPITOLIO ‖ EX CONLATIONE MANIPRETII ‖ POSSESSORVM CIRCA FORVM ET NEGOTIANTIVM. ITEM COLLEGIA QVAE ‖ ATTINGVNT EIDEM FORO ‖ II VIRATV.... — In agro Faleriensi. Morcelli *St.* 2. p. 291.

5315.

IVCVNDAE
PEXSAE. V. A. XIV.
VESTIPLICA
IVCVNDVS PATER
PHILLIS MATER.
CHRONE SOROR
P.

ITVS ACTVSQVE EST[1])
IN HOCE. DELVBRVM
FERONIAI EX HOCE LOCO
IN VIA. POPLICAM
CAMPANAM QVA
PROXSIMVM EST.

— Coppito in dioecesi Aquilana. Marini *Iscriz. Alb.* p. 91.

1) v. Sicul. Flacc. p. 18. Goes.

5316. POMPEIANI ‖ BARBARIVS. POMPEIAN ‖ V. C. CONS. KAMP. CIVITA‖TEM. BELLAM.[1]) NVDA. ANTE ‖ SOLI. DEFORMITATE. SORDENI‖TEM. SILICIBVS E MONTIBVS ‖ EXCISIS. NON. E. DIRVTIS ‖ MONVMENTIS[2]) ADVECI‖TIS. CONSTERNENDAM ‖ ORNANDAMQVE CVRA‖VIT ‖ CVRANTE V. C. TI. PRO‖CVLO PATRONO ET CVR ‖ ABELLANORVM. — Cimitini prope Nolam. Lupulus p. 15.

1) Sic, non *Abellam*, Lupulus. 2) studiose hoc notandum.

3517. C. VESIDIENO CN. F ‖ BASSO AED ‖ IIII VIR. IVR. DIC ‖ IIII VIR. QVINQ ‖ PVBLICE ‖ D. D ‖ QVOD AQVAM NOVAM ‖ CONQVIRENDAM ET IN MVNICIP. PERDVCEND ‖ ET NYMPHAEVM FACIEND ‖ PEC. PVB. C. — Vrbini. Grut. 485, 7.

3518. CAPE ME ‖ TVA SVM.
Sic inscribitur aquae ductus ex Anienis alveo in eundem aquam reducens, quae ita venuste fluvium suum alloquitur. Nescio nunc, ubi repererim.

3519. In aquae ductibus cippi iugerales mensurae causa constituti erant. v. c. Fabrett. p. 660, 511.: IMP. CAESAR ‖ DIVI F. AVGVSTVS IIII. P. CCXL. — In Caeretano aquaeductu. — Ib. 512. in aqua Virgine: VIRG ‖ TI. CAESAR AVG ‖ PONTIF. MAXIM ‖ TRIB. POT. XXXVIII. COS. V. IMP. VIII ‖ IIII ‖ P. CCXL.

3520. De distributione aquae in praedia quaedam irriganda exstat fragmentum corruptissimum ap. Grut. 182, 5., cuius partem explicare aggressus est Wesseling. *Observatt.* 2, 27. p. 267.

3521. C. IVLIVS SEVERVS OB HO‖NOREM MAGISTERI ‖ COLL. FABRVM. SILANVM ‖ PECVNIA SVA FECIT ‖ MVCIANO ET FADIANO COS.[1]) — Budae. Sestini *Viaggio* p. 292.

1) I. Fabiano. p. Chr. 201.

3522. M. M. LARTIENI SABINI PATER ‖ ET FILIVS QVINQVENNALES AQVAM ‖ IN FANVM SVA IMPENSA PERDVXERV‖NT. SALIENTES QVADRIFARIA[1]) SVO ‖ LOCO RESTITVERVNT. CANALES VETVS‖TATE CORRVPTOS ET DISSIPATOS RESTI‖TVERVNT. FISTVLAS OMNES. ET SIGILLA ‖ AHENEA[2]) POSVERVNT. TECTA REFECE‖RVNT. OMNIA SVA IMPENSA FECERVNT. — Prope Reate. Don. p. 68, 17., cuius typum do. Mur. 478, 1.

1) *quadrifariam* Mur. 2) Cfr. omnino Gorium, qui per fistulas illas et sigilla indicari putat machinam sonorem hydraulicam, vel aliquod horologium, in quo describendo Vitruvius sigilla in id opus adhibita esse docet L. 9, 9.

3523. FONTEM HVNC LYSIVM ‖ QVEM C. LYSIVS C. L ‖ SECVNDVS PATER CONSTR‖VXIT C. LYSIVS POSTVMVS ‖ OPERE MVSIVO EXORNAVIT. — In agro Interamnensi. Mur. 478, 7.

3524. M. VALERIO M. F[1]) ‖ AED. DICT ‖ PRAEF. IVVENTVTIS ‖ MVNICIPES COMPITENSES VEICORVM ‖ QVINQVE. QVOD SPECVS MILLIA ‖ PASSVS ∞ ∞ ∞ PVRGAVIT. REFECIT ‖ FISTVLAS REPOSVIT. BALNEA VIRILIA ‖ VTRAQVE ET MVLIEBRE DE SVA ‖ PECVNIA REFECIT. POPVLO VISCERATI ‖ GLADIATORES DEDIT. LVMINA. LVDOS ‖ I. S. M. R[2]) SOLVS FECIT. — Romae. Fabrett. p. 242, 656.

1) observa cognominis omissionem, quae tempore liberae reip. significet. 2) Iunoni Sospitae magnae Reginae.

5325. DIVVS AVG. PARENS ‖ DEDIT ..... ‖ ....[1]) AVGVSTVS ‖ GERMANICVS ‖ REFECIT ‖ IN IIVIVS BALINEI LAVATION. HS. CCCC ‖ NOMIN. C. AVIASI T. F. SENECAE ET SVI.[2]) T. AVIASIVS SERVANDVS ‖ PATER. TESTAMENT. LEGAVIT. VT EX REDITV EIVS SVMMAE ‖ IN PERPETVVM VIRI. ET IMPVBERES. VTRIVSQ. SEXSVS ‖ GRATIS LAVENTVR. — Bononiae. Grut. 180, 7.

1) Erasum est Caligelae nomen. 2) Ita Gud. in *Indice* p. XLVI. melius, quam Grut.: F. SVI.

5326. C. AVRVNCEIVS ‖ COTTA ‖ COLONIS INCOLIS HOSPIT....[1]) ‖ ADVENTORIBVS SERVISQV. ‖ EORVM ‖ LAVATIONEM EX SVA PECVNIA ‖ GRATVITAM IN PERPETVOM DEDIT. — Zagaruolae inter Praeneste et montes Albanos. Grut. 181, 1. Eadem corruptior ap. Mur. 470, 9.

1) *hospitibus*. Mur.: ospitium adventorium.

5327. THERMAS MARITIMAS[1]) ‖ INTRESECVS REFECTIONE CELLARVM ‖ FORIS SOLI ADIECTIONE DDD NNN ‖ VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS ‖ VICTOR - AC - TRIVMF - SEMPER AVG ::: ‖ PROCVLO GREGORIO VC. PRAEFECTO ‖ ANNON. VRBIS ROMAE CVRANTE ‖ DECORARVNT. — Prope Ostiam. Guascus T. 3. p. 145, 1238.

1) *Lavacra marina Ostiis* memorat Minucius Felix *Octav*. 1, 3. Memorantur praeterea Thermae aestivales et hiemales ap. Marini *Atti*. p. XLI. 576. 582.

5328. SALVIS AC FLORENTIBVS DD. NN. HONORIO ET THEODOS ‖ PERPETVIS SEMPER AVGG. CAECINA DECIVS ACINATIVS ‖ ALBINVS V. C. PRAEF. VRBI[1]) VICE SACRA IVDICANS ‖ CELLAM TEPIDARIAM INCLINATO OMNI PARIETE LABENT ‖ DE QVA CELLARVM RVINA PENDEBAT ERECTORVM A FVN‖DAMENTIS ARCVVM DVPLICI MVNITIONE FVLCIVIT ‖ D. N. M. Q. EORVM. — Romae. Mur. 466, 3.

1) a. p. Chr. 414. v. Corsini *Ser. Praef. Urb.* p. 333.

5329. SALVIS DDD NNN ‖ GRATIANO VALENTINIANO ET THEODOSIO ‖ VICTORIBVS SEMPER AVGVSTIS ‖ VALERIVS ANTHIDIVS V. C. PRAEF.[1]) PRAET ‖ STABVLVM NE ANIMALIA CVRSVS PVBLICI ‖ LONGI ITINERIS LABORE DIVTIVS DEPERIRENT ‖ PROVIDIT CONSTITVIT AEDIFICAVIT ‖ ADQVE (*sic*) DEDICAVIT. IVDIX MEIS[2]) ‖ CVRANTE FL. ASTERIO DEPVTATO. IIX. — In via Cassia. Don. p. 77, 40., cuius typum do. Spon *Misc.* p. 276., corrupte: melius ap. Gud. *Indic.* p. 58., corrupte ap. Mur. 465, 1.

1) V. C. AV. PRAEF. Gud. Mur. 2) cum his iunge, quod in fine est: IIX. ut sit, iudice Gudio: IV DIE MENS. IIX. Octobrie. Cursus publicus in Inscriptt. vix alias memoratur.

5330. SALVIS DD NN ‖ THEODOSIO ET ‖ VALENTINIANO P. F. V. AC TRIVM ‖ SEMPER AVG. XV ‖ CONS. VIR. INL ‖ AVXILIARIS PRAE ‖ PRAETO. GALLIA ‖ DE ARELATE MA.. ‖

MILIARIA PONI... || M. P. I.[1]) — Arelate. Montfaucon Antiq. expl. Suppl. T. 4. p. 116., cuius typum dedi; nisi quod in tabula aere excusa habet: XVI. et MILLIARIA. Cfr. Grut. 159, 8. Spon *Misc.* p. 166. Don. Cl. II. 108. Mur. 467, 5. Maffei *A. Gall. sel.* p. 55.

1) Optime explicavit Saxius *Miss.* 4. p. 193.: Salvis Dominis nostris Theodosio et Valentiniano Piis Felicibus Victoribus ac Triumphatoribus semper Augustis quintum decimum Consule (non enim divellendi sunt numeri $\overline{XV}$.) Theodosio (adeoque a. p. Chr. 435.) Vir inlustris Auxiliaris Praefectus Praetorio Galliarum de Arelate Massiliam miliaria poni sua pecunia iussit. (nisi haec ultima ita potius accipienda atque supplenda sunt: miliaria ponenda curavit. Mil. Pass. 1.)

CAPVT XIII.

VECTIGALIA.

FISCVS. PATRIMONIVM CAESARVM. FRVMENTVM PVBLICVM. PVERI ALIMENTARII.

3331. C. IVNIO C. F. QVIR ‖ FLAVIANO ‖ PRAEFECTO ANNONAE ‖ PROC. ARATIONIBVS.[1] PROC ‖ PROVINCIARVM LVGDVNESIS ‖ ET AQVITANICAE. PROC. HEREDITAT ‖ PROC. HISPANIAE CITERIORIS ‖ PER ASTVRICAM ET GALLAECIAM ‖ PROC. ALPIVM MARITIMARVM ‖ PROMAGISTRO XX HEREDITATIVM ‖ TR. MIL. LEG. VII GEM. PONTIF. MINORI ‖ MERCATORES FRVMENTARI ‖ ET OLEARI AFRARI.[2] — Romae. Grut. 426, 5.

1) ita lapis uno vocab. pro *a rationibus*. v. d'Orville *Obss. Misc.* 1741, 3. p. 123. 2) frumentum et oleum afferebatur ex Africa. — Grut.

Quod ad vicesimam hereditatium pertinet, memorantur: PROCVRATORES XX. HEREDITAT. Fabrett. 57, 179. XX HER. VILICVS SVMMARVM. ib. 56, 178. DISPENSATOR XX. HEREDIT. ib. 57, 183. PRAESIGNATOR HEREDIT. ib. 58, 184. Cfr. Hultmann *Misc.* p. 111.

3332. D. M. M. VLPIO CADMO AVG. LIB ‖ QVI FVIT PRINCEPS TABVLARIVS ‖ IN STATIONE XX HEREDITATIVM ‖ M. VLPIVS SECVNDVS ET VLPIA CHILIARCHIS ‖ ET VLPIA FELICITAS FILIA EORVM ‖ PATRONO SVO BENE DE SE MERENTI FECER ‖ ET SIBI ET SVIS LIBERTIS ET LIBERTABVS ‖ POSTERISQVE EORVM. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 128, 1.

3333. M. LVCIO ‖ PVB.[1] XX. LIB ‖ PR. AER. P. H. C[2] ‖ BENNIA ‖ VENVSTINA ‖ CONIVGI ‖ MERENTISSIMO. — Tarracone. Grut. 591, 2.

1) Sic apud Suet. *Vesp.* 1. *publicum quadragesimae in Asia*. Gud. Ex h. l. Suetonii nondum vides, quomodo PVB. XX. LIB. saxi sit legendum. In Suet. enim *publicum* est οὐδετέρως scil. aes vel vectigal. Publicum, seu publica egit, vel agitavit, i. e. publicanus fuit v. Gron. *Obs.* IV. 22. p. 360. Subvenit egregie Fabr.

p. 35. s. E. saxum nostrum laudaes ob vicesimam libertatis, et p. 36. s. C. *Publicanos* habuisse vicesimam libert. ex eodem adferens, et minime obscurum reliquerit *Publicano* $\overline{XX}$. *libertatis* hic esse legendum. Mox idem Fabr. p. 36. s. 176. *Publici* $\overline{XX}$. *Libertatis* videtur omnino nominativo plurali accipere de corpore quodam publicorum servorum, quale fuisse ei haud negem. Quid tamen, si in fragmento illo fuerit aut v. 3. extr. aut v. 4. init. vox fracta (*Actores Tabularii*, vel aliud quid) regens genitivum sing. PVBLICI. prorsus ut in Suet. est *publicum* $\overline{XL}$.? Ita sane acceperim *PVBLICI* $\overline{XXV}$. *Venalium* (servorum) in Fabr. p. 36, 177., et *socios publici* (τοῦ δημοσίου) *vicesimae quintae* potem fuisse *publicanos eiusdem*. (?) De *publicanis* $\overline{XX}$. *lib.* addo Mur. *Proleg.* p. 134. num. XVI. Hagenb. Mss. 2) Praefecto Aerarii Provinciae Hispaniae citerioris.

3334. D. M ‖ SECIAE APRAE ET SEX. CAEPIAE ‖ HERAMETI ‖ APVLVS. VILIC ‖ $\overline{XX}$. LIB ‖ AMICIS FIDELISSIMIS. — In monte Falco. Fabr. 2, 5. Corrupta videntur nomina ista. Sed de vicesima libertatis v. Liv. 7, 16. 37, 10. Fabrett. p. 2. et 35. ARCARIVS $\overline{XX}$. LIB. ib. p. 35, 173. — Item ib. p. 36, 175. Ad S. Caesarium:

3335. TERRAE MATRI ‖ GRATVS AVG. LIB ‖ TABVL. F. LIB ‖ ET PEC. D. D. i. e. Tabularius fisci libertatis (*auri vicesimarii* Liv. 37, 10.) et peculiorum. Hagenb. Mss. Item Fabr. 36, 176., s. 1.:

3336. (*Ti. C*)LAVDIO DRVSI F. CAESARI AVG ‖ (*G*)ERMANICO PONT. MAXIMO TRIBVN ‖ POTEST. $\overline{III}$. COS. $\overline{III}$. IMP. $\overline{V}$. PATRI PATR ‖ PVBLICI. $\overline{XX}$ LIBERTATIS ET $\overline{XXV}$. VENALI. — i. e. SERVI PVBLICI $\overline{XX}$. LIB. ET $\overline{XXV}$. VENALICIORVM. s. VENALIVM. Fabr. 36, 177. Cfr. Tacit. *Ann.* 13, 31.

3337. Q. CALPVRNIO EVTYCHO ‖ PHILETVS PBL. $\overline{XX}$. LIB. VICVS [1]) ‖ FECIT. *Κ. ΚΑΛΠΥΡΝΙΟ. ΦΙΛΗΤΟΣ ΕΙΚΟΣΤΗΣ ΕΛΕΥΘΕΡΕΙΣ ΙΚΟ‖ΝΟΜΟΣ* [2]) *ΕΠΟΙΗΣΕΝ ΓΝΗΣΙΟ ‖ ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΙ.* — Athenis. Spon *Voyage*. T. III. P. II. p. 19., omissum a Collectoribus, sed egregie illustratum ab Hagenb. *Tessar.* p. 574.

1) PVBLICVS XX. LIB. v. Hagenb. 2) i. e. ἐλευθερίας οἰκονόμος. id.

3338. BARNAEVS SOC. SALAMA ‖ SOCIOR. SABBIONI SOC ‖ VICENS LIBER. SIBI ET VICENS ‖ LIBERTIS. VICENS. LIBERTAE ‖ FRATRIB. SVIS. V. FEC. SER ‖ VIX. AN. $\overline{XXV}$. SERVO ‖ D. M. — Capuae. Mur. 1523, 6. Quid haec sibi velint, ignorare Muratorium non miror; sunt enim aenigma altero illo in Mur. 623, 1.:

3339. CARPVS ‖ SOCIOR. VICENS ‖ SIBI ET HERACLAE ‖ FRATRI FECIT. — Ferrariae. (Don. 317, 25.)

longe difficilius, quin pessime intricatum. Ex labyrintho hoc evadendi facultas mihi data beneficio eorum, quae de inscriptt. duabus vel pluribus παραλλήλως positis, ab exscriptoribus vero mire, quin misere commixtis, antea observaveram. Versus enim Muratorii sex continui in tres trium epigrapharum ita dispescendi, duaeque voces LIBERTIS et LIBERTAE medica manu lenissime corrigendae sunt, ut omnia sic procedant:

BARNAEVS. SOC	SALAMA SOCIOR	SABBIONI. SOC.
VICENS. LIBER. SIBI ET	VICENS. LIBERT.	VICENS. LIBERTAT.
FRATRIB. SVIS. V. F	SER. VIX. ANN. $\overline{XXV}$.	SERVO.

D. M

In primo epigr. nota SOC*iorum* VICENS*imae* LIBER*tatis* sc. servus, quod in secundo et tertio expressum SER. et SERVO. D. M. in fine passim ponitur. v. c. Mur. 1602, 13. Hagenb. MSS. et *Epist. Epigr.* p. 573.

5340. LOC. SEPVLTVRAE ‖ FAMILIAE $\overline{XX}$ LIB ‖ REG. TRANSPAD ‖ THEOPOMPVS ARK ‖ D S P. ET TRYPHONIV.. ‖ ET Q. SICINI.. — Veronae. Maff. *Mus. Ver.* 129, 5. Grut. 890, 14.

5341. Q. MANILIO ‖ C. F. CORDO 7[1]) ‖ LEG. XXI. RAPAC ‖ PRAEF. EQVIT. EXACT ‖ TRIBVT. CIVITAT. GALL ‖ FAC. CVR ‖ CERTVS LIB ‖ IN AGR. P. $\overline{XLIV}$. IN FRO. P. $\overline{XLIV}$.[2]) — Bononiae. Grut. 434, 6.

1) Ceoterioni; ita emeodari iebet Fabrett. *Emend.* p. III. Grut. TR. 2) nota IV. pro $\overline{IIII}$., qeod alies suspectem.

5342. IOVI O. M ‖ CETERISQVE DIIS ‖ DEABQ. IMMORT ‖ TIB. CL. DEMETRIVS. DOM. NICOMED ‖ V. E.[1]) PROC. AVGG. $\overline{NN}$[2]) ‖ ITEM CC.[3]) EPISCEPSEOS ‖ CHORAE[4]) INFERIORIS. — Niceae. Murat. 1064, 2. Millin *Voyage* 2. p. 540.

1) Domo Nicomediensis, vir egregius. 2) Valeriani et Gallieni, ut videtur. 3) decenarius. 4) ἐπισκέψεως τῆς χώρας.

5343. IN. H. DD ‖ SANCT. DIANAE ARAM ‖ CVM SIGNO AE‖TETVS AVGG ‖ N. N. LIB. PP. STAT.[1]) MAIIENS.[2]) $\overline{XXXX}$ GALLI. DE‖DIC. ID. AVG. PRESENTE COS.[3]) — In arce Knillemberg Tirol. Maffei *Mus. Ver.* 454, 6., sed h. l. correctum ex Roschmanni typo.

1) Praepositus stationis. 2) Meiecses, incolee oppidi hodie *Maio.* 3) ita lapie non PRAESENTE I. COS., ut apud Maff., qeod ineptum est. Crispinae Augustae pater est, quem p. Chr. 180. conselem quum in libris, tum in saxie modo ἁπλῶς Consul, modo $\overline{II}$. Cos. scriptum esse ita coestat, ut ratio qeoqee etriqee scriptioni iuxta constet. Conselatum eeim antea non ordineriem gessisse, sed suffectum coeeentaneum est. Hagenb. *Mss.* De C. Brittio Praesente v. Marini *Atti* 1. p. 179. 2. p. 697., qui tamen eundem facit Consulem ordinariem a. p. Chr. 153. Hic vero secendem Hagenb. pater erat eius, de quo h. l. sermo est.

5344. D. M. ET ‖ QVIETI AETERNAE ‖ AVRELIAE MVNATIAE ‖ CONIVGI KARISS. ET INCOMPARABILI ‖ Q. VIX. ANN. $\overline{XXIIII}$. MENS. $\overline{V}$. D. $\overline{IX}$ ‖ QVINCTIO AVG. LIB. TAB‖VLARIVS $\overline{XXXX}$. GALLIAR ‖ SVB ASCIA DEDICAVIT. — Lugduni. Reines. p. 563, 36. Cfr. Gud. p. 199, 3.

5345. T. FLAVIO. AVG. LIB ‖ EVSCHEMONI ‖ QVI FVIT AB EPISTVLIS ‖ ITEM PROCVRATOR ‖ AD CAPITVLARIA ‖ IVDAEORVM[1]) ‖ FECIT ‖ FLAVIA APHRODISIA ‖ PATRONO ET CONIVGI ‖ BENEMERENTI. — Romae. Oderic. p. 53.

1) ἐπικεφάλαιον. v. Ioseph. *B. Iud.* 7, 6.

3346. I. O. M. FVLM. FVL ‖ SACR ‖ FL. VERVS METROBAL‖ANVS. PROC. AVG. N̄. PRAE‖POS. SPLENDIDISSIM ‖ VECT. FERR. [1]) PER ‖ ASCLEPIADEM ARK. STAT. SISC [2]) ‖ V. S. L. M. — Sisciae in Pannonia Sup. Donati I, 1, 8.

1) *Vectigalium ferri* (e Norico devecti). 2) *arcarium stationis Sisciensis.* Ridicule Froelich ap. Donat. l. l. *arcuarium Statuis Sisciae.*

3347. IMP. CAESAR M. AVRELIVS ‖ ANTONINVS. AVG ‖ GERMANICVS SARMAT. ET ‖ IMP. CAESAR L. AVRELIVS ‖ COMMODVS AVG ‖ GERMANICVS SARMATIC ‖ HOS LAPIDES CONSTITVI IVSSERVNT ‖ PROPTER CONTROVERSIAS QVAE ‖ INTER MERCATORES ET. MANCIPES ‖ ORTAE ERANT VTI FINEM ‖ DEMONSTRARENT VECTIGALI FORICVLARĪ TE [1]) (*sic*) ANSARII [2]) ‖ PROMERCALIVM. SECVNDVM ‖ VETEREM LEGEM SEMEL DVM‖TAXAT EXIGVNDO. — Romae. Grut. p. 199, 6. Murat. p. 573, 4., sed correctius apud Marini *Iscriz. Alb.* p. 28. Vide de celebri et obscura hac inscr. Cuiae. *Observ.* L. 14, 3. Burmann *de Vectigal.* p. 73. Küstneri *Chrestomath. Iuris Ennianam* Lips. 1762. p. 21. Cramer. *ad Schol. Iuven.* p. 78.

1) pro ET. eiusmodi μεταθέσεις literarum collegit Marini l. l. 2) ANTARII Fabrett. *Emend.* p. 2., sed refellitur sequente inscriptione:

3348. QVICQVID VSVARIVM INVEHITVR ‖ ANSARIVM NON DEBET. — In ripa Tiberis sub Aventino. Nardini 3. p. 316.

3349. P. MARIO ‖ VOT ‖ LVPERCIANO ‖ EQ. R. EQ. PVBL. OMN ‖ HONOR. MVNICIPAL. ADEPT ‖ IVDICI DE SELECT. SACERD. CAENINEN ‖ COLL. FABR. CENT. DEND. M. B. [1]) PATRONO ‖ CVIVS EXIMIA LIBERALITAS POST MVLTAS ‖ LARGITIONES HVC VSQVE ENITVIT VT ‖ LVCAR I...INAE [2]) REDEMPTVM A REP. SVA ‖ VNIVERSIS CIVIBVS SVIS IN PERPETVVM ‖ REMITTERET. HVIVS TOT ET TAM INGENTIA ‖ MERITA ITA REMVNERANDA CENSVERVNT ‖ VT EFFIGIEM I..IV. [3]) PERPETVA VENERATIONE ‖ CELEBRARENT. L. D. D. D. — Bergomi. Grut. 436, 5.

1) Munic. Bergomatis. 2) LIBITINAE Scalig. longe probabilius quam Fabrett.: ARVINAE. 3) Illius.

3350. EPAPHRODITO ‖ AVG. LIB. PEPLIA ‖ AB AVCTORITA ‖ RATION. HEREDIT ‖ *a tergo:* EPAPHRODITO AVG. LIB. PEPLIA ‖ AB AVCTORITA ‖ FLAVIA PREPVSA ‖ ET PIA PATR. — Romae. Grut. 590, 7. 8. Suspecta sine causa est Maffeio A. C. L. p. 351.

3351. Quod ad fiscum pertinet, appellatur etiam *res dominica*, in lap. Saepinate. Grut. 513, 1. Don. p. 83, 65. Mur. 606.; ubi notandi praeterea *Stationarii*, milites variis stationibus ad viarum custodiam dispositi, et notae alibi non reperiendae PR. PRAET. V. Cfr. Hagenb. *Diptych. Brix.* p. 182. Propraetores quinquennales Muratorii certe nihil sunt. Observa in titulo L. Nerusii Mithrae ap. Fabrett. 631, 290.: „FECI SECVRE SOLVS SEMPER FISCALIA MAN-

CEPS." Ita in marm. Torigniensi ap. Maffei *Ant. Gall.* p. 86. seq. corrigendum vidit Maffeius FISCALIA CVM AGEREM.

3352. Q. HORTENSIO ‖ Q. F. COL ‖ FAVSTINO ‖ ADVOCATO FIS‖CI. PRAEF. FABR ‖ PATRONO MVNICIPÍ ‖ COLLEGIVM FABRVM ‖ TIBVRTIVM. OB MERITA ‖ L. D. D. D. cet. — Tibure. Grut. 419, 5. p. Chr. 172.

A Fisco distinguitur Patrimonium Caesarum:

3353. TI. CLAVDÍ AVG. L ‖ DAI[1]) ‖ TABVLARÍ RATIONIS ‖ PATRIMONÍ ‖ CAESARVM[2]) ‖ VIX. ANNIS LIX ‖ SERVILIA APHRO ‖ CONIVGI CARISSIMO. — Castelleto in via Flaminia. Grut. 589, 8. Mur. 2042, 7.

1) Daus, Davus. 2) Britannici et Neronis. Gud.

3354. FLAVIA PRIMA ‖ CONIVGI FIDO ‖ ET SIBI ‖ VIVAE FEC ‖ IANVARIO AVG. LIB ‖ TABVLARIO ‖ A PATRIMONIO. — Polae. Grut. 589, 11.

3355. D. M ‖ AVR. HILARO AVG. LIB ‖ PRAEF. PRAED. SIC[1]) ‖ FORTVNIVS ET ALEXANDER ‖ ET HERMES LIBERTI ‖ COMPARAVERVNT SARCO‖FAGVM PATRONO DIGNISSIMO. — Genuae. Gud. 116, 8. (non ex Ligorio.)

1) praefecto praediorum Imperatoris in Sicilia.

3356. Praedia Augustorum, Caesarum saepissime memorantur in operibus doliaribus ap. Mur. p. 496. seqq. v. c. 500, 25. EX VALERIAES NICES ‖ EX. PR. PLOT. AV ‖ DOL. ib. 9. OP. DOL. EX PR. M. AVRELÍ ‖ ANTONINI AVG. N. PORT. LIC.

3357. Sub Constantino nova computandi ratio invaluit per *folles denariorum.* Mur. 376, 5. (Aquilae. p. Chr. a. 338.) „DEDIT PLEBI VRBANAE AD AEPVLVM CONVIVII PANEM ET VINVM TAVROS II. VERBECES XV. PRAETEREA ET ARCAE EORVM FOLLES M. — 815, 1. FL. VICTORI DVCENARIO. PRINCIPI STABVLI DOMINICI (i. q. alias *Comiti sacri stabuli*) .. SI QVIS VOLVERIT POST OBITVM NOSTR. IN EO LOCO PONI DABIT IN RE. PV. DENARIOR. FOLEX (*sic*) SEXCENTOS. similiter 816, 4. et 1715, 8. Grut. 810, 10.

3358. D. M ‖ Q. TERENTÍ PRISCIANI ‖ VIXIT. ANNIS IIII. MEN‖SIBVS VII. FRVMENTVM PVBLICVM ACCEPIT MEN‖SIBVS VIIII ‖ TERENTIA SABINA ‖ ALVMNO FECIT. — Romae. Fabrett. p. 235, 619. ib. 618., triennis infans: FRVMENTVM ACCEPIT DIE X. OSTIO XXXIX.: alius quadriennis (ib. p. 234, 617.) DIE VII. OSTIO XV. — Ex quibus, quaenam fuerit distribuendi ratio, aliquatenus divinare licet; per dies scil. statos, et ostia suis quaeque numeris insignita.

3359. QVINTVM ANNVM ET DECIMVM ‖ NARCISSVS FLORE IVVENTAE ‖ HOC IACET ABREPTVS ‖ CONDITVS IN TVMVLO ‖ QVISQVIS ADES LECTOR ‖ FATVM MISERABILE CER-

NIS ‖ PARCAE NAM INPVBEM QVEM ‖ RAPVERE MIHI ‖ MAERET CARA SOROR ‖ QVAE FRATREM LVGET ‖ ADEMPTVM ‖ MATER HABET NATVM ‖ FLORVM LVX CANDIDA ‖ TORQVET ‖ HIC SEPTIMVM DECIMVM ‖ FRVMENTVM PVBLICVM ACCEPIT ‖ SEXTVM DECIMVM ‖ DDIDIT.[1]) — Romae, nunc vero Oxoniae. Reines. p. 786, 12. Fabrett. p. 189, 437. Cfr. p. 254. Marm. Oxon. *Chandl.* p. 132, 20. Burm. *Anthol.* 2. Lib. 4, 102. p. 71.

1) Haec ax dimidia parte erosa sunt ap. Chandl. Reines. explicat: *vendidit.*

5360.

ANT. AVG LIB LI	=	FRV N LXI

i. e. Antonini Augusti liberalitaa II. (?) frumentum numero sexages. primo: interprete Lesleo; apud Marini *Atti* 2. p. 695. Est tessera frumentaria.

5361. D. M. S ‖ Q. VARIO LVCINO. SEVIRO ‖ AVG. MART. PAT. COLL. FA‖BRVM. TIGN. ANN. FRVM ‖ POPVLI.[1]) Q. VIXIT. AN. LXVIIII ‖ MENS. VIII. DIEB. XV. HORIS. X. FE‖CIT SIBI ET LOLLIAE MATIDIAE ‖ COIVGI SVAE. EX COMMVNE SV[2]) — Romae. Marini *Atti* 1. p. 158.

1) Sic Curator Annonaa Plebis, Annonae Popnlo praebitae. ap. Grat. 386, 4. 435, 8. Fabratt. C. V. 130. 2) ex commani aamptu.

Pneri et Pnellae alimentarii.

5362. Pertinet hnc ante omnia celebratissima Tabula Traiani alimentaria efossa a. 1747. in parietinis Velleiae. Quae quum toties iam edita sit, lectores remitto ad Petrum de Lama, et Spangenbergium pag. 307.

5363. IMP. NERVAE TRAIAN. AVG ‖ GERM. P. MAX. TRIB ‖ POTEST. COS. IIII.[1]) PP ‖ NOMINE PVERORVM ‖ PVELLARVMQVE ‖ VLPIANORVM ‖ EX S. C. P. — Ameriae. Grut. 1084, 7.

1) p. Chr. 101.

5364. IMP. CAESARI ‖ DIVI ANTONINI PII ‖ FILIO. DIVI HADRIANI ‖ NEPOTI. DIVI TRAIANI ‖ PARTHICI PRONEPOTI ‖ DIVI NERVAE ABNEPOTI ‖ M. AVRELIO ANTONINO AVG. P. M ‖ TR. POT. XVI. COS. III.[1]) OPTIMO ET ‖ INDVLGENTISSIMO PRINCIPI ‖ PVERI ET PVELLAE ALIMENTARI ‖ FICOLENSIVM. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 42. Reperta est in vineto prope opp. Genzano, ubi Ficolea, s. Ficulea antiqua sita videtur fuisse. v. Marini in *Add.* p. 231.

1) p. Chr. 162.

5365. D. M ‖ SEXTIAE SATVRNINAE ‖ C. SEXTI. DAPHNI ET ‖ SEXTIAES SATVRNINAE ‖ FIL. Q. VIX. AN. VI. M. VII ‖ DIEB. XIIII. ING. FR. PVBL ‖ DIV. FAVST. IVNIOR.[1]) — Romae. Grut. 828, 6. Mur. 180, 2.

1) Ingenuaa. Frumento publico Divaa Faustinaa Iunioris. Hagena. Mss. Pessime Mar.: Iugaauus frater, publicus (servus) cet.

3366. C. ALFIO ‖ C. F. SERGIA ‖ CLEMENTI MAXIMO IV. VIR. I. D ‖ AEDILIQ. PECVNIARVM ‖ PVBLICAR. Q. ALIMENTOR ‖ PVERI ET PVELLAE QVI ‖ EX LIBERALITATE SACRATISSIMI PRINCIPIS ALIMEN ‖ ACCIPIVNT. CONSENSV PARENTVM EX AERE ‖ CONLATO ‖ .... C. L. D. — Assisii. Murat. 469, 9.

Vix unquam immunitas a tributis memoratur in lapp., nisi v. c. in sequente:

3367. * IMP. CAESARI. DIVI TRAIANI ‖ PARTHICI. GERMAN. DACIC. FILIO ‖ DIVI NERVAE. NEPOTI. TRAIANO ‖ HADRIANO AVG. PONTIF. MAXIMO ‖ TRIBVNIC. POT. XIX. IMP. II ‖ COS. IIII. P. P. OPTIM. PRINC ‖ PVBLIC ‖ VENVSINEI. COL ‖ IMMVN ‖ ANN XX. — Venusiae. Gudius ex Ligorio. 90, 4. Sed quamquam de hoc I. non dubitavit Lupulus p. 307., est tamen aperte commenticius, tum propter illum quartum Consulatum, quem nunquam gessit Hadrianus, tum propter affectatam illam scriptionem *Venusinei Col.* pro *Col. Venusia*, ut est in sinceris. Certior est immunitas Caeretanorum ap. Grut. 1012, 5., cuius lapidem dabimus in Cap. de Re municipali.

CAPVT XIV.

RES MILITARIS.

§. 1. NOMINA LEGIONVM. SPECIMEN COHORTIVM: ALARVM: NVMERORVM. CET.

I.

3368. NOMINA. LEG.

II. AVG	II. ADIVT	IIII. SCYTH
VI. VICT	IIII. FLAV	XVI. FLAV
XX. VICTR	VII. CLAVD	VI. FERRA
VIII. AVG	I. ITALIC	X. FRETE
XXII. PRIM	V. MACED	III. CYREN
I. MINER	XI. CLAVD	II. TRAI
XXX. VLP	XIIII. GEM	III. AVG
I. ADIVT	XII. FVLM	VII. GEM
XIII. GEM	III. GALLIC	III. ITALIC
I. PARTH	II. PARTH	III. PARTH

— Romae in Capitolio, columella marmorea rotunda. Grut. 513, 2.

II.

3369. NOMINA LEG.

II. AVG	II. ADIVT	IIII. SCYTH
VI. VICT	IIII. FLAV	XVI. FLAV
XX. VICTR	VII. CLAVD	VI. FERRA
VIII. AVG	I. ITALIC	X. FRETE
XXII. PRIM	V. MACED	III. CYREN
I. MINER	XI. CLAVD	II. TRAIAN
XXX. VLP	XIIII. GEM	III. AVG
I. ADIVT	XII. FVLM	VII. GEM
X. GEM	XV. APOL	II. ITAL
XIII. GEM	III. GALLIC	III. ITALIC
I. PARTH	II. PARTH	III. PARTH

— Romae apud Maffaeos persimilis columna. Grut. 513, 3.

Cum hisce columellis in primis conferendus est Dio Cassius L. 55, 23. seqq. quique ibi laudantur a Reimaro; Breitingerus nostras in Schelhornii *Amoenitt. litt.* T. 7. p. 37. T. 10. p. 1220. Tum *Chapman a letter on the antient Numeral Characters of the Roman Legions* in *Tunstall observations on the Epistles between Cicero and M. Brutus. London,* 1744. p. 413. Schwarz (C. Gottl.) in Exercit. de Cohorte Italica in *Exercitt. Acad.* p. 52. Brotier *ad Tacit.* T. 3. p. 413. Eckhel *D. N.* 6. p. 50. et 8. p. 488. Hagenbuchius nostras ad columellas illustrandas hoc legionum album concinnavit, ut utramque, quod ex Schwarzio l. l. disco, iamiam cum Dione contulerat Henr. Savilius *de Milit. Rom.* p. 427.

Legiones Romanae.

24.	I.	Adiutrix.	Dio.	Col. ambae.	Galbae.
25.	I.	Italica.	Dio.	Col. ambae.	Neronis.
28.	I.	Minervia.	Dio.	Col. ambae.	Domitiani.
33.	I.	Parthica.	Dio.	Col. ambae.	Severi.
26.	II.	Adiutrix.	Dio.	Col. ambae.	Vespasiani.
29.	II.	Traiana.	Dio.	Col. ambae.	Traiani.
1.	II.	Augusta.	Dio.	Col. ambae.	
31.	II.	Italica.	Dio.	Col. posterior.	Marci.
34.	II.	Parthica.	Dio.	Col. ambae.	Severi.
2.	III.	Augusta.	Dio.	Col. ambae	
3.	III.	Cyrenaica.	Dio.	Col. ambae.	
4.	III.	Gallica.	Dio.	Col. ambae.	
32.	III.	Italica.	Dio.	Col. ambae.	Marci.
35.	III.	Parthica.	Dio.	Col. ambae.	Severi.
27.	IV.	Flavia.	Dio.	Col. ambae.	Vespasiani.
5.	IV.	Scythica.	Dio.	Col. ambae.	
6.	V.	Macedonica.	Dio.	Col. ambae.	
7.	VI.	Ferrata.	Dio.	Col. ambae.	
8.	VI.	Victrix.	Dio.	Col. ambae.	
9.	VII.	Claudia.	Dio.	Col. ambae.	f. Claudii.
25.	VII.	[Gemina.]	Dio.	[Col. ambae.]	Galbae.
10.	VIII.	Augusta.	Dio.	Col. ambae.	
11.	X.	Fretensis.	Dio.	Col. ambae.	
12.	X.	Gemina.	Dio.	Col. posterior.	
13.	XI.	Claudia.	Dio.	Col. ambae.	f. Claudii.
14.	XII.	Fulminatrix.	Dio.	Col. ambae.	
15.	XIII.	Gemina.	Dio.	Col. ambae.	
16.	XIV.	Gemina.	Dio.	Col. ambae.	
17.	XV.	Apollinaris.	Dio.	Col. posterior.	Casaub. contra Bar. p. 292.
20.	XVI.	Flavia (F. = *Firma* vel *Fidelis.*)		Col. ambae.	f. Vespasiani. (Cfr. Letronne *Recherches* p. 413. et *Journal des Savans* 1827. p.168.)
18.	XX.	Valens Victrix.	Dio.	Col. ambae.	
19.	XX.	Valens Victrix.	Dio.		
21.	XXI.	Rapax.	Ex Tacito et saxis Helveticis.		
22.	XXII.	Primigenia.		Col. ambae.	
30.	XXX.	Vlpia.	Dio.	Col. ambae.	

a) Ita patet Hadrianum habuisse Legiones XXX., ut refert Favorini dicterium apud Spartianum *Hadr.* c. 15.

b) Si Legiones duas Claudias VII. et XI. alii ab Claudio institutas demum putarunt, non ab Augusto, ut Dio volebat, patet, cur Augustum XXV. legiones habuisse tradiderint quidam, quibuscum Dio facit, alii autem nonnisi XXIII. Augusteas numerarint.

c) Fortasse trigesima a Traiano instituta, numero quoque trigesima fuit, ceteris XXIX. sed diversis numeris insignitis superaddita.

d) In coldmella Capitolina ob ὁμοιοτέλευτον versus inter antepenultimum et ultimum videtur exeidisse, ex Maffaeana restituendus sive inserendus. (Operae tamen pretium esset scire, utrum scalptor, an exscriptor versum illum omiserit. OR.)

e) Quid causae fuerit, cur Dio XVIam neque in Augusteis, neque in Impp. sequentium legionibus retulerit, miror, nec scio.

f) Idem dixerim de XXII. etiam Tacito memorata.

g) Miror etiam magis, cur XXI. et Dioni et columellae utrique prorsus non memoretur. (Siquidem Clotae [Claudiae, ut sine auctoritate volunt] in pago Turicensi ingens laterum numerus repertus est Leg. XXI. nota inscriptorum. OR.)

h) Si litera h. recte conieci, sequitur ex legionibus Augusteis XVII. ad XXIII. vel XIX. ad XXV. periisse sex. Immo non perierunt: IIII. Macedonica, de qua Tacitus et lapis Vilariensis. (IVL. C. F. FAB. CAMILLO — TRIB. MIL. LEG. IIII MACED.) Dioni et Columellis ignorata.

XXI. Rapax. et XXII. Primigenia, de quibus supra.

Quasdam aut periisse, aut Geminis adiectas esse, Dio coniicit.

An ergo ... addita Geminae decimae decima;

» » » » tertiae decimae tertia decima;

» » » » quartae decimae quarta decima?

Caesar. *Bell. Civ.* 3, 4. unam ex Sicilia veteranam memorat, quam factam ex duabus gemellam appellabat. *Ex duabus*] an ex eiusdem numeri duabus, cuius numeri *gemina* dicta? An ex diversi numeri duabus, altera utra tamen eius numeri, cuius *gemina* dicta? Fortasse media sententia optima: potuitque ille praevalere numerus *geminae* dicendae, cuius numeri plures supererant. Ita Gemina VII. dicta, facta ex duabus, quarum altera VII. dicta erat iam antea, instituta a Galba: alioqui VII. Galbianam periisse esset statuendum, quam tamen Dio ad sua permansisse tempora memoriae prodidit. Si ex Augustea quadam ignoti nobis numeri, et ex VII. Galbae, velis ortam VII. Geminam, per me licet; et, ne tunc dicas XXVI. non tantum XXV. Augustum habuisse, IIII. Macedonicam eandem statue, quae et IIII. Scythica fuerit dicta: temere enim ob cognominum tantum diversitatem Legiones non sunt multiplicandae; quia una eademque legio potuit varias ob causas cognomina accipere, deponere, mutare, augere; licet et hoc certissimum sit, eiusdem numeri legiones diversas quoque fuisse, cognominibus distinctas: v. c. VII. Claudia et VII. Gemina duae diversae fuerunt.

i) Numeri legionum ab ordine dilectuum. Dio. p. 90. B. (in margine *Reimar.*)

k) Locus Dionis de legionibus torsit Reinesium, quem vide *Insc.* p. 92. ad 1, 47., ut et Casaub. *ad Spart. Didium Iulian.* p. 573. ed. Hack. T. 1.

l) De Legionibus opus historico-criticum moliebatur Bimardus. HAGENB. Mss.

5455. SEX. PILONIVS ‖ SEX. F. STE. MODE‖STVS BENEVENTO ‖ 7 LEG. IIII FF. [1]) III. HAST [2]) ‖ POST. ANN. XXX ... OR‖DINE. ACCEPIT EX ‖ EQVITE ROMANO ‖ MILITAVIT IN LEG. VII. C. P. F. ET VIII. AVG ‖ XI. C. P. F. I. MINER. P. F ‖ STIPENDIS CENTVRIO‖NI. CI... [3]) XVIII ‖ H. S. E. S. T. T. L. — Vindobonae. Mur. 842, 4. Maffei *Mus. Ver.* 245, 4.

1) Flaviae Felicis. 2) *tertius* (legionis) *Hastatus* Maff. *Tertius Hastatus*. Hultmann *Misc. Epigr.* p. 28. 3) Estne *Centurionicia?*

5456. SEXNETRIO . S... ‖ OVF. FEROCI ‖ CENTVRIONI LEG. II ‖ TRAIANAE FORTIS ‖ HVIC PRIMO OMNIVM EXCORNI‖CVLE ‖ PRAFE. SIGILL [1]) ‖ IMP. CAESAR ANTONINVS AVG ‖ PIVS P. P ‖ ORDINEM [2]) ALEXANDRIAE DEDIT ‖ QVOD PER ‖ GRADVS MILITIAE SVAE TAM ‖ INDVSTRIE SE ADMINISTRAVERIT ‖ DEC. DEC. ET CONSENSV PLEBIS ‖ OB MERITA EIVS ‖ HVIVS DEDICATIONE STATVAE ‖ MVNICIPIBVS ‖ ET INCOLIS VTRIVSQVE SEXVS ‖ EPVLVM ET HS. IIII. N. DEDIT. — Fabriani. Marini *Atti* 2. p. 599.

1) f. Excorniculario Praefecti Vigilum vel Singulariorum. 2) Centurionatum. Cfr. praeterea, quod in hoc capite damus, N. 3469. saxum Optionis. Mil. Peregr., ubi: *restabant huic dies LI, ut fieret Centurio.*

5457. M. TILLIO M. F. TER. RVFO. 7 LEG. XX VAL ‖ VICT. EX. CCC [1]) COH. IIII. PR. P. V. [2]) PRINCIPI ‖ CASTROR. [3]) EQ. P. EXORN. ET DONIS DONATO ‖ AB IMP. SEVERO ET ANTONINO AVGG ‖ HASTA PVRA. CORONA AVREA. 7. COH. XII ‖ VRB. ET I. VIG. EVOC. AVGG. DIVOR. M. ANTO‖NIN. ET COMMODI ‖ PATRONO MVNICIPI. LIBERTI ‖ L. D. D. D ‖ *In sinistro latere:* DEDICAVIT IPSE X. KAL. IVN. IMP. ANTONINO ‖ III. COS. [4]) ET DEDIT SPORTVLAS DEC. HS. XII N ‖ PLEBEI VRB. HS VI. N. — Atinae. Grut. 1001, 5. Don. p. 250, 20., cuius typum praetuli. (Antini. Donati 2. p. 505, 5., quem confer.)

1) Ex Trecenario. 2) Praetorii Vrbis. secundum Fabrett. 3) *Principis Castrorum* nulla fit praeterea mentio in Thes. Grut. *Pag.* 1002, 4., laudatur *Princeps Prae-*

tor. *Leg. XIII. Gem.* v. Gor. ad Don. l. l. et sequentem inser. 4) p. Chr. 208. Omissum iam est Getae nomen.

3458. GENIO ET FORTVNAE ‖ TVTELAEQVE HVIVS ‖ LOCI COHORTIVM PRAETORIARVM ‖ .... ‖ AETERNI AVGVSTI ‖ VALERII LI(*cinii*) DALMATIVS ‖ PRINC. KK.[1]) EX VOT... RVNT. DEVOTI ‖ NVMINI MAIESTAT. QVE EIVS. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 313, 3.

1) i. e. Princeps castrorum.

3459. C. ACILLI. MARCIANI ‖ CENT. PRINC.[1]) LEG ‖ XIIII. GEM ‖ CAROLITANO[2]) ‖ ALVMNO. T. M ‖ C. AVR. ONESIM[3]) ‖ G G — Velitris. Cardinali *Iscriz. Veliterne* p. 100, 40.

1) centurionis principis. Cfr. N. 3451. 2) Estne error typogr. pro CARALITANO? Carali, Corsicae oppido, oriundo. 3) Titi, Marci, Caii Aureliorum Onesimorum.

3460. ..... PRINCEPS. II[1]) LEG. XIIII ‖ GEM. AN. LXIV. STIP ‖ XLVI. MILIT. XVI. CVRA‖TORIA. VETERAN.[2]) IV ‖ EVOCATIVA. III. — Baudobrigae, hodie Boppard. Io. Ang. Klein, in F. Nic. Klein *Programm.* Coblenz 1827. p. 31.

1) princeps secundus, s. posterior. 2) *stipendia curatoria veteranorum* nusquam praeterea memorantur, uti nec *evocativa*; haec *evocati* videntur, non *evocatoria*, quamquam hoc nescio cur praefert Kleinius.

3461. C. LVCILIVS C. F. VEL. VINDEX MILES CHOR. VI PRAET ‖ VIXIT AN. XXX. MILITAVIT ANN. XII. PRINCIPALIS ‖ BENEFICIARIVS TRIBVNI.[1]) DEINDE OPTIO ‖ IN CENTVRIA.[2]) HOC TESTAMENTO FIERI ‖ IVSSIT. HONORIS PIETATISQVE CAVSA ‖ SIBI ET C. LVCILLIO SECVNDO PATRI ET FLORENAE FELICITATI MATRI ET ‖ LVCILIAE SVAE AVIAE EX HS. ∞ ∞ PRAELEGATIS. — Recanneti in Piceno. Grut. 551, 3.

1) i. q. 431, 9. Singularis benefic. Tribuni. 2) in centuria quadam, i. q. alibi Optio centurionis. v. Lipsii *Opp.* T. 3, p. 15.

3462. C. LVCCIVS C. F. STEL. SABINVS ‖ BENEVENTI DECVRIO ‖ VIVVS SIBI ET OFILLIAE ‖ PARATAE VXORI ET LVCCIO ‖ VERECVNDO FRATRI POSTERISQVE ‖ SVIS FECIT ‖ MILITAVIT IN COHOR. VRB. ADIVT ‖ TRIBVN ORFIT.[1]) SECVTOR. OPTIO ‖ VALETVDI. OPTIO ARCARI.[2]) SINGV‖LARIS BENEFIC. TRIBVN.[3]) A QVAESTI‖ONIB. FACTVS PER ANNIVM VERVM ‖ PRAEF. VRBIS. ET TESSERAR. OPTIO.[4]) SI‖GNIF. FISCI CVRAT.[5]) OPTIO AB ACT. CORI‖NICVL. TRIB.[6]) BENEFIC.[7]) VVLTEII[8]) ASIATIC ‖ PRAEF. VRB. MISSVS AB IMP. HADRIANO ‖ AVG. SERVIANO III. ET VIBIO VARO COS[9]) ‖ ....CIO CLARO COS[10]) ‖ IN F. P. XX. IN AGRO P. XX. — Beneventi. Grut. 431, 9. Donati 1. p. 161, 1., ex de Vita p. 241.

1) *In Cohorte Vrbana* (fortasse numerus deest) *Adiutor Tribuni Orfiti:* nisi fuerit potius *in Coh. Vrb. Adiutrice sub Tribuno Orfito.* 2) de Optt. valetudinariis et arcariis v. Reines. *Inscriptt.* p. 12. et 14. 3) iunge *Singularis beneficiarius tribuni,* ut Fabr. p. 136, 114., *principalis beneficiarius Tribuni. A quaestionibus* (delictorum militarium et ἀστυνομικῶν puta) aliud rursus est munus. 4) Incertum, utrum Tesserariorum Optio, an Tesserarius, Optio signiferi, an signifer? 5) Fisci (sc. militaris) Curator iungend. 6) Cornicularius Tribuni. 7) Beneficiarius Praefecti

Vrbis. 8) de Vita: VLTERI. 9) p. Chr. 134. 10) More insolito post Coss. ordinarios memorantur eiusd. anni suffecti. *Sex. Erucio Claro.* suspicantur supplendum esse.

5463. D. M ‖ C. CORNEL. MEMOR ‖ D.[1]) (*cum lineola transversa*) CELEIA Q.[2]) (*cum lineola transversa*) MIL ‖ COH. IIII. PR. 7. PATROILI ‖ MIL. ANN. XXVIII. ITERATVS.[3]) VIXIT ANN. LXXX ‖ AVVR. INGENVILIS OPT ‖ ET HERES EIVS B. M ‖ POSVIT. — Romae. Grut. 538, 9.

1) Domo. 2) nihil aliud significat nisi *qui - militavit. Quaestor Militum*, qui centurioni subfuerit prorsus non placet mihi; placuit autem impense Reinesio ad 1, 3. p. 12., ut gloriaretur Optionem Quaestoris militum in hoc saxo primum a se visum. Verum minime iungendum Optio eius, militis videlicet gregarii, sed potius Optio in Centuria aliqua (cfr. Fabrett. p. 136, 114.) Cohortis IIII. Praetoriae, et heres eius. Hagenb. Mss. 3) *Iteratus* nusquam alias legitur; videtur autem significare militem, qui honesta missione ultro non petita, militiam continuat; quo vocis significatu caret etiam Forcellinus.

5464. M. APICIO T. F ‖ CAM. TRIONI ‖ P. P. LEG. XXII. PRIMIG. P. F ‖ PRAEF. LEG. XIII. GEM ‖ 7. LEG. XV. APOLLIN. EVOC ‖ A. COMMENT. CVST. OPTIONI ‖ EVOC. SALAR. CVRAT. AB INDICIB ‖ PATRON. MVN. RAVENN ‖ PONTIF. — In agro Ravennati. Donati 2. p. 273, 4. Habet quaedam munera singularia: *a Commentariis - Custodiae* scil. armorum? an *a Commentariis; Custodi* sc. armorum. *Salarii Curatori; ab indicibus:* sic enim distinguendum arbitror.

5465. DIIS MANIBVS ‖ L. NAEVI. L. F. CAM. PAVLLINI ‖ EVOC. AVG ‖ MILITAVIT IN COH. I. PR. EQVES ‖ OPTIO EQVITVM ‖ CORNICVLAR. TRIBVNI ‖ MILITAVIT IN CALIGA. ANN. XVI ‖ EVOCATVS FVIT. ANN. III ‖ L. PESSEDIVS AGILIS EVOC. AVG ‖ AMICO OPITIMO (*sic*) FECIT. — Romae. Oderic. p. 194.

5466. FIDELIAE VERVLAE ‖ PRVDENTIVS REVERES (*sic*) ‖ OBTIO (*sic*) SIGNIFERORVM[1]) ‖ CONIVGI INCOMPARABILI ‖ AC DVLCISSIMAE. QVAE VIXIT ANNIS XXXI ‖ MENSIBVS III. DIEB. XIII ‖ F. C. — Moguntiae. Grut. 558, 7.

1) v. Reines. p. 12. Fabrett. *Col. Tr.* p. 67. Hagenb.

Aliquoties memorantur *Optiones* (militum) peregrinorum. v. c.:

5467. AELIVS VALENTINVS OPTIO ‖ PEREGRINORVM ‖ AVRELIAE CONIVGI. — Romae. Gudius 111, 5. b. v. Reines. Class. VIII. 56. Spon *Misc.* p. 86., praeterea:

5468. AEMILIO ALCIMO ‖ PRINCIPI PEREGRINORVM ‖ OMNIBVS EXEMPLIS. ADQVE ‖ TOTIVS .... — Romae. Fabrett. p. 717, 302. Cfr. Grut. 347, 1. 2. Maffei *Mus. Ver.* 425, 1. VICES AGENS PRINCIPIS PEREGRINORVM. Grut. 22, 3. Marini *Iscriz. Alb.* p. 45.; quae ad militaria officia refert Marini *Atti.* p. 474. Alii in ἀστυνομικοῖς potius Vrbis Romae habent. Sed alteram sententiam confirmat sequens lapis:

3469. D. M ‖ M. ORBIVS M. F. AQVIS A... ‖ SEX. OPTIO. MIL. PEREGR. M*il.* *an*‖NIS $\overline{XVI}$. VIX. AN. $\overline{XXV}$. RE... ‖ HVIC DIES $\overline{LI}$. VT FIERET 7.[1]) FE... ‖ M. VAL. DIONYSIVS PATRO*no et* ‖ SVETONIVS TAVRVS FR*at. et* ‖ HER. FACIEND. CV*rarunt. Item* ‖ VAL. DIONYSIVS SI*bi et suis* ‖ POST*erisq. eor.* — Romae. Marini *Atti* 2. p. 434. Quae literis inclinatis excudi iussi, supplementa sunt Marinii.

1) i. e. restabant huic dies LI., ut fieret centurio. In *Bronzi d'Ercolano* T. 1. p. XXIII. notatur, multis in inscriptionibus Pompeianis reperiri *Principes Libertinorum*, ad militiam classiariam referendos.

3470. M. AVREL ‖ MACEDO ‖ VET. NAT ‖ DELM ‖ EX. SVBOPT[1]) ‖ SIBI ET ‖ AVRELIAE VICTORIAE ‖ LIBERTAE. VIVVS ‖ POSVIT ‖ SI QVIS HANC ARC ‖ P. EX. F. S. S. S. S ‖ A D. F. C.[2]) — Cervine. Grut. 529, 8.

1) Ex Suboptione. 2) „si quis hanc arcam posuerit extra fundum sacrum suprascripti Suboptionis Aurelii, dabit fisco cenam." ingeniose, sed vix vere Fabrett. *Col. Tr.* p. 68. Cfr. Grut. 534, 7.: Si quis ante hanc arcam quid aliud posuerit vel condiderit, dabit fisco Augg. $\overline{NN}$. H. S. $\overline{XXX}$. N.

§. 3. CETERA MVNERA MILITARIA.

3471. IMP. CAES. M. AVRELIO ‖ ANTONINO AVG. SEVERI ‖ AVG. FILIO. PARTH. MAX ‖ TRIB. POT. $\overline{VIII}$. COS. $\overline{II}$ ‖ COH. $\overline{I}$. VIG. ANTONINIANA ‖ CN. RVSTIVS RVFINVS. PRAEF. VIG ‖ TI. CLAVDIVS MARCELLINVS ‖ TRIB ‖ C. IVLIVS INGENVVS 7 ‖ C. VALERIVS VICTOR 7 ‖ C. IVLIVS QVINTINVS 7 ‖ C. MANCILIVS IVVENIS 7 ‖ C. CAECILIVS SEVERVS 7 ‖ T. FLAVIVS INGENVVS 7 ‖ M. AVRELIVS FLORIANVS 7 ‖ CVM COMMANVCVLIS ‖ SVIS. *a latere sinistro:* DEDIC... KAL.... ‖ ....MP. ANTONINO AVG. $\overline{II}$. ET .... ‖ COS.[1])

7[2]) INGENVI ‖
Q.[3]) VALERI OPTATE
AQ. IVLI IVLIANE
OPT. RVTILI CLEMENS
TES. CASSI PRIMITIVE
B. T. LABERI CELER
ST. CAMERI BASSE
OC. AL. FADONI SATVRNIN
IVLI SATVRNINE
MARI FELIX
TR. VALERI EXPERITE
(*alia nomina XVII., quibus nihil praefigitur.*)
ST. AVRELI CARE
(*alia nomina gregariorum militum* CXIII.)
7. VICTORIS. 7. QVINTINI
BS. MESSORI VICTOR ...

OP. „	... „
VEX. „	... „
TES. „	TESS. „
BT. „	OPT. „
VC. „	VEX. „
ST. „	EMER. „
BT. „	EMER. „
BP. „	B. TR. „
EX. PR. „	VIC. „
	EM. „
(*Praeterea nomina* LXXXIX.)	ST. (*Praeterea nomina* LIX.)

7 IVVENIS.
PBR. MARCANE FORTVNATIANE
CQ. CET.
VEX. „
OP. „
IM. „
AQ. „
EM. „
BS. „
TES. „
S. „
ST. „
C. T. „
SM. „
ST. „
EM. „ (*Praeterea nomina* CLXV. *Reliquae centuriae tres desunt.*) — Romae. Reines. Cl. III. n. 89. p. 338. Spon *Misc.* p. 247. Fabrett. Cl. IV. n. 91. p. 260. Sed correctius ap. Marini *Iscriz. Alb.* p. 200. seqq. Similes tabulas v. ap. Grut. 269, 3. Gori *Etr.* 1. p. 125. et 129. (Murat. 876, 3. 877, 1.)

1) p. Chr. 205., erasum est Getae nomen. 2) Centuria. 3) Quid Q. h. l. sibi velit, expulare nequeo. Fuitne *Quaestionarius?* v. infra. Parum enim probabilis est Marinii coniectura leg. esse AQuilifer. Quomodo enim in una Centuria Aquiliferi duo? — Observandum praeterea, casune factum sit, ut primus semper miles tribus in cohortibus boni ominis nomine sit insignis, Valerius Optatus, Victor, Fortunatianus. In dilectu certe agendo id captabant veteres Romani. Omnia autem horum militum nomina casu vocativo efferuntur, quia marmorarius incidit album illius cohortis, quo in recensu quotidie instituendo utebantur Centuriones, puto. Ceterum notae istae sic erunt interpretandae secundum Marinium: AQuilifer, OPTio, TESserarius, BT. BP. BS. Beneficiarius Tribuni, Praefecti, Subpraefecti. ST. Suboptio Tribuni (nisi potius sit: Secutor Tribuni, vel etiam Singularis Tribuni.) OC. Optio Cornicularii, VEXillarius, EX. PR. Exceptor Praefecti, EMeritus, IMmunis, C. Cornicularius. CT. Cornicularius Tribuni, VICarius. VC. fortasse Vicarius Cornicularii; TR., quod Marinius haud explicat, mihi videtur Triplaris; in CQ. latet fortasse Candidatus. SM. (an Medicus?) PBR. (?) S. (Suboptio?) — Ceterum vides, his in muneribus militaribus ter cum varietate aliqua repetitis, eundem ordinem minime servari. Variat item Ioannes Lydus *de Mag. R. P. R.* C. 46. p. 80. Ad Cohortes Vigilum hic quoque lapis pertinet:

3472. SEX. NAEVIVS RVFVS ‖ MILES COH. VII. VIG.[1] SAGARIVS ‖ VIXIT ANN. LVIII. M. VIII. — Romae. Reines. VIII. 71. Fabrett. p. 265, 105.

1) Cohortes Vigilum septem fuerunt, (ut tertio p. Chr. seculo constat ex Paulo I. C. in l. *num salutem* D. *de Off. Praef. Vigil.*) septem unaquaeque centuriarum. v. Fabrett. p. 259—266., contra Nardinum *Roma antica.* L. 3. C. 7. T. 1. p. 219. ed. Nibby, qui triginta octo fuisse contendebat ex Victore perperam intellecto. Eaedem circa portas et muros dispositae erant in excubitoriis XIV.

3473. In aliis huiuscemodi inscriptionibus militaribus editis a Marinio *Atti* 1. p. 324. seqq. haec in primis munerum nomina reperiuntur: SP (*Subpraefectus*) — COR(*nicularius*) — SIGN*ifer*. — EVOCEX-SIG. (*Evocatus, Ex signifero*) — MES. *mensor*. TVB(*icen*) EVOC B. (*Evocatus Beneficiarius*) etc. In his quidem militum nomina primo easu efferuntur, et quum patria uniuscuiusque nomini subiungatur, habent quaedam Geographiam illustrantia. v. Marini p. 328.

3474. Reiiciendi omnino sunt, quos agnoscunt Reinesius p. 554. et eo auctore Fabrett. p. 232. *Eranistae Legionum:* etenim marmora in quibus leguntur vel subdititia sunt, ut Fabrett. 181, 378. Gud. 146, 5., vel misere corrupta, ita ut legendum sit vel VETERAN*us*, vel HER*es*, vel denique PR. Cfr. Grut. 528, 1. 541, 11. 548, 5. 570, 8.

3475. Reinesianis istis Eranistis explosis, amovendi una sunt Velites Muratoriani. 847, 7.:

L. RICCIVS L. F. VEL. PESSINVNTE. ANN. LX. VEL. MARCIA MAXIMA VXOR ‖ L. RICCIVS L. F. VALENS ‖ L. RICCIVS L. F. GALLVS ‖ RICCIA L. BVLLA. H. SS. L ‖ ATILIVS L. F. VEL. VETER ‖ LEG. VII. AVVNCVLO SVO ‖ POSVIT ET SIBI. — Ad Ciflneh in insula Naronis fluvii, ex Donio, (scil. p. 259, 128., ex schedis Vaticanis.) Velites igitur hic reperiebat Muratorius. „Attamen, inquit, ut alibi monui, in lapidibus eorum mentio occurrere minime consuevit. Habes heic tres, ut opinor, Velites, inter quos unus Veteranus. Siglas H. SS. L. exponere mihi liceat *Hoc siti sunt loco*." — Longe vero rectius de hoc saxo disputat Hagenbvchivs in inedita ad Gorium epistola (III. Kal. April. 1735.) „VEL*inam* tribum (ita enim accipiendum istud VEL) quid, quaeso, repetit versu statim secundo? Etsi non ignoro, lapides antiquos non ea audacia esse corrigendos, qua membranas, ac Reinesium, doctissimum alias lapidum expositorem, non raro temeritatis nimiae notam merito incucurrisse agnosco, ausim tamen alterum illud VEL. corruptum ab exscriptore pronuntiare; sique patiaris, legam: *L. Riccius L. F. Vel. Pessinunte. Ann* LXV. ET *Marcia* etc., quae in lapide, ut solet, cohaerebant LXVET, descriptori facile LX. VEL. visa sunt: inter mariti et uxoris nomina ET sexcenties et interponi et omitti solet. Versu 6. *Riccia* L. F. *Bulla*, immisso F. legendum videtur. H. S. S. accipio *Hic siti sunt.* Ita L. versum 6. claudens erit praenomen L. ATILIVS. L. F. VEL*ina*.

5476. In marmore votivo *Turmae* pro salute, itu, reditu et victoria Severi, Caracallae (Getae, cuius nomen, ut solet, erasum est) et Iuliae Domnae ab exped. Parthica a. p. Chr. 200. ap. Mur. 547, 2. inter equitum nomina XXVIII. inveniuntur decurio, duplarius, sesquiplarius, signifer, armamentarius, s. potius armorum custos (ARM. Mur. 351, 1. ARMCV. 789, 3. C. A.) curator, librarius, beneficiarii duo. Memoratur item *Genius Turmae*.

5477. D. M. S ‖ C. SALLVSTĪ ‖ MARTIALIS ‖ MIL. COH. X̄. VRB ‖ 7 TESTĪ. AQ.[1]) PRAET. VRBIS[2]) ‖ VIX. ANN. XXVIIII ‖ MILITAVIT ANN. X̄ ‖ ADAVCTVS LIB ‖ PATRONO OPTIMO FEC ‖ H. S. E. — Romae. Grut. 560, 1.

1) Aquilifero, Sallustio; potius quem Aquiliferi Testii. 2) Praeterii urbis.

5478. D. M ‖ ET MEMORIAE AETERNAE ‖ SOLEMNIO FIDO MILIT. LEG. Ī. MINERVIAE. IMAGINIFERO ‖ MATVRINIA VICTORINA CON‖IVGI CARISSIMO PONENDVM ‖ CVRAVIT. ET SVB ASCIA DEDICA‖VIT. — Lugduni. Grut. 562, 1. Spon *Lyon.* p. 43.

5479. HERCLI SAXA‖NO. GEMELL‖VS IMGINIF ‖ COH.... ASTV‖RVM PFDET ‖ VEXIL. S COH[1]) ‖ EIVSDEM ‖ V. S LLM. — Antonaci (Andernach) 1775. — de Huepsch *Epigrammatogr.* p. 5, 7.

1) An *Piae Fidelis Dedicavit et Vexillatio Cohortis?*

5480. C. VIRRIVS IVCVNDVS ‖ VEXIL. COH. ĪĪ. VIG ‖ 7. VISERTĪ. LATINI ‖ MILIT. ANN. VĪ. MEN. VII ‖ DIES XVIIII ‖ IN EIS TESSERAR. OPTIO ‖ VEXILLARIVS[1]) ‖ VIX. ANN. XXVII ‖ ARAM CVM BASE SVA ‖ T. P. I ‖ ARBITRATV LVCILIAE LACAENAE ‖ ET C. VIRRĪ. IVCVNDI F. — Pisis. Grut. 569, 1. Gori *Etr.* 2. p. 26., cuius typum do.

1) vides Vexillarium et Optioni et Tesserario superiorem fuisse in militia. Vexillarius igitur inter pedites. Signifer contra turmae quoque ap. Grut. 569, 7.

5481. D. M ‖ P. AEL. BASSO. ARM. CVST. - - T. FL. MARCELLIVS SIGNIFER H̄.[1]) ET ‖ AVRELIVS QVINTVS DVP SECH[2]) MVNICIPI ‖ ET AMICO. B. M. F. C. — Romae. Mur. 774, 3.

1) Signifer, heres. Hagens. (Mur. Signifer hastatorum.) 2) Secundus heres. Hagens. Mss. Duplarii dicuntur etiam Milites duplaris armaturae. ib. 4. *Veteranus armorum custos.* Mur. 45, 2.

5482. L. SENTIVS L. F. OVF ‖ NIGER. SIGNIF. LEG.[1]) IIII ‖ SCYTHICAE. HIC NATVS ‖ HIC SITVS EST ‖ M. SENTIVS L. F. OVF ‖ MACER. VETERAN. LEG ‖ IIII. SCYTHICAE. SIBI. ET ‖ FRATRI. V. F. — Morasenii, pago Insubriae. Grut. 561, 2.

1) Qui hic et ibid. 10. *Signifer legionis*, accuratius *Signifer Cohortis* dicitur v. c. Grut. 561, 9.:

5483. D. M ‖ SEX. COSSVTIO ‖ SEX. FIL. QVIRIN ‖ PRIMO. EMERITO ‖ EX COHO. XIII. VRB ‖ T. SILIVS HOSPES ‖ SIGNIFER COH. EIVS‖DEM. AMICO POSVIT. — Lugduni. Grut. 539, 4. et 561, 9. Spon *Lyon.* p. 192. *Signiferum turmae* habes in lap. mutilo Grut. 571, 9., et in alio mutilo ap. Gor. *Etr.* 1. p. 52. *Ex Equitibus Singularibus Signif.*

5484. D. M ‖ C. SENILIO PERVINC ‖ VETER. EXSIGNIFERO ‖ LEG. III. ITALICAE ‖ SENILIO IMPETRAT... ‖ AVREL. SABINIANVS ‖ INGENVI. HERES. FECIT. — Augustae Vindelicorum. Grut. 1159, 14., correctius apud Raiser *Augsburg*. p. 59.

5485. D. M. S ‖ LONGINI VICTORIS VET. AVG. N. QVI ‖ VIXIT ANN. XXV. DIES XIII. MIL. ANN. XVIII ‖ DVPLARIVS. ADIVTOR SIGNORVM [1] ‖ NATVS PANNONIAE SVPERIORAE (*sic*) ‖ FECIT LONGINIVS EVPREPES ‖ LIBERTVS PATRONO BENEMERENTI ET ‖ LIBERTIS LIBERTAB. POSTERISQ. EORVM ‖ NE DE NOMINE EORVM EXEAT H. M. H. N ‖ SEQVETVR. SINE DOLO MALO. EXTERVM.[2] (*asciae figura*) — Romae. Mur. 830, 4.

1) *Adiutor Signorum* in militia Romana nunc primum innotescit. Mur. 2) eou est *exterûm* pro *exterorum*, ut Mur. Ind. XV. accepit. Marmorarius vocem *exterum*, versu penultimo post *Heredem* omissum, versu ultimo demum adiecit. Hagenb. *Mss.*

5486. L. PETRONIVM ‖ VERVM LEG. AVG ‖ PR. PR.[1] C. MV.[2] COS ‖ DESIG.[3] TI.....VS ‖ SELEVCVS ET SEPTI‖MIVS VALERIANVS ‖ B. B.[4] CORNICVLARI ‖ EIVS. PRAESIDE ‖ SANCTISSIMVM ‖ H. C.[5] — In Graecia alicubi. (s. potius Ancyrae Galatiae, nam Douziaca Gruteri saxa ad Ancyram fere pertinent. v. Hagenb. *Ep. Epigr.* p. 32.) Grut. 450, 6.

1) Est Legatus Augusti Propraetore, militaris, ut Grut. 51, 1. *Leg. Aug. PR. PR. Leg. III. Ital.* Hagenb. l. l. 2) *Censorem municipalem* perperam explicabant; longe praestat Hagenb.: *Clarissimae Memoriae Virum*. 3) in fastis non reperitur, ne apud Marinium quidem. 4) Beneficiarii. 5) *Hic Consecraverunt.* malim ex Murat. 1564, 11., quam quod Hagenbuchio placet, *Heroëm Consecrarunt*. Potes etiam explicare: *hic condiderunt* ex Grut. 830, 1. L. STATIVS - INGENVAM MATREM SVAM HIC CONDIDIT.

5487. IMP. CAES ‖ M. AVR. ANTONINO ‖ PIO. FELICI. AVGVST ‖ PART. MAX. BRITT. MAX ‖ PONTIF. MAX. TRIB. POT ‖ XVI. IMP. II. COS. III. DESIG ‖ IIII. P. P. PRO. COS ‖ CORNICVLARI ‖ COMMENTARIENS ‖ SPECVLATORES ‖ LEGIONVM III ‖ ANTONINIANAR ‖ P. S. DEVOTISSIMI ‖ NVMINI EIVS. — Carnunti. Seel *die Mithrageheimnisse. Aarau* 1823. p. 323. (omissis eorum nominibus, qui titulum hunc dedicaverunt.)

5488. Q. ALBIO Q. F. HOR. ILLICI[1] ‖ 7. LEG. XX. V. V[2] ‖ CORNICVLARIO PR. PR[3] ‖ DONIS DONATO AB DIVO ‖ TRAIANO AVG ‖ TORQVIBVS. ARMILLIS ‖ PHALERIS. BELLO PARTHICO. ET AB ‖ IMP. CAESARE TRAIANO ‖ HADRIANO. AVG. HASTA PVRA ‖ ET CORONA AVREA ‖ AVILLIA SOTERIS. MATER ‖ FILIO OPTIMO. PIENTISSIMO ‖ L. D. D. D. — In civitate Castellana. Grut. 350, 1.

1) *Felici* ex Gorii *Mss. Walch. Xen.* p. 115. 2) Valentis Victricis. 3) Praefecti Praetorio.

5489. T. FLAVIO T. F ‖ PVP. RVFO ‖ MILITI COH. XII. VRB ‖ ET COH. IIII PR ‖ ORDINATO ARCHITEC ‖ TESSERARIO IN 7[1] ‖ B.[2] PRAEFECTOR. PRAETOR ‖ CORNICVLAR. PRAEF.

ANNO [3]) ‖ 7 LEG. XIIII. GEM. ET XI. CL. ET ‖ II. AVG. ET VII. GEM ‖ VLPIA PIENTISSIMA SOROR ET ‖ AELIA SECVNDINA HEREDES ‖ EX TESTAMENTO FACIEND. CVRAV. — Classe prope Ravennam. Donati 2. p. 285, 6.

1) in centuria centurione non nominati. 2) *Beneficiario.* 3) *Praefecti omnonos.*

5490. ATTICO FIRMINO ‖ ET CALLISTRATO ‖ VERNIS B. M ‖ T. FLAVIVS PROCVLVS ‖ SCRIB. SVBCORNICVLLARIVS. — Romae. Grut. 1108, 4.

5491. D. M ‖ L. AEMILI. FLACCI ‖ FR.[1]) LEG. XX. V. V ‖ T. SEMPRONIVS ‖ PVDEN. FRVM ‖ LEG. EIVSDEM ‖ AMICO OPTIMO. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 475.

1) Frumentarii.

5492. P. AEL. RVFINVO (*sic*) ‖ FRVM. LEG. VII. CL ‖ HEREDES FECERVNT. — Florentiae. Gor. *Etr.* T. 3. p. 37, 52.

5493. D. M ‖ C. AELI. C. F. GAL. AELIANI SERGO[1]) ‖ LIBERATORIS[2]) ET TESSERAR ‖ COH. II. PR. EVOCATO AVGVST ‖ ITEM LIBERTIS cet. — Mur. 774, 1.

1) corruptum. 2) l. *libratoris.* ib. 2. memoratur *magister ballistariorum.* Tesserarius est etiam ap. Grut. 365, 6.

5494. QVIET. ANIMA. DVLCIS. HABE (*sic*) ‖ D. M. S ‖ FAONIO PATERNO EX. EVOKAT ‖ QVI SE PROBAVIT AN. XVII ‖ MILITAVIT COH. XI. VRB. ANN ‖ XIII. PAVIT[1]) LEG. X. GEM. VIXIT ‖ ANN. LVIIII. M. VNO. DIES. XIIII. FILI ‖ ET HEREDES PATRI INNOCEN‖TISSIMO BENEMERENTI. — Romae. Grut. 541, 2. Vidit Smetius. Spuriam tamen censet Maffeius A. C. L. p. 346. Sine caussa.

1) v. Lipsii *Opp.* T. 3. p. 94. Cod. Theodos. L. 8. T. 4. Leg. 6. ed. Hugo. 1. p. 562., *primipilaribus, qui ad pascendos milites solenniter ad limitem destinantur* cet. Immo iam ap. Suet. *Aug.* 24., *cohortes decimatas - hordeo pavit.* Notandos h. l. etiam *Ex Evocato.* Item illud, Maffeio tam suspectum, *qui se probavit*, firmatur Grut. 542, 9. FVLVIO - PROBATO IN LEG. VI. FERRAT. Cfr. 572, 3.

5495. D. M ‖ C. VAL. IVLIANVS ‖ EVOCATVS AVG. VIX. ANN. XXXVI. M. X. D. XVI ‖ MILITAVIT AN. XVII ‖ M. VIIII. D. XXIIII. EX IVSSO ‖ FEST.[1]) LIB. ET HERES. C ‖ VAL. ALEXANDER PAT‖RONO B. M. F. PROCL. SEP ‖ MAXIMO. CAMPI‖DOC.[2]) COH. VII. PR. SECVN‖DVS HERES B. M. F. — Romae. Grut. 565, 5.

1) an TESTomento? 2) Cohortis doctorem, eundemque postea Campi doctorem habes Grut. 80, 2.

5496. MARTI CAMPESTRI SAC ‖ PRO SAL ‖ IMP. M. AVREL. COMMODI ‖ AVG. ET EQVIT. SING[1]) ‖ T. AVREL. DECIMVS ‖ 7. LEG. VII. G. FEL[2]) ‖ PRAEP. SIMVL. ET ‖ CAMP.[3]) DEDIC. K. MART ‖ MAMERT. ET RVFO COS.[4]) — Tarracone. Grut. 57, 12.

1) Equitum Singolariorum. 2) Geminae felicis. 3) Campidoctor. 4) p. Chr. 182. Ceterum pro MARTI Keislerus *Antt. Sept.* p. 422., malebat: *Matri.* Cfr. Murat. 827, 4. Attamen alias semper exstat *Matribus*, non *Matri*, isto quidem v. significatu.

3497. D. M ‖ T. FLAVIO ‖ EXPEDITO ‖ DOCTORI ‖ SAGITTAR ‖ FLAVIA ‖ EVFROSINE ‖ ET ‖ ATTICA ‖ FILIAE ‖ PATRI ‖ B. M. — In Hispania in Regio Museo S. Ildefonsi. Spon *Misc.* p. 256, 1. (qui Romae ponit.) Donati 2. p. 286, 1.

3498. D. M ‖ C. CESENNIO SE‖NECIONI. C.[1]) CHOR. II ‖ PR. P. V.[2]) EXERCITATORI ‖ EQVITVM PR.[3]) FECIT. C. CE‖SENNIVS DIONYSIVS LIVE‖RTVS (*sic*) ET HERES .... ENTECOTIC ... BRITY‖ANIA. — Romae. Don. p. 238, 49., ubi v. Gorium. Mur. 805, 1.

1) Centurioni. Raro, vel nunquam per literam *C.* signatur. 2) Vera interpretatio est: *Praetoriae Piae Vindicis.* 3) Praetorianorum. Cfr. Grut. 1102, 4. Sic EXER. TR. ap. Don. 224, 11., quod Gorius male interpretatur: *Exercitator Trierarchorum,* quum sit: *Exercitator Trieris;* dummodo sincera sit lectio. Cfr. Mur. 865, 1., qui habet EXEHERE. v. mox in §. *de militia navali.* — Mur. 349, 2., 77. EXERCIT. et 351, 1. 777. EXERCIT. explicandi sunt *Centuriones* (duo et tres) *iidemque Exercitatores*, ut h. l. idem Cesennius Centurio et Exercitator. Hagenb. Murat. male *Centuriones exercitus.* Cfr. Marini *Atti* 1. p. 300.

3499. M. ACCIO ‖ M. F. OVF. PRIMIGENIO ‖ EXERCITATORI EQVITVM ‖ LEG. XVI. VV.[1]) 7. LEG ‖ XII AVG. ITEM 7. COTT[2]) (*sic*) VIII ‖ VIGILVM. EMERITO AVG.[3]) VIX ‖ ANNIS LXXXIII. M. X. D. II ‖ L. ACCIVS SILVANVS PATRI ‖ B. M. ET GAVIA CRISPINA ‖ CONIVGI DVLCISSIMO F. C. — Romae. Zachariae *Excurs.* p. 363.

1) Leg. XVI. vix alibi cognominatur *Valens Victrix;* neque nota aliunde Leg. XII. Augusta. 2) *Cohortis.* 3) Sic etiam apud Grut. 528, 2. Mur. 794, 7.

3500. V. F ‖ C. VIRIVS ‖ SABINVS ‖ VETERANVS ‖ ARMOR. CVSTOS ‖ LEG. XIV. GEM. MART. VICT ‖ D. M. — Comi. Bianchi *Marm. Crem.* p. CXIX. Mur. 1277, 7.

3501. Inter officia militaria haec habet Sponius *Misc.* p. 253.: — EX ARMAMENTARIO AVGVSTOR. BALTEARIVS.

3502. D. M ‖ IVLIO FL‖AVIANO CO‖M. L. VII. G. F ‖ QVAESTION‖ARIO. AM‖ICO CARISSI‖MO HEREN‖NIVS ROGATVS. — Tarracone. Grut. 545, 6. Suspecta erat Maffeio A. C. L. p. 347. Sed rarius quoque illud: COM. LEG. VII. GEMINAE FELICIS, commode explicari potest ex usu temporum posteriorum: *Comiti* s. *Comito* Legionis. v. supra. N. 3446. *Quaestionarius* autem satis defenditur ex Grut. 513, 6.:

3503. Q. GAVIVS. Q. F ‖ ARN. CLEMENS ‖ CLVSII. EVOK ‖ AVG ‖ A. QVESTIONIBVS. — Clusii. Cfr. et Grut. 431, 9., quod supra dedimus N. 3462.

3504. M. VLPIO MATVRO SIGNIF[1]) ‖ TVR. SERENI. EQ. SING. IMP ‖ N. NAT. NORICVS. COL. C ‖ VIRVNO[2]) ‖ VIX ANN. XXXVIIII ‖ MIL. ANN. XXIII. AVR ‖ MESSOR. SIGNIF. HER. ET ‖ AVR. NOVELLVS ARMORVM CVSTOS. SECVS.[3]) HER. ET ‖ VLP. AELIVS LIBERTVS ‖ EIVS AMICO ET

MVNICIPI ‖ OPTIMO BENEMERENTI FAC. CVR. — Romae. Grut. 569, 7.

1) nota Signiferam turmae; et cfr. Grut. 569, 9. 2) Claudia Viranum, oppidum Norici. 3) Secundus, ut 529, 3. 541, 10. Gud.

3505. POLYCHRYSO ‖ AVG. LIB ‖ A COPIIS MILITARIB ‖ PARENTI DVLCISSIMO ‖ SER. ASINIVS ‖ PHAINVS. — Romae. Grut. 588, 5. Cfr. 6.

3506. * D. M ‖ TI. CLAVDIVS IVLIANVS ‖ MEDICVS CLINICVS COH. IIII ‖ PR. FECIT VIVOS SIBI ET ‖ TVLLIE EPIGONE CONIVGI ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQ. EORVM ‖ H. M. H. N. S. — Romae. Reines. 611, 7. Spon *Misc.* 145, 16. Est suspecta.

3507. D. M ‖ M. VLPIO C. FIL ‖ SPORO MEDICO ALAR ‖ IN. DIANAE ETHERIAE ‖ ASTORVM[1]) ET SALARARIO ‖ CIVITATI SPLENDIDISSIMAE ‖ FERENTINENSIVM ‖ VLPIVS PROTOGENES ‖ LIB. PAT. B. M. F. — Viterbi. Mur. 1016, 5.

1) Ab hoc lectionis monstro emendando abstinent etiam Hagenbuchius. Sed felicissime Hultmann *Misc. Epigr.* p. 415.: *Medico Alorum Indianae et tertiae Asturum et salariario civitatis.*

3508. D. M ‖ L. CAELI ARRIANI ‖ MEDICO LEGIONIS ‖ II. ITALIC. QVI VIX. ANN ‖ XXXXVIIII. MENSIS VII ‖ SCRIBONIA FAVSTINA ‖ COIVGI KARISSIMO. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 120, 4.

3509. M. POMPEIO. M. F. ANI.[1]) ASPRO ‖ 7. LEG XV APOLLINAR. 7. COH. III PR ‖ PRIMOP. LEG. III CYREN. PRAEF. CASTR ‖ LEG. XX VICTR ‖ ATIMETVS. LIB. PVLLARIVS FECIT ET SIBI ET.

M. POMPEIO M. F.	ET CINCIAE
COL.[2]) ASPRO	SATVRNINAE
FILIO SVO ET	VXORI SVAE

M. POMPEIO M. F. COL. ASPRO. FILIO MINORI. — Romae. Grut. 557, 6. Marini *Iscr. Alb* p. 120. Lapis maxime memorabilis ob figuras insignium COH. III. PR., Aquilae legionariae, et caveae pullariae in eo sculptas.

1) Aniensi tribu. Ceterum Noris *Ep. consul.* T. XI. *Thes. Graev.* p. 468., recte notat Panvinium, ex hoc Aspro, homine tantum militari, inepte facientem Asprum Cos. a. p. Chr. 212. 2) Collina tribu.

3510. D. M ‖ VICTORINI ‖ LONGINI EQ. AL. II ‖ FL. SING. CL. LATINVS ‖ AEDITVVS SINGVLARIVM H. F. C.[1]) — Augustae Vindelic. Murat. Vol. IV. p. 5, 1. Gercken *Reisen* 1. p. 273. Raiser *Augsburg.* p. 61. v. Io. Gottfr. Richteri *Exegesin Inscript. antiq. in Agro Augustano repertae.* Lips. 1739. 4., qui interpretatus est de optione s. custode armamentarii Alae II. Singularium. Vide tamen, ne, si sincera omnino est lectio, revera sit Aeditnus Genii Alae II., signorumque eiusdem Alae, ararumque temporariarum Genio illi erecta-

rum. Obscura res est, quum tales Aeditui militares nusquam alibi memorentur.

1) Heres faciundam curavit.

3511. I. O. M. CONSERVATORI ‖ TERTINIVS VITALIS MIL ‖ LEG. XXX. V. V.[1]) SALIB. PRAEF ‖ PRO SE ET SVIS V. S. L. M ‖ VI. KAL. MAIAS. LVPO ET ‖ MAXIMO COS.[2]) — Clivae. Fabrett. p. 676, 27. Keysler *Antiqq.* p. 441. Donati 1. p. 180, 1., ubi male coaluit cum alio saxo.

1) Valentis Victricis. 2) p. Chr. 232.

3512. IVL. VALERIAN. MIL. 7.[1]) XX ‖ BRITANNIC. BEN ‖ AVG. MILITAVIT ANN ‖ X. MENS. VII. DIES XXV ‖ VIXIT ANN. XXXI. MENS. V ‖ D. XXVI. IVLIA. IVL ‖ FILIO SANCTISSIMO ‖ FATIS.[2]) ET SIBI. VIVA. — Nemausi. Grut. 548, 4. Reines. p. 530, 47.

1) Legione. h. l. 2) ita Grut., quod cavillandi hoc saxum ansam praebuit Maffeio A. C. L. p. 347. *Iuliam*, inquit, *fatis et sibi vivam Nemauso reddamus*, *una cum Centuria Vigesima* (notam 7. intelligit.) Sed literae sunt evanidae utrobique in typo Reines.; ita, ut facile L. confundi potuerit cum 7. Pro FATIS Reines. habet — TATIS.; quod ipse optime explet ex alio suo Nemausensi Cl. VI. 60. *Pietatis* sc. causa.

3513. D. M ‖ FVLVIO ATRATI‖NO EX PROVINCIA ‖ BAETICA. ALICENSI ‖ PROBATO[1]) IN LEG ‖ VI. FERRAT. TRANS‖LATO FRVM ‖ IN LEG. VII. G. P. F ‖ FACTORE.[2]) COS ‖ MILITAVIT ANN ‖ XXI. VIXIT. ANN ‖ XXXX. FVL. CORNE‖LIANVS LIB. PATR ‖ B. ME. FEC. — Tarracone. Grut. 542, 9. Haec quoque sine causa suspecta erat Maffeio A. C. L. p. 347.

1) v. Grut. 541, 2. 542, 9. 572, 5. 2) v. Rein. *ad Rup.* p. 238. et ad Bos. p. 39., cuius *factor* (a quo haeserat etiam Maff.) idem qui *actor* mihi non probatur. Emendo FACTO. BF. (beneficiario) COS. *Facto* vulgo omitti solitum hic praetermissum τῷ BF. COS., quia duo partic. praecessera: *probato* et *translato*. Hagenb. Mss. *Relatus in Proctor*. Grut. 543, 1.

3514. * D. M ‖ CN. NVMERIO CN. F. TROM ‖ VALENTI ‖ VETERANO LEG. X. GEM ‖ VIX. AN. XLVII ‖ M. VI. Ɔ. XXI ‖ MIL. AN. VI. NAT. TOME ‖ P. SEPTIMIVS P. F. FABIA CRI‖SPINIANVS OPT. TRIB. ET ‖ CANDIDATVS LEG.[1]) EIVSDEM ‖ AMIC. OPTIMO. B. M. P. — Romae. Mur. 837, 9. Est suspecta.

1) de Candidatis Legionum v. Suet. *Ner.* 15. Amm. Marc. 15, 5.

3515. ...AOIZ DI.....[1])
...... SEP. CARPIA
...CAN.[2]) SEP. STATILIA —
..S. CAN. SEP. CASTVS.
.. IN. DVP SEP. CELSVS CAN
.. IAN. DVP SEP. NEPOS CAN
..ARIVS. SECR[3]) SEP. NEPOS CAN.
..MVS. VETR. CL. ALEXANDE BF. COS.[4])
.... CAN .... — Nagy-Enged. Sestini *Viaggio* p. 114.

1) Haec corrupta. 2) Candidatus. Veget. 2, 7. *Candidati duplares, candidati simplares. Hi sunt* (cum aliis) *milites principales, qui privilegiis muniuntur.*

3) *Secretarius* Sestini. Mihi est *Secutor*, ut VETR. Veteranus. 4) Beneficiarius Consulis. Fit interdum, ut ab imperitis beneficiarii isti consulum transformentur in consules Romanos; cuius rei lepidum exstat exemplum in *Antiquarius des Neckarstroms. Frankfurt* 1781. T. 1. p. 131.:

I. O. M ‖ ET. IVNONI REGINAE ‖ C. FABIVS GERMANVS ‖ B. CONS. PRO. SE. ET. SVIS ‖ V. S. L. L. M. — In monte S. Michaëlis. — ubi pro *B. CONS.* leg. est *B. COS.*

3516. D. M ‖ M. ANTONI. M. F. FAB ‖ PHOEBI MIL. COH. XIV ‖ VRB. 7. PERENNIS. STIPENDIO‖RVM IIII. SECVTOR. TRIBVNI. VIX ‖ ANN. XX. M. VI. DIEB. XX. H. III ‖ EPIDECTVS ET PHOEBE PARENT ‖ INFELICISSIMI FECERVNT. — Romae. Grut. 521, 8. Fabrett. p. 131, 66.

3517. D. M ‖ M. SIL. ROMVLIANVS ‖ MIL. COH. VII. PR. Ɔ. VICTORIS ‖ SECVTOR TRIB [1] ‖ VIXIT ANN. XXVII. MIL. ANN. VI ‖ VETTONIVS PROCVLVS ‖ ADIVTOR CORNICVL [2] ‖ CONTVBERNAL. BENE‖MERENTI. — Romae. Grut. 561, 11.

1) v. Reines. p. 1025. 2) vide *Add.* Holth. ad Grut. 467, 6.

3518. C. FABIVS C. F. SER. CRISPVS ‖ CARTAG. SPECVL. COH. VI. PR ‖ 7. FLAGERI. MIL. ANN. XIII ‖ VIX AN. XXXII. HERES EX ‖ VOLVNT. P. — Romae. Grut. 540, 10.

3519. DIS MANIBVS SACR ‖ M. AVRELIVS M. AVR. L ‖ CRESTVS LITICEN. LEG. III ‖ PARTHIC. FECIT SIBI ‖ ET SVIS LIBERTIS. — Romae. Mur. 794, 4. Cfr. 798, 1.

3520. D. M ‖ M. F. IANVARIVS DOMO LAVDICIA [1] ‖ EX SVRIA. CORNICE [2] ‖ EX. COH. II. PR. 7. APPI ‖ VIX. ANN. XXXXII. MIL.... — Romae. Donati 2. p. 271, 7.

1) *Laodicea ex Syria.* 2) *cornicen.*

3521. D. M ‖ AVR. SALVIANVS ‖ TVB. [1] LEG. XI. CL ‖ QVI. MILITAVIT ‖ ANNOS XIIII. VI‖XIT ANNOS. XXXVI. — Kherson. Bulletin *des sciences. Juillet* 1825. p. 25.

1) tubicen.

3522. C. SALLIO MATERN. BVCINATORI LEG. V ‖ ALAVDAE. C. SALLIO ARCINIO CAESAR. N. TVBIC ‖ C. SALLIO SVESSALA N. [1] PRIMIONI CORNICVLAR ‖ LEG. III. AVG. C. SALLIO CAPONIO CORNIC ‖ OLL. IIII ‖ SALLIA FORTVNAT. PARENT. INFELICISS ‖ FEC. — Romae. Grut. 559, 7.

1) *Suessula* Mss. Pigh. satis probabiliter. Hinc explica etiam illud *Caesar. N.* Caesareâ natione, s. nato. Quid enim *Caesaris nostri tubicen?* Hagenb. Mss. Ceterum *Cornicen* in fragm. Grut. 571, 8. ut supra N. 3520.

3523. D. M ‖ PRIMVLAE COMITIL‖LAE QVAE VIXIT ‖ ANNIS XX. CIVES ‖ (*sic*) MEDIOMATRICA [1] ‖ MATERNIVS NEM‖AVSVS. STRATOR ‖ COS. ET LVCIVS LV‖CINVS. MENSOR FRVMENTI NVMER. [2] — Moguntiae. Grut. 651, 8., correctius apud Fuchs *Gesch. v. Mainz.* T. 1. p. 191.

1) Sic *Civis Trevera* Grut. 13, 5. 2) numerorum. Cfr. Fabrett. *Col. Tr.* p. 35.

3524. D. M ‖ L. ACCI. TERTVLLI S... ‖ STATORIS AVG.. ATTI ‖ VIXIT ANN. X .... M. VIIII ‖ MIL. AN. IX .... ITEM ‖ L. ACCI TERTVLLI ‖ ACCIA LVCR... MATER FIL. PIEN ‖ FECIT. L. MVNATIVS ‖ ...., LARVS STATOR AVG ‖ HER. FIDVC.[1]) F. C. — Romae. Oderic. p. 191, 16.

1) heredum fiduciariorum rarissima fit mentio in saxis.

3525. *Equites singulares*, *Imperatoris*, *Augusti*, *Caesaris*, *Domini nostri*, qui, ut constat ex Hygini *Gromatico* p. 4. et 8., gradum militiae constituebant Praetorianae proximum, tum munere custodiae, tum praetenturae vicinia, saepissime memorantur. v. Fabrett. p. 354., et iam sub Augusto instituti fuerunt:

M. AVRELIVS M. F ‖ CELSVS ‖ PR. LEG. II. AVG. C....... ‖ OMNIB. EXPEDIT. ET ‖ HONORIB. PERFVNCTO ‖ DONIS DONATVS AB ‖ IMP. CAES. AVG ‖ BELL. ACT. SICIL. ET HISP ‖ TORQ. ARMIL. ET PHAL ‖ IIII .... ‖ L. AVRELIVS CELSVS ‖ EQ. SING. AVG ‖ PATRI B. M. P ‖ MIL. ANN. XVI. VIX ANN ‖ XXXXI. M. VI. D. III. — Romae. Grut. 371, 4.

3526. D. M ‖ T. AVR. DEXTRO ‖ EQ. SING. AVG. TVR.[1]) AEL ‖ MAXIMI. NAT. DACVS ‖ V. A. XXXVI. MIL.. A. XVI ‖ P. AEL. MAXIMVS DEC. H.[2]) ‖ ET T. AVR. DEXTER SECVNDVS ‖ H.[3]) F. C. — Romae. Mur. p. 797, 2., correctius apud Marini *Iscriz. Alb.* p. 68., quem vide.

1) *turma*. 2) *Decurio*, *heres*. 3) iunge: *secundus heres*. Alias Equitum singularium inscriptt. collegit Marinius ib. p. 70., in quibus notanda sequens propter *castra priora*, quibus alibi (v. Fabrett. p. 388.) opponuntur *castra nova*:

3527. D. M ‖ AVRELIVS VITORINVS (*sic*) ‖ EQVES. SINGVLARI. D. N ‖ CASTRIS PRIORIBVS. TVRMA ‖ SABINIANI. INMVNIS TVR. NATIIONE DAQVS. DOMVM COLON ‖ ZERMIEGETE.[1]) VIX. ANNOS XXXV ‖ MILITAVIT ANOS XI. AVREL ‖ .... .ONGINVS PAGANVS ET MA ‖... PIENTISSIM. — Romae.

1) Sarmizegetusa.

3528. D. M ‖ T. TERTINIVS MARCIANVS ‖ DEC. EQ. SING. IMP. N ‖ NATVS IN GER. SVP. MIL. AN. XIIII. VIXIT AN. XXXII ‖ IVL. IVLIANVS. DEC ‖ MVNICEPS. ET HERENS (*sic*) ‖ A. O. F. C.[1]) — Romae. Oderic. p. 311.

1) *amico optimo faciund. curavit.*

3529. D. M ‖ Q. CAECILIO Q. F ‖ MAECIA ‖ MAXIMO NEAPOLI ‖ MIL. COH. VII. PR ‖ SINGVLARI TRIBVNI. — Cervignani. Mur. 800, 8. „De Equite singulari h. l. cogitandum non est: cfr. Grut. 393, 5.: — MIL. COH. II. PR. SING. TRIB. SPE. BENEFICIARIVS. Hi peditea potius videntur fuisse, neque tamen gregarii, sed quoddam immunium genus, proximi a beneficiariis." Hagenb. Man.

Gruteri saxum, ad quod provocat Hagenb., sic habet (393, 5.):

3530. C. COELIO ANICETO. MIL. COH. II PR. SING ‖ TRIB. SPE. BENEFICIAR.[1]) HVIC ORDO ‖ SANCTISSIMVS DECVR. OB

SPEM ‖ PROCESSVS [1]) EIVS HONOREM DECV‖RIONATVS GRATVITVM OBTVLIT ‖ QVI VIXIT ANN. XXIIII. M. V. D. II ‖ COELIA PRIMA MATER FILIO ‖ DVLCISSIMO. SIMVL NYMPHICVS VOL‖CEAN. ET SIBI FECERVNT. — Buccini Lucaniae.

1) Est igitur: *Singulari* (Tribuni) eidemque *spe beneficiorio* Tribuni. Perperam interpretatus est Hultmann *Misc. epigr.* p. 347.: *Cohortis Praetoriae Singularium, Tribuno Speculatorum, Beneficiario.* v. infra p. 128. 2) Cfr. Iuvenal. *Sat.* 1, 39.

3531. D. M ‖ SEPTIMIO CAESER‖NO DVPLARIO ‖ LEG. I. AD. STIP. XX ‖ VIXIT AN. XL ‖ CAESERN. SABINI‖ANVS SIG. [1]) LEG. I. AD.. F. C. — Budae. Sestini *Viaggio* p. 281.

1) Signifer.

3532. D. M ‖ Q. POMPONIO VERO ‖ AEQ. III. P. L. AVREL. A [1]) ‖ F. [2]) ABVCIVS PIVS. NAT ‖ VIND. COM. [3]) S. B. MER. — Pisauri. Marm. Pisaur. p. 62. CL. Mur. 844, 6.

1) Equiti triplari s. triplario Aureliani Augusti. Singularis inscriptio, quum sesquiplares, qui annonam unam semis accipiebant, et duplares, duplicarii, qui duas, non raro memorentur. v. c. apud Fabrett. p. 394, 272. (correctius, quam ap. Grut. 528, 5.):

3533. D. M ‖ MERCATORI ‖ NAT. RAETO ‖ ANNORVM XIIII ‖ SERVO DE SE ‖ MERENTI ‖ T. AVR. CENTILIS ‖ DVPLICARIVS DOMINVS. — Romae. Cfr. Veget. 2, 7. Hi vero equitibus singularibus Imperatorum minime opponuntur, quae quorumdam fuit opinio.

2) fecit. 3) Comiti.

Pro v. *duplarius*, et *duplicarius* scribitur etiam *dupliciarius:*

3534. A. ARRIVS CHRYSANTIIVS ‖ MARMORARIVS ‖ AVGVSTAL. PVTEOL ‖ DVPPLICIAR. 7. PETRON ‖ VIVVS SIBI. — Marano. Giovenazzi *Aveia* p. 126., quem vide.

3535. Q. VAESIO Q. F. PAL. NIGERIANO ‖ MIL. COH. V. PR. 7. VERI. MILIT ‖ LEG. X. GEMIN. DVPLAR. DIVR ‖ STIPEN. XII [1]) ANN. XVI ‖ VIXIT ANN. LXV. M. VI ‖ L. VAESIVS L. F. PAL. MACER ‖ T. F. C. — Via Salaria. Doni p. 260, 151., ubi vide Gorium. — Bimard *Prol. ad. Mur. Diss.* II. p. 100.

1) Egregie Hagenb. Mss. hoc saxum, Gorio ac Bimardo parum intellectum interpretatus est pro XII legens — X vel simpliciter X. II. i. e.: Duplario diurni stipendii denariorum binorum.

3536. D. M ‖ AVREL. VITAL. TRBEQV [1]) ‖ SING. TVRM. LVPIONIS ‖ NAT. DACVS ALACAM ‖ PACON. [2]) VIX. ANN. XXX ‖ MES. II. DIE. V. MIL. ANN ‖ XII. AVREL. SEVERVS ‖ PROTECT. PR. PR. [3]) B. M. F. — Romae. Marini *Iscr. Alb.* p. 70.

1) i. e. Tribuni Beneficiarii (nisi solito ordine leg. B. TR.) Equitis. 2) (ex) Ala Campanorum. 3) In uno dumtaxat praeter hunc lapide Marinius reperit *Protectorem Praefecti Praetorio.*

3537. D. M ‖ FL. AVRELIVS PROT. DOM‖ESTICVS. QVI VIXIT ANNIS L. M. IIII. D. IIII. AR‖CVTIO LIBERTVS EIVS ‖ POSVIT CONTRA VO‖TVM EIVS BENEMEREN‖TI PATRONO SVO. — Mediolani. Grut. 1025, 5. Mur. 701, 5. Zach. *Exc. lit.*

p. 79. Sic Iovianus postea Imperator *„etiam tum Protector domesticus"* Amm. Marc. 21, 16.

3538. ALCIMACHVS ‖ NERONIS CLAVD ‖ CAISAR. AVG. GER ‖ CORPOR. CVST ‖ DEC. ALBANI ‖ NAT. BATAVS ‖ VIX ANN. XXXV ‖ H. S. E. POSVIT ‖ BATAVVS DEC. MONTANI ‖ HER. EIVS. EX COLL. GER.[1] — In Via Aurelia. Fabrett. p. 687, 98. Don. p. 251, 100. Mur. 523, 5.

1) Germanorum. v. Gorium ad Don. l. l.

3539. TI. CLAVDIVS DIVI CLAVDI LIB. ACTIVS ‖ HONORATVS.[1] CVRATOR GERMANORVM[2] ‖ ET AEDITVVS DIANAE CORNIE.[3] COLLEGIO MAGNO ‖ TRIB.[4] DIVAE AVGVSTAE TRICLAM[5] CVM COLVMNIS ‖ ET MENSIS ET MACERIA S. P. D. D. — Romae. Mur. 119, 1.

1) Honoratus pro nom. proprio potius habet Hagenb., quam pro appellativo coniungendo cum *Curator.* 2) Ita ap. Don p. 299, 129.: PROCVLVS DECVRIO GERMANORVM TI. GERMANICI: utrumque decurionem et curatorem Germanorum custodum corporis, equidem intelligo. (Curatorem Leg. XIII. habes Mur. 844, 1.) Hagenb. vero de servis et libertis Germanicianis cogitat, quorum titulos aliquot sepulcrales exhibet Don. p. 299. Sed Germani differunt a Germanicianis, *Caesaris* Germanici libertis, neque hi post Claudii obitum curatore, puto, opus habuissent omnes iam mortui. 3) Dianae Corniae: ignota. 4) Tribulium. Sed hoc inauditum; unde Hagenb. in Ind. Murat. LIB(*ertorum*) legit. 5) *triclam* pessime Mur. interpretatus est *triclinium*. Cfr. Spon 294, 2., TRICLIAM. Mur. 507, 3., TRICLENA. ib. 1008, 9., TRICHILLA. TRICHILA. v. Pseudo-Virg. *Copam* v. 8. ibiq. Heyn. Denique Ubden in *Wolfs Museum* 1, 3. p. 538.

3540. IMP. CAES. G. VALERIO ‖ DIOCLETIANO PIO ‖ FELICI. INVICTO AVG ‖ PONT. MAX. BRITANNIC ‖ MAX. GERM. MAX. TRIB ‖ POTEST. II. COS. II. PP ‖ PROCOS ‖ HONORATI ET DECVRIONES ‖ ET NVMERVS MILITVM ‖ CALIGATORVM. — Romae. Grut. 279, 3. Fabrett. p. 747, 546., quibus Maffei. *Mus. Ver.* 253, 8., addit, quae a sinistro latere leguntur: CVRA AGENTIBVS ‖ CN. SERGIO MERCVRIO ‖ M. LICINIO PRIVATO ‖ T. CLAVDIO SOSIPOLE ‖ MAGISTRIS. Q. Q. LVSTRI XXIX.

3541. L. CVSONIO L. F ‖ PROCVLO ‖ CL. THESSALONIC ‖ EQ.[1] COH. VIIII. PR ‖ 7 REPERTI ‖ VIX ANN. XXXV. MIL. ANN. XII ‖ EX TESTAMENTO FIERI IVSSIT ‖ L. VALERIVS ORESTINVS ‖ H. F. C. — Romae. Grut. 539, 9.

1) Notandus Eques Cohortis Praetoriae. Vide, sed cum cautione, Reinesii *Inscr.* p. 16. Alius Eques Coh. X. PR. est apud Grut. 548, 3.

3542. VALERIVS LILA SCVTARIVS[1] ‖ NATIONE MAVRVS. PRIMA ‖ CONIVGI SVO DIGNISSIMO ‖ IN PACE. QVI VIXIT ANNOS ‖ XXX. MESES DVOS. — Narniae. Mur. 861, 8.

1) *„Scutarii in militia demum Seculi quarti occurrunt."* Mur.

3543. B. M. IN PACE ‖ FLANIGGO SCVTARIVS ‖ SCOLA TERCIA.[1] QVI ‖ VIX. ANN. L. M. XV[2] ‖ MILITAVIT ANN. VI ‖ COGNATVS[3] DVLCISSIMVS ‖ SORORIO AMANTISSIMO. — Brixiae. Grut. 1052, 11. Fabrett. 222, 588. Mur. 1873, 3.

1) Tres fuerunt Scholae Scutariorum Romae. Sic: *Scutarius ex Schola prima*

Mur. 1895, 3., secundam habet Reines. p. 912, 61., *capita scholarum* Amm. Marc. 25, 10, 8. *Valentinianus* (Imp.) *agens scholam scutariorum secundam.* id. 26. 1, 5. De *Schola Speculatorum* in inscr. Badensi cfr. Schoenvisner *Lacon:e.* p 163. Decurionem Scutariorum habet Oliverius in *Marm. Pisaur.* p. 204., quem vide. 2) f. M. X. *Dies* V. 3) et nunc Italorum *cognato*, *beau-frère*, *Schwager.*

3544. L. GEMINIVS ‖ MAXIMVS ‖ VET. LEGPRADIVTRP. F[1]) ‖ SIBI ET ‖ L. GEMINIO ‖ CASTORI. LIB. — Cremonae. Bianchi *Marm. Crem.* p. CLXXI.

1) id est, veteranus legionis primae adiutricis piae fidelis.

3545. L. SALVIVS C. F ‖ FAB. VEXILLARIVS ‖ VETER. LEG. IIII. SIBI ET POPILIAE T. F ‖ HISPANI. ET CAPIITONI F. ET PRISCAE ‖ F. ET FIRMO F. — Bovarni in agro Brixiano. Grut. 559, 9. Murat. 849, 7. Donati 2. p. 300, 2., cum aliquot διττογραφίαις nullius momenti.

3546. Q. PETRONIVS ‖ Q. ANIENSIS [1]) RVFVS H. S. E ‖ PARVM FELIX ‖ MILITIAE. — Kaiserstein prope Bonnam. Dorow *Denkmäler.* Stuttg. p. 59.

1) f. *Aniensi* tribu.

3547. C. ANINIVS C. F. POM. GALLVS ‖ DOMO ARRETIO. 7. LEG. IIII ‖ SCYTH. MILITAVIT IN ‖ PR. [1]) AN. XVII ‖ EVOC. AN. II ‖ 7. IN LEG. SCYTHIC ‖ AN. XVIIII. VIXIT ‖ AN. LX. MERV. [2]) AN. XXXVIIII ‖ H. S. E. ATIMETVS L ‖ EX TESTAMENTO F. C. — Tiferni. Grut. 520, 3. Mur. 778, 6.

1) v. Fabr. *Col. Tr.* p. 193. 2) *meruit* pro *militavit*, *stipendia fecit* vix alibi reperitur in lapp. nam Grut. 391, 4., incertae est lectionis. Aeque rarum est *armatus annos* .... v. c. in fragm. apud Marini *Atti* 2. p. 630. VIXIT. ANIS LV ARMAtus XXXII. — Item: *fuit stipendiorum trium* ap. Fabrett. p. 139, 139.

§. 4. PATRIA. PECVLIVM. NECESSITVDINES MILITVM. A MILITIIS.

In saxis militaribus patria accuratissime persaepe refertur, v. c.:

3548. D. M ‖ AVR. ABITVS. MIL. COH. X PR ‖ 7. VERANI. VIX. AN. XL. MIL ‖ AN. XIIII. NAT. BESSVS. NAIITVS REG. SERDICA. VIIICO MAGARI. AVR. VICTIIOR ATFINIS ET AVR. MAIIXIMVS ET AVR. ZOLONIIVS ET AVR. ZANTIALA ‖ ET AVR. GAIANVS ‖ HERED. B. M. F. CV. — Neapoli. Grut. 526, 3. Cfr. 527, 7. cet.

3549. M. OREIVS. M. F ‖ PAP. SECVNDVS ‖ BELLVNO. MIL. COH ‖ VI. PR. 7. DEXTRI ‖ MIL. ANN XI ‖ VIX. ANN. XXVII ‖ H. F. C. [1]) — In villa Nariorum. Oderic. p. 196.

1) Heres faciendum curavit. M. Oreius igitur annos natus XVI. iam militaverat.

3550. D. M ‖ MEMORIAE QVONDAM [1]) ‖ Q. NVMITORI FELICIS 7. LEG. I. AD ‖ P. F. VIXIT ANNIS LX. STIP. XL [2]) ‖ AELIA SABINA CONIVGI ‖ PIENTISSIMO F. C. — Vacii. Sestini *Viaggio* p. 274.

1) raro hoc legitur in sepulcralibus. 2) nota maximum hunc stipendiorum numerum.

3551. L. VALERIVS L. F. VOL. MAR‖INVS. TOL. D[1]) ‖ MIL. L. X. G ‖ AN. XXXV ‖ AER.[2]) XII. S. T. T. L ‖ H. E. T. F. C.[3]) — Noviomagi. Grut. 565, 6., sed hic correctius ex typo, quem Otto Frid. de Lynden Hagenbuchio misit. v. huius Ep. in d'Orville *Obs. Crit.* Vol. IV. p. 349. seqq.

1) ap. Grut. male TOL. G. — TOL. D. optime explicatur *Tolosensis Domo.* 2) nota Aera pro stipendiis. 3) Heres ex testamento fac. cur.

3552. IVLIVS LON‖GINVS DOLES ‖ BITICENTI F. BES‖SVS. EQVES ALAE ‖ TAVTORVM VIC. C. R. E.[1]) AN. XL. AER. XXI. H. S. E ‖ SVLPICIVS SVSVLLA ‖ ET FVSCVS BITIVS ‖ H. EX T. F. C. — Calaguri. Nescio nunc, ubi repererim.

1) Victricis Civium Romanorum, Evocatus, vel emeritus. *Tautorum* populus ignotus. *aerum* pro stipendiorum, est etiam ap. Pococke p. 116, 5. v. D'Hautefort in Millin *Annal. Encyclop.* II. p. 37.

3553. C. LVCRETIVS ‖ SIGNIF. LEG. VII. C.[1]) P. F. DOM. VERONA ‖ AN. XLV. STIP. XXVI ‖ DE SVO PECVLIO E[2]) I. SIBI ‖ ET PRIMO SVO. CVRAM ‖ EGERVNT FRATER ET CHRESTVS LIB ‖ IN FR. P. X. IN AGR. P. XX. — Salonae. Archaeologia T. 5. p. 172.

1) f. G(*eminae*). 2) *erigi;* nisi leg. F(*ieri*) *iussit.*

3554. M. NONIO M. F ‖ FAB. MVCIANO ‖ COS[1]) ‖ XV. VIR. SACRIS FAC ‖ LEG. AVG. PR. PR. PROV ‖ PANNON. INFERIOR ‖ L. VSSIVS PEICENTINVS ‖ COMMIL. PRAESIDI ‖ OPTIMO. — Bennae. Grut. 442, 3. (Cfr. 441, 10.)

1) p. Chr. 201. Cfr. Maffei A. C. L. p. 340., nec tamen spuria videtur propter voc. *Commilito;* quae enim inter utrumque hominem intercesserit necessitudo et vetustas, nos ignoramus.

3555. D. M ‖ C. MESSI VERECVNDI ‖ MIL. CHOR. III. PR. 7. LAELI ‖ QVOT HERES EIVS ‖ FACERE NOLVIT ‖ AVL. VETTIVS SVPER[1]) ‖ CONMANVPLARIS[2]) ‖ EIVS FECIT. CVI LEGA‖VIT HS ∞ CC. N ‖ MIL. AN. VII. V. AN. XXV. — Romae. Mur. 2031, 6. Maff. *Mus. Ver.* 123, 2.

1) Nota cognomen *Super*, ut *Dexter*, et alia in r desinentia. Hag. 2) *commanipularium pectora* dixit Tacit. *Hist.* 4, 46.

3556. D. M ‖ Q. KANVLEI RVFI ‖ SIGNIF. COH. XII. VRB ‖ FECIT ‖ C. AFRANIVS APOLLINARIS ‖ CONTVBERNALI OPTIMO. — Romae. Mur. 828, 5.

3557. P. AELIO MAXIMINO MIL ‖ COH. V. PR. P. V.[1]) EX 7. MON‖NI. QVI VIX. ANN. XXXV ‖ MENSIB. VIII. MILIT. AVIT (*sic*) ‖ ANN. XII. OMNIBVS EX. PE‖DITIONIBVS FVNCTO ‖ AVRELIVS STATIANVS COM‖MANIPVLVS ET HERES EIVS ‖ CONTVBERNALI RARISSIMO ‖ POSVIT. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 622.

1) *Piae Vindicis.*

3558. D. M ‖ AVR. BVRI. MIL. COH. X. PR. AVRELIVS ‖ DISZAIRAI.[1]) MIL. COH. VIII. PR. ET AVRELIVS ‖ ASCLEPIA-

DES MIL. COH. X. PR. HEREDES ‖ AMICO ET CONVICANO BENEMERENTI ‖ FECERVNT. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 436.

1) De huiusmodi nominibus militum barbaris v. Marinium l. l. Idem explicat p. 443., cur tot milites Imperatorum nominibus, Aureliorum praesertim sint insigniti.

Contubernalibus, commanipularibus, et convicanis accedant *Contirones* ex Fabrett. 138, 131.:

3559. D. M ‖ CLAVD. CARO ‖ MIL. COH. VIII ‖ PR. STIP. XVII ‖ VIXIT ANNIS ‖ XXXVII ‖ HEREDES ET ‖ CONTIRONES ‖ BENEMERENT ‖ FECERVNT. — Romae. — *Conturmalis* est ap. Ammian. Marc. 24, 6, 11.

3560. D. M ‖ M. AVRELI IVLI. EMERITI E. Q. R. A MILITIS.[1] HIC SIBI ‖ ARCAM TESTAMENTO SVO AB HEREDIBVS SVIS PONI ‖ IVSSIT. AVRELI. IVLI MAXIMVS ET FIDELIS[2] PATRONO SVO ‖ B. M. SCRIBENDVM CVRAVERVNT. — Fossumbrone. Marini *Atti* 2. p. 576. Cfr. ib. p. 635.

1) *A militiis* hoc saepius obvium munus quale fuerit, ignorare se fatetur etiam Marinius. 2) i. e. liberti duo Aurelius Iulius Maximus, et Aurelius Iulius Fidelis. De formula ista *scribendum cur.* v. Marini p. 635.

3561. L. FABIO M. F ‖ GALER ‖ SEPTIMINO ‖ CILONI[1] PRAEF. VRB ‖ C. V. COS. II ‖ M. VIBIVS MATERNVS ‖ ILVRENSIS A MILITIIS ‖ CANDIDATVS EIVS.[2] — Romae. Grut. 406, 9.

1) Eidem Consoli anni p. Chr. 204., positi sunt lapp. Grut. 406, 10. 407, 1. 2. 2) Puto duo munera esse: de priore *a militiis* v. Rein. ad XIV, 146. Hagenb. Mss. Cfr. Gor. *Etr.* 3. p. 271.

3562. D. M ‖ L. VIRGINIO VIRGINIANO ‖ A MILITIIS. DOMINO ‖ MARITO SANCTISSIMO ‖ GAVNIA TARSIS ‖ FECIT ET SIBI. — Romae. Reines. p. 763, 146. Fabrett. p. 624, 209. II. Viri et Decuriones dicuntur *a militiis*. Grut. 310, 5. 345, 3. et 10. 517, 12. Fueruntne ii, qui delectibus habendis praeerant?

3563. D. M ‖ AVRELIA MAXIMA ‖ QVAE VIX. AN. XXXV ‖ NATA MVNICIPIO APVLI ‖ AVR. MAXIMVS ‖ MILITIAE PETITOR ‖ CONIVX COIVGI ‖ ET FILIAE ISTERCORIAE ‖ D. B. R. T. B. F. — Romae. Mur. 788, 7., *militiae petitorum* ignotum munus, habes etiam 794, 7. 796, 3. 872, 7. Grut. 531, 9. 10.

3564. IMP. CAESAR ‖ DIVI NERVAE NEPOS ‖ DIVI TRAIANI PARTHICI F ‖ TRAIANVS HADRIANVS ‖ AVG. PONT. MAX. TRIB ‖ POT. VII.[1] COS. III ‖ VIAM A CARTHAGINE ‖ THEVESTEN. STRAVIT ‖ PER LEG. III. AVG ‖ P. METILIO SECVNDO ‖ LEG. AVG. PR. PR. — Columna e viciniis Carthaginis advecta, hodie in Suburbio *Bled el Had-rah.* Shaw *Voyage* T. 1. p. 197. Donati 2. p. 214, 7. Est hoc insigne exemplum operum publicorum per legionarios milites lasciviae coërcendae potissimum causa confectorum. Cfr. Spon *Misc.* p. 272, 2.

1) p. Chr. 123.

3565. IMP. CAESARI ‖ T. AELIO HADRIIANO ANTONINO ‖ AVG. PIO P. P ‖ VEXILLATIO ‖ LEG. XX VAL. VIC. F ‖ PER MIL. P. III. — In agro Sterlinensi in Britannia. Donati 2. p. 281, 4.

3566. IMP. CAES. TIT. IO. AELIO ‖ HADRIANO ANTON ‖ AVG. PIO P. P. LEG. II. AVG ‖ PER M. P. III. D. CIXVI S.[1]) — ibid. ibid. 5.

1) *Per millia passuum tria* DCIXVI (?) *Semis.* Sermo est de vallo Antoniniano, ab his legionibus munito. Vide etiam Mur. 458, 4., collato Saxii *Museo* 4. p. 181.

§. 5. DONA MILITARIA.

3567. L. MVMIVS ACHAICVS ‖ PRAEF. COH. TRIB. MIL. AB ‖ EPIST. T. CAES. DIVI AVG. F ‖ ITEM A RAT. D. CAES. DONATVS ‖ STATVA EQV. ITEM. HAST. PVR ‖ ITEM COR. CIV ‖ ET DIVIS AVGG.[1]) AVCTORIB ‖ OMNIB. ORNAM. PRAET ‖ EX SC. DONATVS ‖ NEPTVNO D. D. — Romae. Grut. 1073, 7.

1) nota *Divis Augg.* de Augusto ac Tiberio, qui tamen inter divos relatus non est. Dio Cass. 59, 3.

3568. L. GAVIO ‖ L. F ‖ STEL. SILVANO ‖ PRIMIPILARI LEG. VIII. AVG ‖ TRIBVNO COH. II VIGILVM ‖ TRIBVNO COH. XIII. VRBAN ‖ TRIBVNO COH. XII. PRAETOR ‖ DONIS DONATO A DIVO CLAVD ‖ BELLO BRITANNICO ‖ TORQVIBVS. ARMILLIS. PHALERIS ‖ CORONA AVREA ‖ PATRONO COLON ‖ D. D. — Augustae Taurin. Maffei *Mus. Ver.* 218, 2. Morcelli *St.* 1. p. 105.

3569. L. ROSCIO M. F. QVI ‖ AELIANO MAECIO ‖ CELERI ‖ COS.[1]) PROCOS. PROVIN ‖ AFRICAE PR. TR. PL. QVAEST ‖ TRIB. MIL. LEG. IX. HISPAN ‖ VEXILLARIOR. EIVSDEM ‖ IN EXPEDITIONE GERMANIC ‖ DONATO AB IMP. AVG ‖ MILITARIB. DONIS. CORONA ‖ VALLARI ET MVRALI. VEXILLIS ‖ ARGENTEIS II. HASTIS PVRIS II ‖ SALIO ‖ C. VECTILIVS C. F. PAL. PROBVS ‖ AMICO OPTIMO ‖ L. D. S. C.[2]) — Maceratae. Oderic. p. 134. Morcelli *St.* 1. p. 110.

1) Morcellius L. Roscium consulem a. p. Chr. 223., Marinius (*Atti* p. 177.) contra probabilius anni p. Chr. 100. fuisse censet; ita, ut expeditio illa Germanica ad Domitiani vanos conatus sit referenda: quocirca nec nominatur Domitianus, sed simpliciter IMP. AVG. 2) Locus datus Senatus (Tiburtis, potius quam Romani) consulto.

3570. P. BESIO P. F. QVIR. BETVINIANO ‖ C.[1]) MARIO MEMMIO SABINO ‖ PRAEF. COH. I. RAETORVM. TRIB. LEG. X. G. P. F ‖ PRAEF. ALAE DARDANORVM. PROCVRATORI ‖ IMP. CAESARIS NERVAE TRAIANI. AVG. GERM. DACICI ‖ MONETAE. PROC. PROVINC. BAETICAE. PROC. XX. HER. FD. PROC. PRO ‖ FIG. (*sic?*) PROVINC. MAVRETANIAE. TINGITANAE. DONIS DONATO AB ‖ IMP. TRAIANO AVG. BELLO DACICO. CORONA MVRALI. VALLARI. HASTIS PVR. VEXILLO ARGENT ‖ EXACTI

EXERCITVS. — E parietinis Tingis veteris, nunc Oxoniae. Marm. Oxon. *Chandl.* p. 131, 16.

1) nota duplex praenomen. In hac inscript. litera I. ubivis ita exhibetur Í.

3571. D. M ‖ T. CAMVL. L. F. LAVERTÍ ‖ EMERITI LEG. III. GALLIC ‖ HONESTA MISSIONE DO‖NATI AB IMPER. ANTONINO ‖ AVG. PIO ET EX VOLVNTATE ‖ IMP. HADRIANI AVG. TOR‖QVIBVS ET ARMILLIS AVRE‖IS SVFFRAGIO LEGIONIS ‖ HONORATI CAMVLIA SOROR ‖ EIVS ET PATEGORIA E‖MERITA[1]) EIVS PATRONO OP‖TIMO ET PIISSIMO. — Gratianopoli. Mur. 802, 3.

1) Emerita, in quo ludunt Maff. *Ant. Gall.* p. 62. Mur. l. l. C. A. H. ad d'Orv. *Misc. Obs.* 4. p. 178., nil aliud nisi cognomen mulieris; *eius* sc. uxor. HAGENB. Mss.

3572. POMANIO SCVRRAE[1]) D. POETIL[2]) ‖ COR. VAL. T. ITEM TORQ. T. DON[3]) ‖ C. GRATVLVS RVFILLVS VERI‖DIVS MICILVS MARMOR ‖ D. S. P. D. D. B. M. — In opp. S. Blasii in Lucania. Mur. 843, 2.

1) de scurris militaribus, armigeris et corporis custodibus vide Mur. l. l. 2) *Decimi Poetilii*, Mur. sed praestat: *Decursa Poetilii.* 3) corona vallari una, torque uno donato.

3573. Inter dona mil.taria ap. Grut. 429, 1., in lap. Ostrohiensi Zamosciano memoratur: CORONA VICTRIX. PVRA HASTA., quem ob hoc ipsum Maffeius A. C. L. p. 335. merito *νοθείας* postulat. CORONA CLASSICA. Grut. 450, 5., in lap. Rom., qui Maffeio I. I. p. 336. itidem spurius videbatur. CORONA AVREA. Grut. 550, 1. v. supra. CASTRENSIS CORONA. Marini *Atti* 2. p. 530. v. supra.

3574. BASSAEO.[1]) M. F. STEL ‖ RVFO PR. PR[2]) ‖ IMPERAT. AVRELÍ. ANTONINI ‖ L. AVRELÍ. VERI. ET AVRELÍ COMM‖MODI AVGG. CONSVLARIBVS ‖ ORNAMENTIS HONORATO ‖ ET OB VICTORIAM GERMAN. ET ‖ SARMAT. ANTONINI ET COMMODI ‖ AVGG. CORONA MVRALI.[3]) VALLARI ‖ AVR. HASTIS PVRIS IIII. TOTIDEMQVE ‖ VEXILLIS OBSIDIONALIBVS ..‖.. LEG. PR... ‖ EQV. .. TRIB..[4]) ‖ PROC. A RATIONIB. PROVINCIARVM ‖ BELGICAE ET DVARVM GERMANIAR[5]) ‖ PROC. REG. NORIC.[6]) PROC. ASTVRIAE ET ‖ GALLECIAE. TRIB. COH. II. PR. TRIB. COH. ‖ X. VRB. TRIB. COH. V. VIG. VRB. HVIC SENAT ‖ AVCTOR. IMPP. ANTONINO.. ET.. ‖ COMMODO AVGG. STATVAM ARMAT ‖ IN FORO DIVI TRAIANI. ET ALIAM ‖ CIVIL. AMICTV. IN TEMPLO DIVI PII ‖ ET TERTIAM[7]) LORICATAM IN TEMPLO .... ‖...NENDAS ... — Romae. Grut. 375, 1.

1) v. Dion. *Lib.* 71, 5. p. 803. et Grut. 513, 1. Hagenb. *Diptych. Boëth.* p. CX. 2) Praefecto Praetorio. 3) aliae schedae: NAVALI, quod minus est probabile. 4) OBSIDIONALIBVS .. DONATO. PRAEF. AEGYPT. PRAEF. VRB. PROC. — Cittadini schedae. 5) v. Schoepflin *Alsat.* 1. p. 131. 6) *Regni Norici*, potius quam *Regionis Noricae.* Cfr. Mur. 2031, 2. Cellarii N. O. A. T. 1. p. 536. HAGENB. Mss. 7) Sic item tres statuas Marco Vindici PR. PR. posuit M. Aurelius Antoninus cfr. Dio *Lib.* 71, 3. Grut. 406, 1. et 457, 2. Grut. *Ed. altera.*

3575. D. M ‖ C. IVL. C. FIL. THEVEST ‖ CORINTHIANO. PRAEF ‖ COH. VII. GALL. TRIBVN ‖ COH. I. BRIT. ITEM. VEXIL[1] ‖ DACOR. PARTHIC. CVI ‖ OB VIRTVTEM SVAM. SACRA‖TISSIMI IMPER. CORO‖NAM MVRALEM. HASTAM ‖ PVRAM. ET VEXILLVM ARGENT ‖ INSIGNE.[2] DEDERVNT ‖ PRAEF. ALAE CAMPAG ‖ IDEM[3] ∞. VIXIT ANNIS ‖ XXXVIIII ‖ MARCIVS ARRIANVS ‖ ET. IVLI. CLINIAS. ET ‖ PISONIANVS. HE‖REDES F. C. — Albae Iuliae. Grut. 425, 5.

1) *Vexillarius* vel *vexillifer* Scal. Ego potius interpretor: (item tribunus) *Vexillationis sive Vexillariorum*, ut Mur. 750, 9. 2) *argento insigne* v. Salmas. *ad Hist. Aug.* f. 430. s. T. 2. ed. Haek. p. 647. V. Prideaux *ad Marm. Oxon.* p. 142., ubi VEXILLO. ARGENTeo, quod idem significat. Scal. Ind. VI. *vexillum et argenteum insigne* divisim accepit. Hagenb. 3) apud Vrsatum T. XI. Graev. p. 842., legitur CAMPA. Q. IDEM ∞. i. e. *Alae Campanae* (Grut. 429, 1.) *quae idem* (i. e. *item*) *miliaria.* Hagenb. Mss. In qua coniectura saltem agnosco probabilem interpretationem notarum CAMPA. et ∞, quamvis non intelligam QVAE ITEM istud interpositum, quum alias simpliciter dicatur v. c. *Praef. Equit. Alae Britannicae Miliar.* Grut. 482, 4, 5, 7, 8. Orell.

3576. ...VS T. L. NVMENIVS ‖ ..R. AB. EXERC. CORON. AVR ‖ ... LAVDATION. PVBLIC..[1] ‖ ..VCAEI. LATRONI... — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 124, 1.

1) *Laudatio publica* vix alias in lapp. memoratur.

§. 6. HONESTA MISSIO.

3577. Honestae missionis tabulam, quae formam omnium communem exhibet, videsis in Monum. historicis §. *Galba*, N. 737. Quotquot supersunt, numero XVI. collegit Spangenberg ex Marinio praesertim; utrumque consule.

3578. D. M ‖ IVL. MACRIANO. QVONDAM ‖ VETERANO M. H. M.[1] EX. BF.[2] COS ‖ CONIVGI CARISSIMO ‖ SECVNDIA SERVATA ET ‖ SIBI ET IVLIIS ‖ ... ALPINO ET ALPINAE FILIIS ‖ BENEVALENTIBVS[3] F. C. — Augustae Vindelic. Grut. 546, 3. Raiser *Augsburg.* p. 66.

1) Misso honesta missione. 2) ex beneficiario. 3) nota formulam admodum raram.

3579. TI. CAESARIS DIVI AVGVSTI FIL ‖ AVGVSTI. MILES MISSICIVS.[1] T. IVL ‖ FESTVS MILITAVIT ANNOS XXV. IN ‖ LEGIONE XVI. DECRETO DECVRIONVM ‖ ACCEPIT FRVMENTI ML.[2] BALNEVM ‖ ET SVI.[3] GRATVITVM. AREAM INTER ‖ DVOS (*sic*) TVRRES PER PVSONIVM ‖ PEREGRINVM IIII VIR. ET XI VIR[4] ‖ ADSIGNATAM. — Nemausi. Spon *Misc.* p. 239.

1) v. Bimard *Proleg. Mur.* p. 26. 2) modios quinquaginta. 3) tum ipse, tum sui, vel eius familia. Hagenb. 4) Corruptum fortasse; nam XI viri alias vix reperiuntur. Fueritne simpliciter VI VIR?

3580. D. M ‖ ET MEMORIAE AETERNAE ‖ ATTONI. CONSTANTIS ‖ VET. LEG. XXII. REMISS‖VS. HONESTA MISSIO‖NE.

CASTRIS INTER CE‖TEROS CONVETERA‖NOS SVOS REVOCATVS[2]) ‖ QVIQVE BELLO INTER‖FECTVS. OBIIT. ATTIA ‖ FLORENTINA CON‖IVGI CARISSIMO ‖ ET SIBI VIVA PONEN‖DVM CVRAVIT. ET SVB ‖ ASCIA DEDICAVIT. — Lugduni. Grut. 524, 7.

1) hoc sane probari nequit, et habet Menestrier: PRAEMISSVS. Spon *Lyon* in sibi non visis p. 219, 12. PREMISSVS, unde bona exit Gudii emendatio PR(*imigeniae*) MISSVS; melior quoque Hagenbuchii P. P. F. MISSVS i. e. Primigeniae Piae Felicis. 2) hoc quoque observandum, hoc quidem loco rectissime dictum esse pro *avocatus*.

3581. C. VALERIVS C. F. C. N ‖ STEL. PROBVS ‖ MISSVS HONESTA MISSIONE ‖ ARAM ET AEDICVLAM ‖ SVA PECVNIA POSVIT ‖ GENIO CENTVRIAE ‖ COH. $\overline{VII}$. PR. 7. L. HERENNII ‖ IN QVA MIL. AN. $\overline{XI}$. — Romae. Donati 2. p. 305, 1.

3582. VIRDOMÁRVS ‖ THARTONTIS F ‖ DOMO BITVRIX ‖ MISSICIVS[1]) ÁLAE ‖ CLAVDIAE. NOVAE ‖ T. F. I. ET ‖ PÁMAE SORÓRI. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 121, 3. De accentibus in saxis v. Maffeium p. 171. Propertius tamen: 4, 10, 41.: *vasti parma relata ducis, Virdomari; genus hic Rheno iactabat ab ipso.*

1) qui honestam missionem adeptus est.

3583. C. IVLIO ‖ APOLLINI ‖ F. APAE ‖ MISSICIO EX ‖ TESTAMENTO. — Foroiulii. Spon *Misc.* 243, 1. Mur. 822, 2. Cfr. Mur. 826, 1.

3584. VALERIVS .. ..SVS CAVSARI..[1]) EX MILITE PRAETORIANI FRAT. ET CONIVX PARAV. — Senoniae (Sens). Millin *Voyage* T. 1. p. 127.

1) Causarius.

Milites interdum in tempus missionis vota suscipiebant:

3585. SOLI INVICTO DEO ‖ EX VOTO SVSCEPTO ‖ ACCEPTA MISSIONE ‖ HONESTA EX NVME‖RO EQ. SING. AVG. P ‖ AELIVS AMANDVS ‖ D. D. TERTVLLO ET ‖ SACERDOTI COS.[1]) — Romae. Fabrett. p. 359, 83.

1) p. Chr. 158.

3586. IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVER‖VS AVG. ET M. AVRELIVS ANTONIN‖VS CAES. COH. $\overline{XV}$ VOL.[1]) ARMA‖MENTARIVM VETVSTATE CONLA‖BSVM RESTITVERVNT. SVB VAL. PV‖DENTE LEG. AVG. PR. PR. CVRANTE CAECILIO BATONE.[2]) PRE. — Catwyck in Hollandia. Grut. 169, 1., ex Cornelii Aurelii *Batavia.* Antw. 1586. p. 34. v. de hoc lapide Iacobi Gronovii *allocutionem ad D. Iac. de Wassenaer.* L. B. 1703. 4. Cannegieter *Brittob.* p. 5. et 44.

1) Voluntariorum. 2) propter literas mire intricatas fluctuat huius nominis lectio inter *Butone*, *Butonis* et *Butuvone*.

HAGENAVCHII Excursus de Praetorianis militibus ex Legionibus lectis.

Lapis Moguntinus in Apiano p. 479.:

3587. D M
AVR. GERMAN
MIL COH I. PR
CASTI NAT D
CVS LECTVS EX
XIII FACTVS D
GES ARMOR. ST
VI MIL. ANN. VI.

Cum quo conferri meretur hic apud Sabellos in urnula, relatus a Fabretto p. 132, n. 73.:

3588. AVR. INGENVS. MIL. COH. I
PR. 7. CASTI. VIX. ANN. XXV. MIL
AN. VI. NAT. PROVINC. DACIA
LEG. XIII. GEM. AVR. PETRONI
ANVS. FRAT. B. M. F. — — INGENVS pro *Ingenuus*, ut alibi V pro VV. Ceterum syntaxis saxi turbatior nonnihil. An legendum: 7. LEG. XIII. GEM. et accipiendum ac si nomini AVR. PETRONIANVS esset suffixum? Vix puto. Significari potius videtur, Aur. Ingenuum in COH. I. PR. lectum esse ex LEG. XIII. GEM. An exeidit versus inter tertium et quartum? Durum ita coniicere contra *αὐτόπτην*, ut puto, Fabrettum. Eadem amphibologia in alio saxo Grut. 538, 6. COH. V. LEG. XX. MILITI PRAETORIO.

Ille vero prior nonnisi ex Apiano sic datur in Grut. 528, 6.:

D. M
AVR. GERMAN:::
MIL. COH. I. PR::: 7
CASTI. NAT D:::*a*
CVS. LEGTVS (*sic*) EX ::: 7
XIII. FACTVS D:::
GES. ARMOR. ST:::*at*
VI. MIL. ANN. VI.

In Grut. v. 5. optime expletur 7., unde et Scal. *Ind.* 6. *Centuria Casti* 528, 6. Patet ex lapide Fabrettino, in quo 7. CASTI planissime legitur. At pessime in Grut. v. 5. extr. eadem nota 7. est adpicta, et a Scalig. Ind. 6. retenta *Lectus ex* .... 7. XIIII. 528, 6. saltem hoc recte *Lectus*, pro quo utraque ed. Grut. LEGTVS vitiose dederat. Sed nihil hic de quacunque demum centuria XIIII. Non dubito expleri debere LECTVS. EX *leg.* XIII. Cfr. Grut. 572, 5., in fragm. militari item Moguntiaci reperto:

3589. ... MIL. ANN. XXIIII. PROBITIITVS. HIC. IN. LEG. VII. C ‖ LECTVS IN PRAETOR ‖ FACTVS EQ. PROMOT ‖ EX BF. PRAEFECTORV.. cet., de quo fusius egi ad Mur. 800, 8.:

3590. D. M ‖ Q. CAECILIO Q. F ‖ MAECIA ‖ MAXIMO NEAPOLI ‖ MIL. COH. VII. PR ‖ SINGVLARI. TRIBVNI. — Cervignani in agro Aquileiensi; ubi haec adnotavi etiam Grut. 572, 5., explicantia: Si SINGVLARIS, ut alterum Bertoli exemplum habet apud Muratorium, esset verior lectio, genitivum tunc acciperem dativo subiectum saepe, ubi dativus debebat continuari. De Singularibus scil. Equitibus, inquit Muratorius, videndus Lipsius. Fallit Muratorium memoria; immo Lipsius, qui de *Equitibus Singularibus* altum siluerit, notam incucurrit Fabretti p. 356. Neque quidquam facere videntur *Equites Singulares* ad hosce *Singulares tribunorum*. Singulares nostri potius pedites videntur fuisse, neque tamen gregarii, sed quoddam immunium genus; qui immunes variis nominibus distincti occurrunt, fortasse et gradibus, ita ut promoveri quoque potuerint, promotique sint in immunium ordine. Fundus assertionis huius mihi Grut. 393, 5.:

3591. C. Coelio Aniceto mil. Coh. II. PR. SING. TRIB. SPE BENEFICIAR. Huic Ordo sanctissimus Decur. ob SPEM PROCESSVS eius honorem Decurionatus gratuitum obtulit. cet. (v. N. 3530.) Puto Scaligerum *Ind.* 6. male divisisse: *Coh. II. Pr. Sing.:* item *Sing.* item *Spe Beneficiarius.* Rectius iungeretur: *Sing. Trib. Spe Beneficiarius.* SING. enim non est epitheton Cohortis II. Praetoriae. Alium *Singularem* non *spe* tantum *beneficiarium*, sed *Singularem beneficiarium* habemus in Grut. 431, 9., quamquam saxum istud perplexum est, dubiaeque interpretationis. In Grut. 572, 5., est PROMOT*us* EX. BF. PRAEFECTORV*m* puta *Praetorio*, quia de militia praetorianorum ibi praecessit; quod non acceperim hunc promotum in altiorem quendam beneficiariorum gradum, sed in alium gradu beneficiariorum honoratiorem, in saxo tamen tacitum; nisi malis, FACTVS EQ*ues* praetorianus PROMOT*us* (quum promoveretur, vel per promotionem) EX. BF. PRAEFECTORV*m;* vel, quum esset FACTVS EQ., deinde porro PROMOT*us*, ut esset unus EX. BF. PRAEFECTORV*m.*[*]) Ita in Grut. 551, 3., est *Principalis beneficiarius tribuni*, deinde *Optio in centuria.* Redeo ad *Singulares* nostros, quos fortasse rectius coniicio, quam Reinesius ad 1, 16. p. 41. *Equites Singulares* voluit, notatus propterea a Fabretto p. 357., tam in Vrbe, quam in castris, praefectorum militiae, in provinciisque maiorum magistratuum apparitores fuisse; fortasse et ipsius Imperatoris, quo me ducit Grut. 529, 5., ubi Scaliger, Reinesius et Gorius iungunt *Singulares Imperatoris Leg. I.:* id quod miror; praestat enim seiungere, et accipere militem illum fuisse EX SINGVLARIB*us* IMP*eratoris*, praeterea legionum sex, quae ordine ibi enumerantur, HAST*atum* et PR*incipem.* Saxum ipsum hoc est:

---

*) *Ex Beneficiariis*, *ex Singularibus*, *ex Tabulariis*, *ex Circitoribus*, aliaque similia, quorum magnum numerum congessit Marini *Atti* p. 267., significant *ex numero*, *ex ordine beneficiariorum*, probeque distinguenda sunt a numero singulari v. c. *Ex Optione*, *Ex Signifero*, i. e. eo, qui ante fuit Optio, nunc non est, sed vel ad altiores gradus promotus, vel honestam missionem adeptus. Orelli.

3592. M. AVR. M. F. PAP ‖ LVCILIO POETOVION ‖ EX. SINGVLARIB. IMP ‖ LEG. I. ADIVT. LEG. II. TR ‖ LEG. VIII. AVG. LEG. XIII ‖ GEM. LEG. VII. CL ‖ LEG. VII. GEM. HAST. PR ‖ ANNORVM LX. STI‖PENDIORVM XXXX ‖ VLPIA IVVENTINA ‖ VXOR ET HERES. MA‖RITO PIENTISSIMO ‖ ET INDVLGENTISSI‖MO. FACIVND. CVRAVIT. — Extra Tarraconem. (διττογραφίας consule ap. Grut. ipsum.) Unde quo redeamus iterum ad Grut. 572, 5., noto Fabrettum *Col. Trai.* p. 196. satis habere dicere, *ex hoc fragmento apparet, militem illum e legione septima lectum in Praetorium*, agens ibidem *de praetorianis ex legionibus legi solitis.* Ita in Fabr. *Insc.* p. 138, 135., fragm. MIL. IN LEG ..AVD. ANN. V. INDE TRALAT. IN PR. — ubi supplendum post LEG. vel: V AL*auda* vel: VII CL*aud.* Quod ad PROBATVS attinet, ut omnino legendum est Grut. 572, 5., cfr. Grut. 542, 9. PROBATVS LEG. VI. Quod ad HASTATVS cfr. Mur. 842, 4. Maff. *Mus. Ver.* 243, 4. His vero profligatis redeamus iam ad Grut. 528, 6. Hactenus quidem faciliora vidimus: restant duriora. Ante omnia v. penult. supplementum Gruteri ST*at* minime potest placere. Auctor supplementi Cohortes *Statorum*, puto, in animo habuit, de quibus in Grut. 258, 8., memoratis hic sermonem esse nexus saxi non patitur. Fortasse ultima sic tentari possunt:

FACTVS EQ
VES. ARMOR *cu*ST*os* vel ARM. CVST*os.*
sive FACTVS E‖QVES. ANNOR. XX‖VI. MIL. ANN. VI.

§. 7. RES NAVALIS.

CLASSES. NAVIVM NOMINA. MVNERA CLASSIARIA.

De classiariis, eorumque conditione consule Marini *Atti* 2. p. 434.

3593. D. M ‖ L. BAEBIO SILVAN ‖ VET. EXNAVP [1]) CL. PR. RAV. N. SYR ‖ V. A. LXXX. VATRIA ‖ TYRANNIS. CON ‖ ET L. BAEBIVS ‖ PHILEROS. LIB. ET ‖ HER. PATR. DIGNISS ‖ POS. S. P. OBIT. E. Q. S. S. S ‖ H. PLANC. A. D. D. R. P. R ‖ HS. X. X. N. [2]) — Ravennae. Polcastro p. 116, 11.

1) *Ex naophylace* potius quam, *ex navi praetoria.* Cfr. *Mus. Ver.* 125, 2.
2) Si post obitum eorum, qui supra scripti sunt, has plancas emoverit, dabit decurionibus Reipublicae Ravennatium sestartia viginti millia numûm. POLCASTRO. (?) Exspectabas, *si quis*, vel *qui*.

3594. D. M ‖ C. MVCI ‖ VALENTIS ‖ MIL. CL. PR. MIS [1]) ‖ III ISIDE ‖ N. CILIX ‖ V. A. XXXVIII ‖ MIL. A. XVI. — Romae. Fabrett. p. 364. XIX.

1) Classis Praetoriae Misenensis.

3595. D. M ‖ C. TERENTIVS LONGI‖NVS ORNO [1]) FACTIONE ‖ ARTIFICVM. VIXIT AN‖NIS XXX. MIL. VIX. [2]) AN‖NIS XI. TVL-

LIVS TITIA‖NVS TR.[3]) CLAS. PR. MISIN[4]) (*sic*) ‖ H. B. M. F. — Neapoli. Gor. *Etr.* 3. p. 86. Mur. 857, 3.

1) *Optio* coniecit Gorius, edidit Mur. 2) militavit. Mur. 3) Trierarchus. 4) Classis Praetoriae Misenatium Piae Vindex. ap. Mur. 855, 6.

3596. DEO MAGNO ‖ ET FATO BONO ‖ VAL. VALENS V. P[1]) ‖ PRAEFECT. CLAS. MISEN ‖ P. V.[2]) GORDIANAE ‖ VOTVM SOLVIT

ΘΕΩ. ΜΕΓΙΣΤΩ. ΚΑΙ. ΚΑΛΗ. ΜΟΙΡΑ. ΟΥΑΛΗΣ.
ΑΡΧΗΝ. ΛΑΧΩΝ. ΕΠΑΡΧΟΝ. ΜΕΙΣΗΝΩΝ. (*sic*) *ΣΤΟΛΟΥ.*
ΕΣΤΗΣΑ. ΒΩΜΟΝ. ΕΚΤΕΛΩΝ. ΕΥΧΗΝ. ΕΜΗΝ.[3]) —

Miseni. *Pitture d'Ercolano* T. V. p. 264.

1) *Vir perfectissimus.* 2) Piae Vindicis. Haec classis Misenensis cognomina alibi vix reperiantur. 3) In Anthologia Palatina Iacobsii V. Cl. hoc epigramma haud reperitur.

3597. T. GAVIVS EMINENS ‖ VET. CL. PR. M. N. SYRV[1]) ‖ M. P.[2]) ET CASSIAE MARTINAE N. SYR ‖ CONIVG. ET T. GAVIO T. FIL ‖ V. A. VI. M. XI. D. X ‖ LOC. DATVS A M. SEMPRONIO ‖ GRAPTO. AMIC. CAR. SEVIV. D. D. — Fani a. Caesenae. Donius p. 224, 12. Ex Libro MS. Inscriptio a Muratorio omissa.

1) *veteranus Class. Praet. Misen. natione Syrus.* 2) *memoriam posuit.*

3598. D. M ‖ M. AVR. PRO‖TATI. M. CL. PR ‖ ANTONINIAN (*sic*) ‖ RAV.[1]) III. MIN.[2]) N ‖ SYR. ST.[3]) XXI. Q. V ‖ A. XXXVII. AQVA ‖ .... ENE. — In agro Ravennati ad Classem.

1) *Militi Classis Praet. Antoninianae Ravenn.* 2) *triere Minerva.* 3) *stipendiorum.* Nescio, unde habuerim.

3599. DYCONI SEXTENIO LATINAE[1]) CLAS ‖ PRAEFEC. V. C. PRAESIDI PROVINC ‖ DALMAT. L. FELICIANO ORDIN. MIL ‖ LEG. SYRIAE. AEMILIVS MEMP‖TINVS AEDIL. PATRONIS PRESTAN‖TISSIMIS (*sic*). — Salonae. Zachar. *Marm. Sal.* p. 14, 1.

1) *Latinam Classem* vix aliunde notam habemus, nisi subest corruptela.

3600. D. M ‖ L. DOMIT. DOMITIANI ‖ EXTRIERARCH. CLASS. GERM ‖ P. F[1]) COCCEIA VALENTINA ‖ CONIVGI PIENTISSIM. — Arelate. Millin *Voyage* 3. p. 582. Mur. 811, 1.

1) Classis Germanicae, piae, fidelis. Unica haec est inscriptio, in qua mentio fiat Classis Germanicae.

Fragmentum:

3601. .... PRAEF. CLASS. BRIT. ET. MOESIC ‖ ET PANNONIC. PROC. ET PRAESIDI ‖ ALPIVM. SVBPRAEF. CLASS ‖ PRAET. TRIB. LEG. XVI ‖ FL. ECPREPVSA. — Romae. Grut. 495, 6. Cfr. 575, 1. Imp--- Domitianus. Iis qui militant in classe Flavia Moesica, quae erat sub Sex. Octavio Frontone cet. v. Eckhel *D. N.* 6. p. 419.

3602. ° Q. ATATINO Q. F ‖ QVIR. MODESTO ‖ PRAEF. FABR. BIS. TVBICINI SACRORV[1]) ‖ FLAMINI ROMAE. PRAE‖FECTO

CLASSIS MOESIC[2]) ‖ P. ATATINVS FLACCVS ‖ FRATRI OPTIMO AC PIISSIM. — Cività di Bagno. Gud. 108, 1. Mur. 184, 2. (Fabrett. p. 607, 59. Don. p. 189, 106.)

1) „Ap. Rein. V. 16. p. 363. est meotio *Tibicinie Sacroram*, cniusmodi et in aliis saxis memoraatur. *Collegium Tibicinum.* Mur. 531, 1. et Rein. I, 167. — *Tubicen Sororum* ast praeterea ap. Grut. 491, 10. Tibicines et Tubicines confundunt Gorias et Mur., ut passim Codd. Mss. Sic ap. Liviam 1, 43. ea Cic. *de Rep.* 2, 22. pro *cornicinee tibirinesque* leg. c. *liticinesqne.* 2) Classis Flavia Moesica ad Danubiam collocata memoratar Grut. 575, 1. Celeram, nisi magno opere fallor, titulus ista Q. Atatino dicatas parus patus est Ligorianus. Mirum enim tubicinem sacroram Praefecti classi postea munere esse fuactum; et habes quoque *Praef. Fobr.* vere Ligorianum. Ac si Ligorius eum non confinxit, certe primam editus est a nobilissimo illius fratre Mutio Phoebonio in *Hist. Marsoram Thes. Ital.* T. 9. P. 4. p. 75. v. Saxii *Misc.* 3. p. 73., qui tamen non dubitabat de veritate.

3603. D. M ‖ Q. ARRENIO ‖ VERECVNDO ‖ TR. CL. BR[1]) ‖ HEREDES. FC. — Boulogne sur mer. Millin *Monum. antiq. inéd.* T. 2. p. 141.

1) Trierarcho classis Britannicae.

3604. HAEC ARCA C. IVLI ‖ HILARI TRIERARCHI CLASSIS SYRIACAE[1]) ‖ LIBVRNA GRYPI ‖ ET DOMITIAE ‖ GRAPIAE[2]) VXORIS ‖ EIVS CONIVGIS ‖ CARISSIMAE. — prope Ephesum. Maff. *A. Gall.* p. 170. Mur. 823, 1.

1) Notanda Classis Syriaca, quae vix alias memoratur. 2) l. Graptae. Hag. Mss.

3605. D. M ‖ TI. PETRONI. CELERIS ‖ NAT. ALEX. EX III. ISIDE.[1]) VIX ‖ ANN. XL. MIL. ANN. XVII. TITI‖VS. AQVILINVS. EPIDIVS. PANSA III. ISID ‖ H. B. M. FECERVNT. — Puteolis. Grut. 556, 8.

1) ex triere Isida: non intellexit Lips. *Opp.* T. 3. p. 681. Hag. Mss.

3606. D. M ‖ T. VRSINIVS ‖ CASTOR. III VICT.[1]) NAT ‖ SARD. VIX. AN. LVI ‖ MIL. ANN. XXVI ‖ T. ARENIVS ‖ CORDVS ‖ EX EADEM. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 124, 5.

1) e *triremi Victoria.* Sic ib. 125, 2. *Suovie de Liburna Diana.*

3607. M. ANTONIVS RVFINVS ‖ MILES EX V[1]) VICTORIA SIBI ‖ ET L. IVLIO APOLLINARI FRATRI ‖ MILITI EX III DIANA. VIXIT ‖ ANNIS XXXVIII. MIL. ANN. XIIX. — s. l. Hase ad *Io. Lydum de Ost.* p. 321.

1) Quinqueremi.

3608. D. M ‖ M. VAL. SATVR ‖ III PIET ‖ VIX AN. XX ‖ MIL. MEN. VI ‖ M. VAL. CAPIT ‖ EXEHER. FR[1]) ‖ L. DOM. MART ‖ DVP. SVB. P. C[2]) ‖ ITEM V AVG[3]) ‖ M. SESTI. PVDE ‖ N. DEL.[4]) VIX AN ‖ XXVIII. MIL. AN ‖ VIII. III. PIET. M ‖ VAL. CAPITO.. F ‖ R. H. B. M. PO.. ‖ CVRAVIT. — Ravennae. Mur. 865, 1. Don. p. 224, 11.

1) Don. EXER. TR., quod explicabat Gor. *Exercitator Trierarchorum.* inapte; dicendum saltem erat, notante Hagenb., *Exercitator Trieris.* At quid vetabat inter-

pretari *Exere Tritone?* In Muratorii typo varia item testarunt Rhunckenius, *Hexere Ariete*, Hanrne. *Hexere FoRtuna*, v. HERcule. 2) Duplicarius sub *Praefecto* Classis. Mur. Duplicarius Subpraefecti Classis. Gorius. Duplicarius Sub(*etitutue*) sc. heres Poni Curavit. Hag. 3) Quinquereme Augusto. v. Rhunck. *Opusc*. Ed. 1. p. 276. 4) natione Dalmata. Reliqua quoque incerta sunt et lectionis et interpretationis. Negligenter enim plerumque incisa sunt ista classiariorum saxa.

3609. D. M ‖ L. VALERIVS VALENS ‖ MANIPVLARIS LIB[1]) ‖ IVSTITIA. NAT. BESSVS ‖ STIP. XXVIII. VIXIT ANNIS ‖ XLVII. L. VALERIVS PRISCVS ‖ FILIVS. HERES EIVS. PATRI B. M. — Capo di Monte, prope Neapolin. Marini *Atti* 2. p. 358.

1) Liburna.

3610. PHALLAEVS ‖ DIOCLIS F. GVBER ‖ DE CALEA TRIERIS[1]) ‖ ET NICE L. P. F ‖ IN FR. P. VI. IN AGR ‖ P. XV. — In monasterio Classensi. Maffei *Mus. Ver.* 361, 2. Gor. *Etr.* 3, 72.

1) „*De Galea Trieris* hic dicitur, ut apud Grut. (1030, 2.) *ex Capricorno Trieri*. Aptius inscriptum fuisset *Triere Galea*, ut in aliis *III. Triumpho*, *III. Danae*. (Fabrett. p. 292, 228. p. 366, 120.) Sed populariter et militariter ita interdum loquebantur. — *Galeae* nomen laudata quoque ab Ovidio navis gerebat: *Trist.* 1, 10, 1." Marr.

3611. Navium nomina collegerunt in primis Gorius *Etr.* T. 3. p. 72. et Rhunekenius *De Tutelis et insignibus navium* Opusc. p. 267., ubi variae inscriptiones huc pertinentes laudantur et emendantur. Ex Marinio *Atti* 2. p. 408. accedunt *Liburnae Iustitia*, *Ammon; Trieres Concordia*, *Salvia*, *Salamina*, *Parthicus*, *Liber Pater*, *Rhinoceros* cet. Diligentius etiam, quam Rhunekenius, in hoc argumento versatus est Clemens Cardinalis in *Memorie Romane* 1, 2. p. 60. Is habet octoginta navium nomina, et sequentem ineditam exhibet inscriptionem:

3612. D. M ‖ C. VALERIO ‖ BASSO. MIL. CL ‖ PR. RAVENN ‖ STIP. XV. III VIRT ‖ N. SAR. V. A. XL ‖ BASILIVS. GERM‖AN. III. TRIVMP ‖ HER. ITEM. SVBHE[1]) ‖ C. IVLIVS. COSTANS. III VIRT. BENE‖MER. POSVERVNT. — Loco ignoto.

1) Nota v. *subheres* Lexicis addendum.

In militia classiaria frequenter memorantur PRAEFECTI utriusque classis Misenensis et Ravennatis: v. c.

3613. TI. IVLIO TI. F. STEL ‖ PAETINO ‖ BASSIANO PROC ‖ AVG. XX. HER. PRAEF ‖ CLAS. MIS. TRIB. LEG. I ‖ ITALICAE. PATR. COLON ‖ T. FLAVIVS T. F. OVFEN ‖ OPTATVS II VIR. F. COER. — Sine loco. Fabrett. p. 37, 182. Gor. *Etr.* 3. p. 85. Hoc Praefecti Classiarii munus iungitur interdum cum officiis minus honorificis, v. c. Gud. 60, 5. *Praefectus et Mensor. Oper. public. Class. Raven.;* quae tamen Ligoriana est, ideoque valde suspecta.

3614. SVBPRAEFECTVS Classis Praetoriae Misenatium. v. Grut. 208. et SVBPRAEFECTVS Cl. PR. Ravenn. ib. 359, 3. cfr. 493, 6.

TRIERARCHI passim. v. supra et Grut. 1031, 8.:

3615. D. M ‖ P. PETRONI. APHRODISI .. ‖ EX TRIERAR-

CHIS. NAVARC... ‖ ET PRINCIPE CL. PR. RAVEN.. ‖ ET GAVIAE GORGONIAE EIVS .. ‖ AELIVS CARPOPHORVS ‖ PARENTIBVS. — Ravennae. Cfr. Graecam Inscr. Mur. 1086, 2. Nota TR. in titulis Classium Rav. et Mis. Grut. 1109, 6. Vignol. *Inscr. sel.* p. 292. Gor. *Etr.* 3. p. 86. Marini *Atti* p. 358.:

3616. D. M ‖ C. IVLIO HERA‖CLIDAE TR. CL ‖ PR. MISENENSIS ‖ ARTEMIDORVS ‖ ET IVLIVS. ET HERA‖CLIDA HEREDES ‖ DE HS. VI. N. EX TE‖STAMENTO EIVS ‖ FECERVNT. — Capo di Monte, prope Neapolin. — Gorio et Marinio auctoribus explicanda est TR*ierarcho*, non vero TR*ibuno*. Cfr. tamen Tac. *Ann.* 15, 51. *Erat Chiliarchus in ea classe* (Misen.)

3617. CENTVRIONES quidem classiarios fuisse constat. Tac. *Ann.* 14, 8. Grut. 521; 1030, 2, 3. v. c.:

L. VALERIO DAZANT ‖ HISPANO 7. EX. III. NEP[1]) ‖ MILITAVIT ANNIS XXXVII ‖ VIXIT ANNIS LI PANNO ‖ DOMO FLAVIA SIRMI[2]) ‖ IVNIA HYLE ‖ CONIVGI BENEMERITO ‖ DE SE. — Neapoli. Mur. 863, 3.

1) *Centurioni ex triere Neptuno.* 2) *Sirmio.* — Sic Mur. 864, 7.: Ↄ. III. *Apolline.* 811, 3. *Centurio Classicus.* Item Mur. 775, 1.:

3618. C. AEMILIO SEVERO ‖ 7. N. PAN.[1]) VIX. AN. XLII ‖ MIL. AN. XXII. III HER ‖ VALERIA FLAVINA ‖ CONI. P. C ‖ ET PINNIVS PROBVS. H. — Ravennae.

1) i. e. natione Pannonio, Centurioni Trieris Herculis. Oliv. MARM. PIS. p. 175.

3619. D. M ‖ C. IVLIO VALENTI ‖ CENT. CLASS ‖ PR. RAVENN ‖ VIX. ANN ‖ XL. MIL. ANN. XXII ‖ C. IVLIVS FLAVIAN ‖ AMICO MF. P ‖ M. P. — Romae. Gori *Etr.* 3. p. 89. — Ligoriani sunt *Centurio Coh. VI. Speculat. Class. Misen.* apud Gud. 184, 3. et *Praefectus Cohor. primae Speculat. Class. Ravenn.* apud eund. 159, 7.; neque suspicione caret Murat. 670, 1. *Praefect. Cohort. II. Classicae*, quamquam idem munus bis vel ter memoratur. v. c. Grut. 413, 5.:

3620. L. FLAVIVS NOV[1]) ‖ VICTOR. IVNIANVS ‖ TRIB. LEG. III ‖ CYREN ‖ PRAEF. COH. II ‖ CLASSICAE ‖ SIBI ET ‖ FLAVIAE QVIETAE. — Bochignani.

1) Tribus nomen videtur corruptum. Cfr. supra de Praefecto Semestri in lapide Q. Livii Velenii inter Tribunos mil. N. 3442. Non minus rara, sed quattuor tamen lapidibus firmata (Mur. 825, 5. 6. 837, 7. et sequente) est Cohors I. Nautarum:

3621. APOLLONIO DIONYSIO MIL. CO. I. NAVT ‖ TVBIC.[1]) H. E. T.[2]) — Niciae. Zachariae *Excurs.* p. 54.

1) Sic *Tubicen. ex Coh. I. Ituraeor.* Maffei *Mus. Ver.* 451, 12. 2) *hic est tumulatus.* Zach. Est potius: *Heres Ex Testamento.*

3622. L. POPILIO C. F ‖ CELENIO ‖ VIR.[1]) DVCENAR. TRIB ‖ MIL. LEG. III ITAL ‖ PRIMIPIL. PRAEF. AVXIL ‖ OMN. CLASS. PR. RAVENN[2]) ‖ ... ORNA.. ‖ .... ‖ PATRONO DI-

GNISS ‖ QVI OBLATA SIBI STATVA ‖ HONORE CONTENTVS ‖ IMPENSAM REIP. VIVOS ‖ REMISIT ‖ POST MORTEM AD ‖ MEMORIAM TANTI ‖ .. N.. FACTO...[3]) ‖ POSTVLANTE POPVLO ‖ STATVA AERE CONLATO ‖ PVBL. POSITA EST. — Sine lucu. Grut. 457, 8.

1) Hoc corruptum. Scal. suspicatus est *VI Vir.* Cfr. Selmas. ad *Vopisci Probum* C. 5. p. 649. T. 2. Hack., qui perperam ienxit: *Ducenorio Tribuni*, quum sit *Ducenario* eidemque *Tribuno.* Hag. 2) Hoc munus alibi vix reperitur. 3) *benefactori* Hag.

3623. PRINCIPEM CLASSIS Misen. supra N. 3615. dedimus ex Grut. 1031, 8. Alius reperitur apud Gud. 128, 4. 171, 6. Don. VI. 1. Gor. *Etr.* 3, 75. Mur. 710, 5.:

* SEX. IVLIO Q. F. GALER. PRIMINIANO ‖ LEG. LEG. $\overline{X}$ AVG. PROPRAET. PROVINCIAE[1]) ‖ ACHAIAE. PRAEFECTO AERARI MILITAR ‖ VII ‖ VIRO EPVLON. NAVARCHO. TRIERARCHO ET ‖ PRINC. CLASS. MISEN ‖ M. VALERIVS M. F ‖ GAL. MATVRINVS ‖ T. P. C.[2]) — In agro Misenate.

1) Quam maxime debius est *Propraetor Provinciae Achaiae*, quae Proconsulem semper habeit. Itaque, si lapis est sincerus, ex Grut. 389, 6. legendum erit: Q. PROPRAET. i. e. Quaestori, Pro Praetore. v. Marini *Atti* 2. p. 764. 2) *titulum poni curavit.* Auget suspicionem gemelles lapis aperte Ligorianus ap. Gud. 210, 3., in quo NAVARCHVS. DROMONARCH.

3624. Principes isti Classium conferendi sunt, ut simili munere functi, cum Principibus Peregrinorum et Libertinorum. De Magistro Classis addubitare licet; nusquam enim alias reperiri videtur, nisi in lapide Liguriano Gud. 28, 9. (Gori *Etr.* 3. p. 93.):

* DIANAE VICTRICI ‖ SACR ‖ Q. LVCCEIVS Q. F. VLPIANVS LIBERT ‖ OLYPIODORVS (*sic*) ‖ PATRONVS COLLEG. FABR. MAGISTR ‖ CLASS. RAVENN. — Ravennae. Ficticius omnino est *Procurator Misenat. Class.* Ligurianus ap. Gud. 25, 5. et *Praefectus Vehicul. Class. Rav.* ap. Gud. 135, 4. Certiores sunt *Optiones Classiarii* ap. Mur. 869, 6. *Optio in Triere Apolline;* 861, 5. *in Triere Tiberi.* Praeterea:

3625. D. M ‖ AVFIDI LIVIIANI OPTIONIS RAV[1]) ‖ LIB. AMMON[2]) ‖ Q. V. A. $\overline{LX}$ ‖ M. A. $\overline{XVII}$ ‖ CIRCENIVS FRIONIO $\overline{III}$ ARC.[3]) I ‖ H.[4]) B. M. F. — Prope Turre. Marini *Atti* 2. p. 409.

1) i. e. *Optionis Classis Ravenn.* 2) *Liburna Ammone.* 3) f. *Triere Arcifero.* 4) f. *Primus heres.*

3626. D. M ‖ C. VALERIO FINITO OPTIONI LIBVR. NEPT. EX CLAS ‖ PR. MISEN. NAT. DALM. VIXIT AN. $\overline{LV}$ ‖ MILIT. AN. $\overline{XXVIIII}$ ‖ M. APPONIVS FIRMVS ‖ HERES B. M. P. — Miseni. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 507.

3627. I. O. M ‖ ET IVNONI ‖ REGINAE ‖ T. ALBANIVS ‖ PRIMANVS. SIG[1]) ‖ LEG. $\overline{XXII}$. PR. P. F[2]) ‖ OPTIO. NAVA‖

LIORVM.[3]) PRO ‖ SE ET SVIS ‖ V. S. L. M ‖ MATERNO ET ‖ BRADVA COS[4]) — Moguntiaci. Fuchs 1. p. 6.

1) *Signifer.* 2) Primigeniae Piae Felicis. 3) Hanc formam pro *navalium* habet iam Vitruvius *Lib.* 5. sub fin. Ceterum ambigere licet, utrum sit dedecendem a voc. *navale*, an vero pro *sociorum navalium*. Illud tamen videtur praestare. 4) p. Chr. 185.

3628. Singulares plane sunt OCTOGENARII et NONAGENARII, i. e. qui classiariis octoginta vel nonaginta praeerant, ut centenarii, ducenarii, tricenarii in militia terrestri. Cfr. Veget. 2, 8. Reines. Cl. VIII. 39.

D. M ‖ TI. CL. MARINVS ‖ NONAGEN. CL. PR. MIS ‖ ET AELIA NICOLAIS ‖ CONIVX EIVS. SIBI ‖ LIBERTIS LIBERTA‖ BVSQ. POSTERISQ. EOR ‖ FECERVNT. — Neapoli, nunc Florentiae. Gori *Etr.* 3. p. 61. Mur. 806, 1.

3629. .... III. VIXIT ... ‖ LIII. MIL. ANN. XXIII ‖ VALERIVS CLEMENS EX ‖ VESTAE.[1]) C. ARRVNTIVS ‖ ..A..ENS. OCT. LIB.[2]) NEREIDE ‖ B. M. F. — Florentiae. Gori *Etr.* 3. p. 66.

1) *Ex quadriremi Vesta.* 2) *Liburna.*

3630. ARMORVM CVSTODES. v. Mur. 809, 5. (Marm. Pisaur. p. 176.), ut et in seq.:

DIS. M ‖ VERIDIAE L. F. FLORAE ‖ VIX. AN. XXVII. M. IX. D. V ‖ Q. AVIDIVS APRILIS AR‖MORVM CVST. V. VICTOR[1]) ‖ C. B.[2]) — Miseni. *Bronsi d'Ercolano* T. 1. p. XXIV.

1) *quinqueremi Victoria.* 2) *coniugi benemerenti.*

3631. Singularis contra est ARMIGERVS:

D. M ‖ L. IVLIVS SEVER‖INVS ARMIGER‖VS III. MARIN ‖ N. DELMATINVS ‖ MIL. AN. XVIII ‖ IVLIA VXOR. — Ravennae. Marm. Pisaur. p. 177. Mur. 824, 6., ex quo Oliverius in seq. lapide:

3632. D. M ‖ ANTONIAE DOMINAe ‖ VIX. ANN. XIX. CAMVRIVS ‖ COLO. HARM. III. LVCIFER ‖ CONIVGI SANTISSIMAE (*sic*) ET ‖ ANTONIVS COLO. MATRI ‖ PIENTISSIMAE. B. M. FEC. — Florentiae. Gori *Etr.* 3. p. 58. — explicare tentabat dubium illud HARM., ut esset *Armiger*. Sed Hagenbuchio quoque praestare videbatur Gorii explicatio: *Harmoniacus* i. q. Symphoniacus. Hoc tamen Latinum non est; nec *harmonicus* nimis placere potest; Hagenbuchio praeterea in mentem venit *Harmostes* s. *Harmosta:* verum his in militia navali vix est locus.

3633. NAOPHYLACAS supra habuimus: quibus accedat sequens:

L. CRESPIO ALE‖XANDRO III ‖ TAVRO NAOFYL ‖ MIL. ANNIS XXII. VIXS. ANNI. XLIII ‖ TITIA AROEIME ‖ COIVX. HERES[1]) ‖ B. M. F. — Miseni. *Bronsi d'Ercolano* T. 1. p. XXIV. Labus *due Epitaffj.* p. 11.

1) hoc admodum rarum. cfr. N. 3592.

3634. Progredimur hinc ad GVBERNATORES:

T. AVRELIO CANDIDO NAVARIICHO ARCHGYM. BERN. [1] CL. PRAET ‖ MISEN. ET AVRELIAE DEMETRIAE ‖ CONIVGI EIVS. ET LIBERTIS LIBER‖TABVSQVE. POSTERISQVE EORVM ‖ SE VIVI FECERVNT. — Neapoli. Mur. 796, 8.

1) *Archigymnastes*, vel *navarchus Archigymnasii berni*, i. e. *eerni*. Mur. Sed recte d'Orvilla *ad Charit.* p. 567. Lips. leg. *Archigyberno Classis Praet.*

3635. D. M ‖ C. POMPONI FELICIS ‖ NATIONE AFER. VIXSIT ‖ ANIS XXXX. MESIBVS VIII ‖ DIEBVS V. MILITABIT (*sic*) AN ‖ XXIII. ME. VIII ‖ GVBER [1] ‖ CL. PR. M ‖ IVLIA MARCIANE COIV ‖ BE. M. F. — Neapoli. *Bronzi d'Ercolano* T. 1. p. XXV. Marini *Atti* 1. p. 270.

1) GYBER. *Bronzi*. l. l. — *Archinauta Class. Raven.* ap. Gud. 181, 7. Ligorianus est. Minus fortasse dubitandum de sequente; etsi Ligoriano:

3636. DIS. MANIBVS SACRVM ‖ L. CINCIO L. F. SABINIANO TABVLARIO CLASS. RAVEN ‖ ANN. XX. VIX. ANN. LI. M. IV. D. XIV. H. S. E ‖ SEX. CINCIVS L. F. ANICIVS VERVS EX TESTAMENT ‖ P. C. — Ravennae. Gud. p. 160, 7. Frequentiores sunt SCRIBAE NAVALES; v. c. Grut. 564, 7.:

3637. D. M ‖ M. VALERIO M. F. CLAVD. CO‖LONO. LIBVRN ‖ VARVAR. [1] SCRIB. CL ‖ PR. RAVEN. VIX. ANN L ‖ MIL. AN. XXVI, VALERII COLONVS ET... — Ravennae.

1) Scal. in *Ind.* X. *Colonia Liburnuareae*. Sed neque *colonia* hic refertur, neque locus *Liburnuarvae* nomine dictus, neque ad indicem militarium pertinet, quod Gorio in mentem venit *Etr.* 3. p. 93. accipienti *Liburna Barbaro* vel *Barbaris*, quos pro insigni habuerit. Accipiendum LIBVRN*iae* loco mediterraneo VARVAR*ia* cum Cellario *Not. O. A.* T. 1. p. 613. HAGENB.

Cfr. *Scriba* III. *Cerere* Maffei *Mus. Veron.* p. 475, 11. *Scriba III. Victoriae* Mur. 817, 1.

LIBRARII NAVALES:

3638. D M ‖ LVCIO AVRELIO TITO ‖ MILITI CLASS. PR. MIS ‖ LIBRARIO DVP. [1] QVI BIXIT ‖ ANNIS PLVS MINVS XXXX ... — Miseni. *Bronzi d'Ercolano* T. 1. p. XXIV.

1) duplicario s. duplario. unde emendandus Mur. 824, 2.:

3639. D. M ‖ C. IVLI PONTICI ‖ BRI. DVPL. CL. PR. MIS ‖ NAT. PONTICI CET. — Neapoli; ubi Mur. *Brixiani*, Vignolius *Britannici* tentabat, quum sit LIBR. legendum. v. *Bronzi* l. l.

MEDICVS:

3640. D. M ‖ IVLIAE VENERIAE ‖ M. SATRIVS LONGIN ‖ MEDIC. ‖ DVPL. III. CVPID [1] ‖ ET IVLIA VERRIA LIBER [2] ‖ HER. BEN. MER ‖ FECER. — In Campis Elysiis prope Baias. Marini *Atti* p. 826.

1) *medicus duplicarius triere Cupidine.* 2) *liberti* Iuliae Veneriae. v. Maffei *Osservaz. lett.* T. 4. p. 351, 10.

FABER:

3641. D. M ‖ L. AVRELIO FORTI FABRO DVPLICARIO LIB. FIDE. NATIONE ‖ SARDO VIXIT ANNIS LII. M. CARI‖SIVS FRONTO HERES B. M. FECIT ‖ CVRANTE ARRVNTIO PETRONI‖ANO AMICO OPTIMO. — Neapoli. Mur. 793, 5.

VELARIVS:

3642. D. M ‖ VALERIVS NAT. ALEXANDRIN ‖ EX. VELAR. DVPLICAR ‖ MIL. ANN. XXVI. VIX ‖ AN. LVI. MENS. III ‖ DIEBVS XII ‖ L. VALERIVS IVSTVS ‖ VARINIA HELENA ‖ B. M. F. — Neapoli. Mur. 861, 4. Gori *Etr.* 3. p. 62., quos vide.

[VESTIARIVS:

3643. DOMNAE B[1]) ‖ SACRVM ‖ SEX. BAEBIVS ‖ BAI. FIL. VET. EX CLASSE ‖ VESTIARIVS[2]) ‖ V. S. L. M. — Aquileiae. Mur. 33, 6.

1) Explicant *Bonae Deae.* 2) Equidem sic intelligo: *Veteranus* ex Classe, et post honestam missionem, *vestiarius* in oppido aliquo, Aquileiae puta; neutiquam vero *vestiarius in classe*, ut cepit scriptor de' *Bronzi d'Ercolano* T. 1. p. XXIV.]

VICTIMARIVS:

3644. D. M ‖ L. VALERIVS VICTOR ‖ EX II.[1]) FIDE. NATIONE ‖ SARDVS. VICTIMARI‖VS PRINCIPALIS ‖ MILITAVIT ANNIS ‖ XXIII. VIXIT ANNIS ‖ XXXI.[2]) AVRELIA ‖ SPES COIVGI B. M ‖ FECIT. — In promontorio Miseno. Mur. 864, 1.

1) diere s. biremi; nisi leg. III. 2) Error inest in numeris.

CORONARIVS:

3645. ATHENIO DE ‖ III. DANAE CORO‖NARIVS[1]) QVARTAE ‖ AVFIDIAE VXORI SVAE ‖ BENEVOLENTI. EIVS ET ‖ HONORIS CAVSSA ‖ FECIT. H. S. E. — Ravennae. Fabrett. p. 366, 120. Mur. 786, 1.

1) Coronarii et Corollariae, quibus coronas nectendi v. c. in sacra diesque festos officium erat, aliquoties memorantur. v. Oliv. *Marm. Pisaur.* p. 195.

HORTATOR:

3646. D. M ‖ MENANDRO ‖ HORTATORI[1]) ‖ FECIT ‖ MERCVRIVS FRATRI ‖ B. M. — Centi. Mur. 2102, 1.

1) *κελευστής*, portiscultus, pausarius, inseor.

His omnibus si addas *Decuriones remigum*, Liv. 28, 45., *Praefectos remigum* Tac. *Ann.* 13, 30., *Liburnarios milites* in *Not. utr. imp.* Sect. 58., *dietarios* ap. Ulpianum, ex parte etiam *centonarios*, *utricularios*, *lintrarios*, *lenuncularios*, *caudicarios*, *urinatores*, *exercitores ratium* (Grut. 492, 5.) et in Indiciis *Scenicos Cl. Pr. Misenatium*, quos alibi recensuimus, omnia fere genera classiariorum habebis. Secuti in his enumerandis sumus eruditum commentarium in *Bronzi d'Ercolano* T. 1 *Prefazione:* ita tamen ut additis quibusdam incerta et subditicia a sinceris accuratius distingueremus, atque omnia commodius disponeremus.

His denique ne quis addat TRIVMVIRVM NAVALEM, inauditum sane munus, ex Fabrett. 197, 471.:

3647. CN. ARRIO. CN. F. PVB ‖ AXIMIO ‖ III VIR. NAVAL. PROC ‖ AVGG. NN. IN BAETIC ‖ ET IN ILLVRICO ET ‖ HISPAN. CIT. ET VLTE ‖ HEREDIT. CADVC. PATRONO ORD. ET COLON ‖ PLEBS. HON. VSI. D. D. *cet.* (reliqua mutila sunt.) Zagaroli. —

notamus Cn. Arrium illum nobis videri fuisse Triumvirum municipalem in oppido Liguriae *ad Navalia* dicto.

CAPVT XV.

PROVINCIAE EARVMQVE ADMINISTRATIO.

POPVLI LIBERI.

Quum, quae Provinciarum totiusque earundem administrationis in inscriptionibus iniicitur mentio, tot plerumque aliis honoribus, sacerdotiis, variique generis elogiis immixta sit, ut difficulter ipsa in se spectata, seorsum possit exhiberi, in hoc quoque capite, ut iam fecimus in Geographicis, hinc inde specimina quaedam delibare satius visum est, quam, quo cuncta huc pertinentia congereremus, alia complura pro nostro consilio minus apte componere.

3648. P. TICIO PERPETVO ARZICIO [1]) V. C ‖ CONSVLARI THVSCIAE [2]) ET VMB. OB ‖ SINGVLARIA EIVS ERGA PROVINCI‖ALES BENEFICIA ET OB MODERATIONEM ‖ PRO DOCVMENTO ETIAM POSTERIS RELIN‖QVENDAM. AETERNVM STATVAE MONV‖MENTVM THVSCI ET VMBRI [3]) PATRONO ‖ PRAESTANTISSIMO CONL. AERE P. — Romae. Grut. 474, 3.

1) Cod. Redii melius: *Beticio Perpetuo Arzirio.* Si Mur. 259, 2., recte coniecit, hunc Perpetuum Gruteriani saxi eundem esse saxi sui Betitio Perpetuo sub Constantino M., quae Mur. coniectura non absurda, tum vero Perpetuos nostri saxi non fuit Consul a. u. c. 990., ut vult Grut. Hagenb. 2) Quando Tuscia dici coepta sit anquireus Wesseling. ad *Ant. Itin.* p. 290. profert sub Philippis consularem Tusciae ex Grut. 473, 3. Cur sub Philippis? Saxi huius Perpetuum putant fuisse Consulem a. u. c. 990. p. Chr. 237. Philippos autem novimus imperasse a. u. c. 997—1002. Hagenb. Mss. 3) Vides, conventus etiam tum fuisse Provinciarum, in quibus eiusmodi decreta fierent.

3649. CRONIO EVSEBIO [1]) V. C. CONSVLARI AEMILIAE AD‖DITA PRAEDICTAE PROVINCIAE ‖ CONTVITV VIGILANTIAE ‖ ET IVSTITIAE EIVS. ETIAM RA‖VENNATENSIVM CIVITATE ‖ QVAE ANTEA PICENI CAPVT PRO‖VINCIAE VIDEBATVR. [2])

VICARIO ITALIAE. QVE. POTESTAS SVPRA‖DICTO VIRO OB TESTIMO‖NIVM ANTEACTI HO‖NORIS EST ADTRIBVTA ‖ PETITIONE SENATVS CON‖TEMPLATIONE VITAE ATQVE ‖ ELOQVENTIAE EIVS AB INVICTISS ‖ PRINCIPIBVS EST DELATA. — *ΤΙΜΗΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΛΟΓΙΟΥ ΧΑΡΙΝ ΕΣΤΗΣΑΝΤΟ* ‖ *ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΙΣ* ‖ *ΤΟΝ ΣΟΦΟΝ ΕΥΣΕΒΙΟΝ* [3]) ‖ DEDICATA V. EIDVS NO‖VEMBRIS COS. FL. MALLIO ‖ THEODORO V. C. [4]) — Romae. Grut. 399, 3.

1) v. Symmach. *Epp.* 9, 52. 2) v. Mor. 382, 2. Sambuca *Memorie* p. 52. 3) Ita dedi ex emend. Hageob. *Ep. ad Blaur.* p. 85., ut Iacobs *Anthol. Pal.* 2, 867, 346. 4) p. Chr. 399.

3650. TIB. POMPEIO ‖ POMPEĪVSTI. FIL ‖ PRISCO CADVR‖CO. OMNIBVS HO‖NORIB. APVD SVOS ‖ FVNCT. TRIB. LEG. V̄ ‖ MACEDONICAE ‖ IVDICI ARCAE ‖ GALLIARVM [1]) III ‖ PROVINC. GAL. — Lugduni. Grut. 455, 10. Spon *Lyon* p. 132.

1) cfr. Bimard *Prol. ad Murat.* p. 13.

3651. C. MINICIO. C. FIL ‖ VEL. ITALO. IIII. VIRO. I. D ‖ PRAEF. COH. V̄. GALLOR. EQVIT ‖ PRAEF. COH. Ī. BREVCOR. EQVIT. C. R ‖ PRAEF. COH. ĪĪ. VARC. EQ. TRIB. MILIT. LEG. V̄Ī. VICT ‖ PRAEF. EQ. ALAE. Ī. SING. C. R. DONIS. DONATO. A. DIVO ‖ VESPASIANO. CORON. AVREA. HAST. PVR ‖ PROC. PROVINC. HELLESPONT. PROC. PROVINCIAE. ASIAE. QVAM ‖ MANDATV. PRINCIPIS. VICE. DEFVNCTI. PROCOS. REXIT. PROCVRAT ‖ PROVINCIARVM. LVGVDVNIENSIS. ET AQVITANICAE. ITEM. LACTORAE ‖ PRAEFECTO. ANNONAE. PRAEFECTO. AEGYPTI. FLAMINII. DIVI. CLAVDĪ ‖ DECR. DEC. (Decretum istud Decurionum exstat in altero latere, sed literis magnam partem corrosis subscriptum: TI. IVLIO (*Candido II. Ti. Iul*)IO QVADRATO ĪĪ. COS. p. Chr. 105.) — Perusiae. Marini *Atti* 1. p. 5.

3652. Q. HED. [1]) L. F. POL. RVF ‖ LOLLIANO GENTIANO ‖ AVGVRI. COS. PROCOS ‖ PROV. ASIAE. CEN‖SITORI PROVINC ‖ LVGD. ITEM. LVGD [2]) ‖ COMITI. SEVERI ‖ ET. ANTONINI. AVG ‖ CENSIT. P. H. C [3]) ‖ CVRATOR. SPLEND. COL ‖ PVTEOLEANOR ‖ ET. VELITERNOR ‖ QVAEST. CAND ‖ TR. LEG. XIIII ‖ PRIMIG. TRIB. LEG ‖ SEPT. G. P. F. TRIVMV ‖ A. A. A. F. F ‖ P. H. C ‖ FAB. MARCELLINVS. — Tarracone. Mance ap. Grut. 404, 6. et 417, 5., integre in Andreae Schotti Comment. ad *Vell. Pat.* Ed. Burm. p. 268., ex quo dat Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 84.

1) Hedio Cos. p. Chr. 211. 2) Provinciae Lugdunensis, item Lugduni ipsius. — *Censitor Thraciae* est ap. Mur. 1119, 5. *Peraequator Census Provinciae Gallaeciae* (p. Chr. 340.) Gret. 361, 1. 3) Provinciae Hispaniae citerioris, in qua etiam fuit Triemvir monetalis.

3653. INQVISITOR GALLIARVM Grut. 476, 4., suspectus erat quibusdam, sed nuper alter est repertus:

L. CASSIO ‖ MELIOR ‖ SVESSION.. ‖ OMNIBVS HO‖NORIB. APVD S..‖OS FVNCTO IN‖QVISITORI G.. ‖ III. PROV. GALL. — Lugduni. *Journal des Savans* 1824. p. 697.

3654. ALLECTOR GALLIARVM v. Grut. 471, 9. et 472, 1. quae eadem est, sine causa a Maffeio A. C. L. p. 342. in *νοθείας* suspicionem adducta.

3655. .. COMINIO CLAVD. BOI [1]) ‖ AGRICOLAE AELIO ‖ APRO. PRAEF COHOR ‖ TERT. BRACARAVGVSTANO [2]) ‖ TRIBVNO LEG... ADIVT. PROCVR ‖ AVGVSTORVM AD ANNONAM ‖ PROVINCIAE NARBONENSIS ‖ ET LIGVRIAE. PRAEF. A... LIARIAE [3]) ‖ IN MAVRETANIA CAESARIENSI ‖ NAVIC. MARIN. AREL ‖ CORP. QVINQ. [4]) PATRONO ‖ OPTIMO ET INNOCENTIS‖SIMO. Arelate. Millin *Voyage* 3. p. 601.

1) Boionio. 2) Bracara in Hispania Tarraconensi. 3) alae milliariae. 4) naviculariorum marinorum Arelatensium Corporis quinquennali.

3656. De Provinciae Achaiae conditione accurate disputavit Marinius, *Atti* 2. p. 763. Proconsules eam habuisse etiam quarto p. Chr. aeculo ex multis lapp. constat. Grut. 381, 1. 422, 7. 1102, 2. Mur. 373, 3. cet. Tantummodo in duobus saxis Ligorianis Gud. 125, 6. aperte ficticio, et Gud. 128, 4. 171, 6. Doni *Class.* VI, 1. Mur. 710, 5. Propraetores eidem tribuuntur. Si sincerum est, pro PROPR. leg. censet Marinius Q(*uaestori*) PROPR*aetore*, ut Grut. 389, 6. *Quaestori Propraetori Provinc. Achaiae.* De variarum Provinciarum administratione sub Impp. idem consulendus inde a pag. 740. maxime de Creta et Cyrenaica, Ponto et Bithynia. — *Procuratorem Augusti Provinc. Dalmat.* habes ib. p. 775.

3657. IMP. CAESAR ‖ PVBLIVS LICIN‖NIVS VALERIANVS ‖ PIVS FELIX AVG. ET IMP ‖ CAESAR PVBLIVS LICINIVS ‖ GALLIENVS PIVS FELIX AVG. ET LICIN‖NIVS CORNELIVS SALONINVS ‖ VALERIANVS NOBILISSIMVS CAESAR ‖ AVRELIO MAREA ET ALIIS. REGVM ANTIQVA BENEFICIA CONSVETV‖DINE ET ETIAM INSECVTI TEMPORIS ADPRO‖BATA. IS QVI PROVINCIAM REGIT. REMOTA ‖ VIOLENTIA PARTIS ADVERSAE INCOLVMIA ‖ VOBIS MANERE CVRABIT. — (Subiungitur Epistola Antiochi regis de privilegiis templo et sacerdotibus Iovis Baitococis concessis et decretum Civitatis Apameae.) in fine: *οἱ κάτοχοι ἁγίου οὐρανίου Διὸς τῆς ὑπὸ τῶν Σεβάστων εἴς τε τὸν θεὸν εὐσεβείας καὶ τὸν τόπον ἐλευθερείας τὴν θείαν ἀντιγραφὴν ὑπὸ πάντων προσκυνηθησομένην [ἀναγραφῆναι προς]έταξαν.* — Hussein-Solamon in Syria. Chandler *Inscriptt. antiquae.* p. 88.

3658. SEX. TADIVS. SEX. F. VOL. LVSIVS NEPOS ‖ PAVLLINVS ‖ PRO. COS. SORTITVS PROV. CRET. CYR [1]) ‖ LEG. PRO. PR. PROV ‖ AFRIC. PRAEF. FR. D. LEG. PRO. PR. PROV ‖

ASIAE. LEG. PRO. PR. PROV ‖ MAC. PRAET. CAND. AED. CVR. Q. PROV ‖ PONT. ET BIT. TR. MIL. LEG ‖ IIII. F. X VIR. STLIT. IVDIC. VIII VIR.2) II ‖ Q. Q ‖ MVLVIA C. F. PLACITA MARITO OPTIMO ‖ ET SIBI. — Octavo ab Reate lapide in Abbatia S. Salvatoris. Grut. 471, 6.

1) male Gud. scrib. causuit CRET. ET. CYR. In hac enim formula aliquoties omittitur copula v. c. Grut. 433, 1. 407, 1., quia Gordiani saltem aetate circa a. p. Chr. 236. Cyrenaica regio et Creta insula unam dumtaxat provinciam afficiabant. Cfr. Corsini *Not. Gr. App.* p. XLIX. Maffei *Ant. ael. G.* p. 7. Alias Grut. 476, 5. 1091, 6. 1099, 7., habes Cretae et Cyrenarum cet. 2) Nota Octovirum municipalem, de quo alibi in Capite de Re municipali.

3659. C. IVLIO P. F. HOR...1) ‖ CORNVTO TER..T..VI2) ‖ COS. PROCONSVLI PROVINCI... ‖ PROCONSVLI PROVINCIAE NARBO ‖ LEGATO PROPRAETORE DIVI TRAIANI ‖ PROVINCIAE PONTI ET BITH... ‖ EIVSDEM LEGATO PROPR... ‖ PROVINCIAE AQVITANI... C.NSV..3) ‖ ACCIPIENDORVM CV..TO..4) ‖ AEMILIAE. PRAEFECTO AERARI. SA..R.. ‖ LEGATO PROPRAETORE PROVINC.. ‖ CRETAE ET CYRENARVM ..A..E5) ‖ INTER PRAETORIOS A DIVIS VES.. ‖ ET TITO CENSORIBVS. AEDILI CE.... ‖ QVAESTORI VRBANO ‖ EX TESTAMENTO ‖ C. IVLIVS. PL. ANICIVS VARVS. CORNVTVS ... — Inter Labicum et Montem Portium. Marini *Atti* 2. p. 729.

1) *Horatia* tribu, ut Grut. 171, 1. 2) Est Cornutus Tertullus Consul suffectus a. p. Chr. 100. cum Plinio minore, qui multa cum laude collegae meminit in *Epp.* *L.* 2, 2. L. 5, 15. 3) *Censuum.* 4) *curatori.* 5) *allecto.* Hinc explicandus Capitol. *Pertin.* C. 6.

3660. PIISSIMO ET FELICISSIMO ‖ D. N. FL. VAL. CONSTANTINO ‖ P. F.1) INVICTO AVGVSTO ‖ VAL. EPIFANIVS V. P.2) MAG ‖ PRIVAT. AEG. ET LIB3) ‖ D. N. M. Q. EIVS. — Alexandriae. Donati 1. p. 148, 8.

1) fortasse P. P. 2) *Vir perfectissimus;* male Bonada *patricius.* 3) *magister privatae, vel privatarum rationum Aegypti et Libyae.*

3661. G. IVLIO ASPRO ‖ COS1) ‖ PRAETORI. CVRATORI ‖ VIAE APPIAE. SODAL. AVGVSTI ‖ TRIB...2) QVAESTORI ‖ PROVINC. AFRICAE. CVRAT ‖ AEDIVM SACRARVM ‖ PROVINCIA BRITANNIA ‖ PATRONO. — In radicc. montis Tusculani. Marini *Atti* 2. p. 785.

1) p. Chr. 212. 2) supple *Plebis.* In fragmento eidem positi tituli ap. Marini l. l. ORATORI PRAESTANTISSIMO. DEFENSORI CLIENTIVM FIDELISSIMO.

3662. D. M ‖ P. AELI ‖ AELIANI ‖ SVCCESSVS ‖ AVG. LIB ‖ TABVL. P. H. C1) ‖ ET PLAETORIA ‖ ANNIA ‖ PARENTES ‖ FILIO ‖ PIISSIMO. — Tarracone. Grut. 591, 6.

1) Provinciae Hispaniae citerioris. ita Grut. 591, 7. *Tabul. Provinc. Lusiton.* ib. 8. *Tabul. Reg. Picen.*

3663. IMP. CAES ‖ T. AELIO. HAD. ANTONINO ‖ AVG. PIO. P. P. COS. IIII. ‖ PONT. MAX. TRIB. POTEST ‖ CONVENTVS CAR‖TAGIN ‖ CVRANTE POSTVMIO ‖ FLAMINE. — Carthag. Nov. in Hisp. Reines. p. 307, 22. Cfr. Plin. *H. N.* 3, 1. et 3.

3664. C. TITIO C. F. CL. SIMILI AGRIPPINENSI ‖ PROC. PROV. LVSITANIAE ET VETTONIAE ‖ ET CVRATORI REIPVBLICAE EMERIT ‖ PROC. PROV. MYSIAE INFERIORIS ‖ EIVSDEM PROVINCIAE IVS. GLADII ‖ PRAEPOSITO VEXILL. E..... ‖ ASIAM. LYCIAM.. PAMPHYLIAM ET ‖ PHRYGIAM ‖ PRIMIPILO LEG. III. AVG. PIAE. VINDICIS ‖ PRINCIPI PEREGRIN. CENTVRIONI ‖ FRVMENTAR. CENTVRIONI LEG. X. .. — Emeritae. Maffei *Mus. Ver.* 425, 1.

3665. C. VMMIDIO DVRMIO QVADRATO ‖ LEG. C. CAESARIS.GERMANICI IMP ‖ PRO. PRAET ‖ IVSIVRANDVM ARILIENSIVM [1] ‖ EX MEI ANIMI SENTENTIA VT EGO IIS INIMICVS ‖ ERO. QVOS C. CAESARI GERMANICO INIMICOS. ESSE ‖ COGNOVERO. ET SI QVIS PERICVLVM EI. SALVTIQ ‖ EIVS INFERET INTVLERITQVE. ARMIS BELLO ‖ INTERNECINO TERRA MARIQVE PERSEQVI NON ‖ DESINAM. QVOAD POENAS EI PERSOLVERIT. NEQVE ‖ ME LIBEROS MEOS EIVS SALVTE CARIORES HABEBO. EOS‖QVE QVI IN EVM HOSTILI ANIMO FVERINT. MIHI HOSTES ‖ ESSE DVCAM. SI SCIENS FALLO FEFELLEROVE. TVM ME ‖ LIBEROSQVE MEOS IVPITER OPTIMVS MAXIMVS AC ‖ DIVVS AVGVSTVS. CAETERIQVE OMNES DI. IMMORTALES ....‖EM [2]) PATRIA. INCOLVMITATE FORTVNISQVE OMI‖NIBVS FAXINT ... DIE V. IDVS MAI. IN ARILIENSE [1]) OPPIDO VITIRI.

CN. ACERRONIO PROCVLO. C. PETRONIO PONTIO NIGRI‖NO COS. ‖ VEGETO TALLICI. MAG. IBIONARIONI. — In Lusitania reperta, inscriptio aereae laminae incisa. Fabrett. p. 673, 13.

1) l. *Aritiensium.* et infra *Aritiense.* v. Fabrett. p. 674. 2) *exsulem* vel *extorrem,* vel *expertem.*

3666. Consulares Provinciarum Daciae et Ponti in saxis dicuntur iidem, qui alias Legati Aug. Propraetores Consulari potestate. v. c. in titulo Pliniano. Grut. 454, 3.; vel Legati Consulares; v. c. Mur. 691, 7. C. OCTAVIVS PRISCVS LEGATVS CONSVLARIS PROVINC. GERM. SVPERIORIS. LEGATVS CONSVLARIS PROVINCIAE SYRIAE.

3667. P. FVRIO ‖ SATVRNINO ‖ LEG. AVG. PR. PR. COS [1]) ‖ COL. DAC. SARMIZ ‖ PRAESIDI ‖ DIGNISSIMO. — Albae Iuliae.

1) consulari sc. Daciae. Ita:

3668. P. FVRIO ‖ SATVRNINO COS. P. AELIVS ‖ MAXIMIANVS ‖ DEC. COL. — Engedini. Grut. 414, 7.

3669. L. MINICIVS L. F. OVF ‖ EXORATVS ‖ FLAMEN DIVI TITI AVG ‖ VESPASIANI ‖ CONSENSV DECVRION ‖ TR. MILIT. $\overline{\text{IIII}}$ VIR. A. P. $\overline{\text{II}}$ ‖ $\overline{\text{IV}}$ VIR. I. D. PRAEF. FABR ‖ A. PR. BIS. ET. COS. PONTIF [1]) ‖ SIBI ET ‖ GEMINIAE C. F. PRISCAE ‖ VXORI ET ‖ MINICIAE L. F. BISIAE. F ‖ V. F. — Rhetionici in agro Comensi. Grut. 438, 7.

1) Recte Reines. Cos. i. e. Consularis PONTIC(*ae*). Nam de consule municipali et pontifice cogitandum non est. Hagenb.

3670. M. APVLEIO PROCVLO L. F ‖ CLAVD. TI. CAEPIONI HISPONI ‖ COS. PONT. PROCOS. PROVINC ‖ ASIAE ET HISPANIAE BAETICAE ‖ PRAEFECTVS AERARÍ. MILITARI. — Ravennae. Grut. 1091, 1. Cfr. tamen Almelov. ad a. p. Chr. 101. et Marini *Atti* 2, 759. 769. 770.

3671. C. AVIDIO NIGRINO LEG. AVG. PRO. PR ‖ DECRETA EX TABELLIS RECITATV $\overline{\text{VI}}$. IDVS. OCTOB. ELEVSINE CVM ‖ OPTIMVS PRINCEPS [1]) SENTENTIA HIEROMNEMONVM. QVAM CONSECRATAM ‖ REGIONES APOLLINI PYTHIO EX AVCTORITATE MANÍ ACILÍ [2]) ET S ‖ DETERMINAVERVNT. SEQVENDAM ESSE PRAESCRIPSISSET. QVAE ETIAM DELPHIS ‖ IN LATERE AEDIS INSCVLPTA EST. NEQVE VENIRET IN DVBIVM INTER ‖ ANTICYRENSES QVOQVE ET DELPHOS ‖ QVIBVS IVDEX DATVS AB OPTIMO ‖ PRINCIPE EA SENTENTIA STARI OPORTERE. NECESSARIA FVIT DILIGENTIOR ‖ EXPLORATIO. TAM VETVSTATE REI. TANTO MAGIS QVOD ET POSSESSIO ‖ QVIBVSDAM LOCIS VARIAVERIT. ET VOCABVLA REGIONVM QVAE ‖ HIEROMNEMONVM DETERMINATIONE CONTINEBANTVR VIX IAM NOTA ‖ PROPTER TEMPORIS SPATIVM [3]) VTRAQVE PARS AD VTILITATEM SVAM ‖ TRANSFEREBAT. CVM ITAQVE ET IN RE PRAESENTI SAEPIVS FVERIM ET ‖ QVID AVT EX NOTITIA HOMINVM. AVT EX INSTRVMENTIS QVAE EXTABANT ‖ COLLIGI POTERANT ‖ PLVRIBVS DIEBVS ...SERIM. QVAE MAXIME VISA SVNT ‖ CVM HIEROMNEMONVM IVDICIO CONGRVERE HAC SENTENTIA COMPLEND ‖ ETIAMSI VTRORVMQVE SPEI ALIQVID APSCISVM EST. POTERIT TAMEN ‖ VIDERI VTRISQVE CONSVLTVM. QVOD POSTERVM BENEFICIO OPTIMI ‖ PRINCIPIS CERTA POSSESSIO EIS ET SINE LITE CONTINGET. OPOENTAM ‖ IN MARI QVOD ANTICYRAM VERGIT. QVAM PRIMVM IN DETERMINATIONE ‖ HIEROMNEMONES NOMINAVERVNT. EAM ESSE CONSTITIT. QVAE NVNC AB ‖ ALIIS OPVS. AB ALIIS OPOENTA DICITVR. PROMVNTVRIVM QVOD EST A ‖ CIRRA ANTICYRAM NAVIGANTIBVS CITRA NOBO... ASA MVSIS AB EO ‖ RECTO ...MONVM ETIAM EX EO APPARET QVOD NATVRALES IN VT... ‖ PONTICVLO LAPIDEO EX QVO IN ALTERO GRAECA INSCRIPTIO.

QVAE SIGN ‖ CVM TERMINVM ... ADHVC MANET. CVI VETVSTAS FIDEM FACIAT. IN ‖ ALTERO ... MDEM INSCRIPTIONEM ... FESTVM ADCENDENT. DEXTRA ‖ ANTICYRENSIVM. LAEVA SACRA REGIONIS DELPHORVM SINT AB IIS .. ‖ CHONOS VOCATVR ET INDVBITATVS INTER DELPHOS .... PERINDE ‖ DELPHORVM REGION... — Apud Delphos. Mur. 598, 1. Cfr. Gräffe in *Mémoires de l'Acad. Imp. des Sciences de St. Pétersbourg*. Tom. VIII.

1) Traianus. 2) M' Acilius, Antiochi victor. 3) CCLXXX. annorum circiter.

Ad AFRICAE statum sub Impp. illustrandum facit sequens titulus:

5672. POPVLONII ‖ L. ARADIO. VAL. PROCVLO V. C ‖ AVGVRI ‖ PONTIFICI MAIORI ‖ QVINDECIMVIRO SACRIS FACIVNDIS ‖ PONTIFICI FLAVIALI ‖ PRAETORI TVTELARI ‖ LEGATO PRO PRAETORE PROVINCIAE NVMIDIAE ‖ PERAEQVATORI CENSVS PROVINCIAE GALLECIAE ‖ PRAESIDI PROVINCIAE BYZACENAE ‖ CONSVLARI PROVINCIAE EVROPAE ET THRACIAE ‖ CONSVLARI PROVINCIAE SICILIAE ‖ COMITI ORDINIS SECVNDI ‖ COMITI ORDINIS PRIMI ‖ PROCONSVLI PROVINCIAE AFRICAE VICE ‖ SACRA IVDICANTI. EIDEMQ. IVDICIO SACRO ‖ PER PROVINCIAS PROCONSVLAREM ET ‖ NVMIDIAM. BYZACIVM AC TRIPOLIM ‖ ITEMQVE MAVRETANIAM SITIFENSEM ET ‖ CAESARIENSEM ‖ PERFVNCTO OFFICIO PRAEFECTVRAE PRAETORIO ‖ COMITI ITERVM ORDINIS PRIMI INTRA PALATIVM ‖ PRAEFECTO VRBI. VICE SACRA ITERVM IVDICANTI ‖ CONSVLI ORDINARIO.[1]

HVIC CORPVS SVARIORVM ET CONFECTVRARIORVM ‖ AVCTORIBVS PATRONIS EX AFFECTV EIDEM IVRE DEBITO ‖ STATVAM PATRONO DIGNO PONENDAM CENSVIT. — Romae. Grut. 361, 1.

1) p. Chr. 390. Hac inscriptione usus de Provinciis Africae egregie disputavit Morcellius in *Africae Christianae* Vol. I. p. 21. seqq.

5673. Plebiscitum de Thermensibus (Grut. 500. ex Smetii rec. Murator. p. 582. ex edit. Manutii Venet. 1566. p. 407.) optime expositum a Dirksenio (*Versuche zur Kritik u. Ausleg. der Quellen des röm. Rechtes. Leipzig* 1823. p. 136.) qui omnino hic consulendus erit, iura *Civitatum*, quas dicebant, *liberarum* quam maxime illustrat.

C. ANTONIVS. M. F. CN. CORNE... ‖ FVNDANIVS C. F. TR. PL. DESS. PLEBEM ....PREIMVS SCIVIT[1] ‖ QVEI THERMESES MAIORES PEISIDAE FVERVNT. QVEIQVE ‖ EORVM LEGIBVS THERMESIVM MAIORVM PISIDARVM ‖ ANTE K. APRIL. QVAE FVERVNT L. CELLIO.[2]) CN. LENTVLO COSS ‖ THERMESES MAIORES PISIDAE FACTI SVNT. QVEIQVE ‖ AB ...IEIS PROGNATI SVNT ERVNT. IEI OMNES ‖ POSTEREIQVE EORVM THERMESES MAIORES PEISIDAE ‖ LEIBERI. AMICEI. SOCIEI-

QVE POPVLEI ROMANI SVNTO ‖ EIQVE LEGIBVS SVEIS ITA VTVNTO. ITAQVE IEIS ‖ OMNIBVS SVEIS LEGIBVS THERMENSIS. MAIORIBVS ‖ PISIDEIS VTEI LICETO. QVOD ADVORSVS HANC LEGEM ‖ NON FIAT.

QVEI AGRI. QVAE LOCA. AEDIFICIA PVBLICA. PREIVATAVE ‖ THERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM INTRA FINEIS ‖ EORVM SVNT FVERVNTVE L. MARCIO. SEX IVLIO COSS[3] ‖ QVAEQVE INSVLAE EORVM SVNT. FVERVNTVE IEIS ‖ CONSOLIBVS. QVEI SVPRA SCRIPTEI SVNT. QVODQVE ‖ EARVM RERVM IEIS CONSVLIBVS. IEI HABVERVNT ‖ POSSIDERVNT. VSEI FRVCTEIVE SVNT. QVAE DE IEIS REBVS ‖ LO.... ‖ .. QVAEQVE ‖ DE IEIS REBVS ... ‖ .. HAC NE ‖ LOCENT ... ‖ ..AE FACTA ‖ EST ... ‖ A OMNIA ‖ THE... ‖ POSSIDEANT ‖ IEISQVE ...‖VANTVR ‖ ITA VTEI ...‖.REIMVM ‖ FVIT HABVERV..‖VE SVNT ‖ QVAE THERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM PVBLICA ‖ PREIVATAVE PRAETER LOCA. AGROS. AEDIFICIA SVNT ‖ FVERVNTVE ANTE BELLVM MITRIDATIS. QVOD PREIMVM ‖ FACTVM EST. QVODQVE EARVM RERVM IEI ANTEA ‖ HABVERVNT. POSSEDERVNT. VSEI FRVCTEIVE SVNT ‖ QVOD EIVS IPSEI SVA VOLVNTATE AB SE NON ABALIENARVNT ‖ EA OMNIA THERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM VTI SVNT ‖ FVERVNT. ITA SVNTO. ITEMQVE IEIS EA OMNIA ‖ HABERE POSSIDERE. VVTEI FRVEIQVE LICETO.

Altera columna:

QVOS THERMENSES MAIORES PISIDAE LEIBEROS SERVOSVE ‖ BELLO MITRIDATIS AMEISERVNT. MAGISTRATVS PR[4] ‖ MAGISTRATV. QVOIA[5] DE EA RE IVRISDICTIO ERITQV[6] ‖ DE EA RE IN IOVS ADITVM ERIT. ITA DE EA RE IOVS ‖ DEICVNTO. IVDICIA DE...DANTO[7] VTEI I ‖ EOS RECVPERARE POSSINT.

NEI QVIS MAGISTRATVS. PROVE MAGISTRATV. LEGATVS. NEV‖QVIS ALIVS MEILITES IN OPPIDVM THERMESIVM MAIORVM ‖ PISIDARVM AGRVMVE THERMENSIVM MAIORVM HIEMANDI CAVSSA INTRODVCITO. NEIVE ‖ FACITO QVO QVIS EO MEILITES INTRODVCAT. QVOVE IBEI ‖ MEILITES HIEMENT. NISEI SENATVS NOMINATIM. VTEI THERMESIVM ‖ MAIORVM PISIDARVM IN HIBERNACVLA MEILITES ‖ DEDVCANTVR. DECREVERIT. NEIVE QVIS MAGISTRATVS ‖ PROVE MAGISTRATV. LEGATVS. NEV QVIS ALIVS[8] ‖ NEIVE INPERATO. QVO QVID MAGIS IEI DENT. PRAEBEANT ‖ AB IEISVE AVFERATVR. NISEI QVOD EDS[9] EX LEGE PORTIA ‖ DARE PRAEBERE OPORTET OPORTEBIT ‖ QVAE LEGES. QVODQVE IOVS. QVAEQVE CONSVETVDO L. MARCIO ‖ SEX. IVLIO COSS. INTER CIVEIS ROMANOS ET TERMENSES ‖ MAIORES PISIDAS FVIT. EAEDEM LEGES. EIDEMQVE IOVS ‖ EADEMQVE CONSVETVDO INTER CEIVES ROMANOS ET ‖ TERMENSES MAIORES PISIDAS ESTO. QVODQVE QVIBVSQVE ‖

IN REBVS. LOCEIS. AGREIS. AEDIFICIEIS. OPPIDEIS. IOVRIS ‖ TERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM. IEIS CONSVLIBVS ‖ QVEI SVPRA SCRIPTEI SVNT. FVIT. QVOD EIVS PRAETER ‖ LOCA AGROS AEDIFICIA IPSEI SVA VOLVNTATE AB SE NON ‖ ABALIENARVNT. IDEM IN EISDEM REBVS. LOCEIS AGREIS ‖ AEDIFICIEIS. OPPIDEIS TERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM ‖ IOVS ESTO. ET QVO MINVS EA. QVAE IN HOC CAPITE SCRIPTA ‖ SVNT. ITA SINT FIANT. EIVS HAC LEGE NIHILVM ROGATVR ‖ QVAM LEGEM PORTORIEIS TERRESTRIBVS MARITIMEISQVE ‖ TERMENSES MAIORES PHISIDAE. CAPIVNDEIS INTRA SVOS ‖ FINEIS DEIXSERINT. EA LEX IEIS PORTORIEIS CAPIVNDEIS ‖ ESTO. DVM. NEI QVID PORTORI AB IEIS CAPIATVR. QVEI PVBLICA ‖ POPVLI ROMANI VECTIGALIA REDEMPTA HABEBVNT. QVOS ‖ PER EORVM FINEIS PVBLICANEI EX EO VECTIGALI TRANSPORTABVNT.

1) tribuni plebis designati plebem iure rogarunt, plebesque iure scivit; pro tribu ... primus scivit. 2) Man. *Gellio*. u. c. 682., ad quem annum hoc plebiscitum videtur pertinere. 3) L. Marcio Philippo. Sexto Iulio Caesare u. c. 663., ad quem annum Belli Mithridatici initia infra memorata referri videntur. 4) PR. i. e. prove. 5) i. e. cuius. 6) erit, quo. Dirks. 7) iudicia recuperatoresve danto. id. 8) supple: facito. 9) l. eos.

3674. ... MVN. L.[1]) RESTITVTAE. IN. MAIORVM LIBERT ‖ ROMA.[2]) IOVEI. CAPITOLINO. ET. POPLO. ROMANO. VM[3]) ‖ BENIVOLENTIAE BENEFICIQ. CAVSSA. ERGA. LVCIOS. AB. COMMVN.[4])

ΛΥΚΙΩΝ ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΚΟΜΙΣΑΜΕΝΟΝ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΟΝ ΔΗΜΟ‖ΚΡΑΤΙΑΝ ΤΗΝ ΡΩΜΗΝ ΔΙΙ ΚΑΠΕΤΩΛΙΩΙ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ ΤΩΝ ‖ ΡΩΜΑΙΩΝ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ‖ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΤΩΝ ΛΥΚΙΩΝ. —

Romae. Grut. 1009, 5. Graeca emendavimus.

1) f. *Commune L.* i. e. Lyciorum. Add. Grut. parum probabiliter. 2) Romam i. e. Statuam Deae Romae dedicavit; ut in Graecis ad *την Ῥωμην* suppl. *ἀνεϑη-κεν;* neque enim leg. videtur cum Grut. Add. *ΤΗΙ ΡΩΜΗΙ*, propter asyndeton. 3) VIRTVTIS Sirmond. 4) AC COMMVNE. Gudenstein.

SVPPLEMENTVM §. DE TRIBVBVS.

3675. Error, qui me aliosque male habuit de tribu CAMILIA, praeeunte doctissimo Niebuhrio, (*Römische Geschichte*, *zweite Ausgabe.* Th. 1. p. 431.) ita tollendus est, ut CAMILIA, indubitatae fidei tribus, recipiatur in numerum XXXV. Tribuum, prorsus autem ex earum albo deleatur VEIENTINA, utpote quae nitatur quam maxime loco olim corrupto Cic. *orat. pro Plancio* C. 16. §. 38., ubi ex optimis auctoritatibus ego ipse restitui: VFENTINA. et loco itidem corruptissimo *ad Attic.* 4, 16., ubi nunc e Bosii coniectura legunt: *Opimius Vele. Tro. Antius;* quod quidem is de duobus hominibus accipiebat *Opimio*

Veientinâ, *Tromentinâ Antio*; mira saue verburum collucstinue. Sed peius etiam Graevius, deceptus, ut saepe, a Ligorianis Iuscriptt. e Gudii penu, de uno eudemque bomine duabus tribubus adscripto accepit. Verum Cud. Mediceus, Petrarchse manu scriptus, cuius post deperditum eius ἀρχέτυπον, unica est in *Epp. ad Atticum* aucturitss, habet *Opimius Veietorancius*, çui alia manus suprascripsit: „al. *Victorantius*." (Victurius 1571. edidit *Opimius Veietorantius.*) Nequaqusm vero istò loco tribus meutio ullum hsbet locum.

CAPVT XVI.

RES MVNICIPALIS.

---

§. 1. LEGES MVNICIPALES ET COLONICAE.

Pertinet ad hoc Caput ante omnia celebratissima illa Tabula Heracleensis, sive, ut Hugo nos dicere iubet, Heracleensis Tabula, illustrata a Mazochio *Comment. in Regii Herculanensis musei aeneas tabulas Heracleenses.* Neapoli 1754. 2 Vol. fol. Marezoll. Gottingae 1816. Dirksen Berol. 1817. 8.

3676. M. IVNIVS ‖ SABINVS ‖ IIII VIR. AEDILI‖CIAE POTEST ‖ E LEGE IVLIA ‖ MVNICIPALI 1) ‖ PATRONVS ‖ COLLEGI CEN‖TONARIORVM ‖ FRONTEM TEMPLI ‖ VERVIS 2) ET HERMIS ‖ MARMOREIS. PE‖CVNIA SVA ORNA‖VIT ET TVITION ‖ DEDIT HS ∞ ∞ N. CCXXXXII. — Patavii. Fabrett. p. 485, 160. Polcastro *Padova* p. 36.

1) Lege qua C. Iulius Caesar u. c. 707. Galliae Transpadanae civitatis ius dederat. v. Heinecc. *Antiqq.* p. 236. 2) *verva, ae.* m. lapideum caput vervecum s. arietum, quod in aedificiorum zophoris insculpebatur. v. Polcastro et Furlanettum in *App. Forcell.* Ceterum ex hac inscriptione apparet, Patavium municipii loco habitum esse, cuius rei in marmoribus Patavinis nulla fere exstant vestigia. De legibus municipalibus et colonicis v. Otto *de Aedil.* C. 1. p. 32.

3677. M. MECONIO M. F ‖ M. N. M. PRON. COR ‖ LEONI ‖ AED. IIII VIR. LEG. COR. 1) Q. P. P ‖ PATRONO MVNICIPII 2) ‖ IIII VIR. Q. Q ‖ DECVRIONES. AVGVSTALES POPV‖LVS 3) EX AERE CONLATO ‖ OB MERITA EIVS. — Strongili. Fabrett. p. 463, 93.

1) Lege Cornelia. 2) Castri Moeniensium. 3) legitimus hic ordo in multis inscriptt., nisi quod alius loco *populi* exhibent: *Plebs universa*, — *urbana*.

3678. M. MECONIO. M. F ‖ COR. LEONI ‖ AED. IIII VIR. LEG. COR ‖ QVAEST. PEC. P ‖ PATRON. MVNICIPI ‖ AVGVSTALES. PATRONO ‖ OB. MERITA. EIVS ‖ L. D. D. D.

a latere dextro:

KAPVT. EX. TESTAMENTO

HOC. AMPLIVS. REIP. PETELINORVM. DARI. VOLO ‖ HS. $\overline{X}$. $\overline{N}$. ITEM. VINEAM. CAEDICIANAM. CVM ‖ PARTEM. FVNDI. POMPEIANI. ITA. VTI. OPTIMA. MAXI‖MAQ. SVNT. FINIBVS. SVIS. QVAE. MEA. FVERVNT. VOLO. AV‖TEM. EX. VSVRIS. SEMISSIBVS. HS. $\overline{X}$. $\overline{N}$. COMPARARI. AVGVS‖TALIVM. LOCI. $\overline{N}$. AD. INSTRVMENTVM. TRICLINIORVM. DV‖VM. QVOD. EIS. ME. VIBO. TRADIDI. CANDELABRA. ET. LVCERNAS ‖ BILYCHNES. ARBITRIO. AVGVSTALIVM. QVO. FACILIVS. STRATI‖NIBVS. PVBLICIS.[1] OBIRE. POSSINT. QVOD. IPSVM. AD. VTILITATEM ‖ REIP. N. PERTINERE. EXISTIMAVI. FACILIVS. SVBITVRIS. ONVS. AVGVS‖TALITATIS. DVM. HOC. COMMODVM. ANTE. OCVLOS. HABENT ‖ CAETERVM. AVTEM. TEMPORVM. VSVRA. SEMISSE HS. $\overline{X}$. $\overline{N}$. AD. INSTRV‖MENTVM. AVGVSTALIVM. ARBITRIO. IPSORVM. ESSE. VOLO. QVO ‖ FACILIVS. MVNVS. MEVM. PERPETVVM. CONSERVARE. POSSINT ‖ NEQVE. IN. ALIOS. VSVS. VSVRAS. QVAS. ITA. A. REP. PETELINORVM. ACCEPERINT. TRANS‖FERRI. VOLO. QVAM. SI. NECESSE. FVERIT. IN PASTINATIONEM ‖ VINEAM. QVOQ. CVM. PARTE. FVNDI. POMPEIANI. SIC. VT. SV‖PRA. DIXI. HOC. AMPLIVS. AVGVSTALIBVS. LOCI. $\overline{N}$. DARI ‖ VOLO. QVAM. VINEAM. VOBIS. AVGVSTALIBVS. IDCIRCO. DARI ‖ VOLO. QVAE. EST. AMINEA. VT. SI. COGITATIONI. MEAE. QVA. PRO‖SPEXISSE. ME. VTILITATIBVS. VESTRIS. CREDO. CONSENSERITIS ‖ VINVM. VSIBVS. VESTRIS. DVMTAXAT. QVVM. PVBLICE. EPVLAS. EX‖ERCEBITIS. HABERE. POSSITIS. HOC. AVTEM. NOMINE. RELEVATI. IN‖PENDIS. FACILIVS. PROSILITVRI. III. QVI. AD. MVNVS. AVGVSTALITA‖TIS. COMPELLERENTVR. LOCATIO. VINEAE. PARTIS. FVNDI. POMPEIANI. VINE‖AM. COLERE. POTERINT. HAEC. ITA. VT. CAVI. FIERI. PRAESTARIQVE ‖ VOLO. HOC. AMPLIVS. AB. HEREDIBVS. MEIS. VOLO. PRAESTARI ‖ REIP. PETELINORVM. ET. A. REP. PETELINORVM. CORPORI AV‖GVSTALIVM. EX. PRAEDIS. CETERIS. MEIS. PALVM. RIDICAM ‖ OMNIBVS. ANNIS. SVFFICIENS. PEDATVRAE. VINEAE ‖ QVAM. AVGVSTALIBVS. LEGAVI

a latere sinistro:

A VOBIS. AVTEM. AVGVSTALES. PETO. HANC. VOLVNTATEM ‖ MEAM. RATAM. HABEATIS. ET. VT. PERPETVA. FORMA. OBSER‖VETIS. CVRAE. VESTRAE. MANDETIS. QVO. FACILIVS. AVTEM ‖ NOTA. SIT. CORPORI. VESTRO. HAEC. ERGA. VOS. VOLVNTATEM ‖ TOTVM. LOCI. KAPVT. QVOD. AD VESTRVM. HONOREM. PERTI‖NET. — Petiliae, nunc Strongili in Calabria citeriore. Grut. 215, 17. Fabrett. p. 404, 306., cuius lectionem dedimus. Spangenberg. p. 64., ubi initium est corruptissimum. Apud eundem videsis lectionis varietatem. 1) strati ius publ. Spang.

3679. C. CVSPIVS C. F. F.[1]) PANSA ‖ PONTIF. D. VIR. I. D.

C. CVSPIVS C. F. PANSA PATER.[2]) D. V. I. D ‖ IIII QVINQ. PRAEF. ID. EX D. D ‖ LEGE PETRON.[3]) — Pompeiis. Millin *Mag. encycl.* 1818. 4. p. 359. Romanelli *Viaggio* T. 1. p. 256.

1) ita Romanellius, quum Millin non habeat, nisi C. F.; si sincera est Romanellii lectio, interpretandum erit: *Caii filii filius.* 2) scil. C. Cuspii praedicti. 3) Multa quidem habet Romanellius de lege Petronia de servis, lata a. c. 814. v. Heineccium *Hauboldi* 1, 8. p. 116. Sed cur haec h. l. commemorata fuerit, equidem non video. De alia igitur nobis ignota lege Petronia municipali cogito, ex qua, ubi per contentiones municipum Duumviri Iuri dicundo legitimis comitiis populi creari non possent, decurionum decreto crearentur Praefecti Iuri dicundo; ita enim explicandum PRAEF. ID. reor. Simile quid reperitur in lapide Aquileiensi Mur. 537, 2. et in Cenotaphiis Pisanis, de impedimentis ac moris comitiorum municipalium. Ceterum ARDITI, ut didici ex Goro p. 169. in opusculo mihi non viso (*La legge Petronia illustrata col mezzo di una antica iscrizione rinvenuta nell' anfiteatro di Pompeji. Napoli* 1817. 4.) item, ut Romanellius, interpretatur de lege Petronia nobis nota, qua cautum esset, ne servi indemnati cum bestiis committerentur in ludis publicis. Quaestionem hanc decidant Iurisperiti.

3680. In fragmento Casinati, edito a Fabrett. p. 485, 159. et Murat. 309, 3., aliquoties legitur: IIII VIR. P. L. P. — quod Fabrett. interpretatur: *Per Legem Pompeiam.* Sed vide, ne praestet *Petroniam*, si nostra illa suspicio locum habet.

§. 2. DEDVCTIO COLONIARVM. MVNICIPIA FOEDERATA. IMMVNIA. COLONIARVM NOMINA SVB IMPP. PRAEFECTVRAE. — COMITIA. cet.

3681. L. FIRMIO L. F ‖ PRIM. PIL. TR. MIL ‖ IIII VIR I. D ‖ COLONIA. DEDVCTA ‖ PRIM. PONTIFICI ‖ LEGIO IIII. SORANA[1]) ‖ HONORIS ET VIRTVTIS ‖ CAVSSA. — Sorae. — Grut. 409, 9.

1) Nisi traiectio, quam Reinesii audacia suspicatur, facta sit, patet Soram, coloniam militarem Augusteam, deductam esse Legionem IIII., cuius ante deductionem Primopilus primum, deinde ut Tribunus fuerit Firmius noster, idemque post deductionem factus IIII Vir. I. D., cui legio ipsa IIII. ab loco, quo deducta erat, *Sorana* dicta monumentum fecerit. Ut Narbo Martius Decumanorum colonia apud Plin. *H. N.* 3, 4., ita Sora quartanorum, quos a coloniae suae nomine Soranos dictos esse nil impedit, cur mines credamus. *Primo Pontifici*, colonico, an quod primus ab deducta colonia fuit pontifex? an quod inter pontifices colonicos plures ipse primus? Prius magis placet. Hagenb. Mss. Ad Plinii locum facit sequens:

3682. IMP. CAESARI ‖ DIVI ANTONINI ‖ PII FIL. DIVI HADRIANI ‖ PARTHICI PRONEPOTI ‖ D. NERVAE ABNEPOTI ‖ L. AVRELIO VERO AVG. ARMENIACO PONT. MAXIM[1]) ‖ TRIBVNIC. POTESTAT. IIII ‖ IMP. II. COS. II. PROCOS ‖ DECVMANI[2]) ‖ NARBONENSES. — Narbone. Maffeii *Ant. Gall.* p. 70. Bouhier in *Histoire de l'Acad. des Inscr.* V. 9. p. 119. Murat. 212, 2.

1) De controverso hoc Pontificatu max. v. in *Monum. historic.* L. Aurel. Verus.

N. 875. 2) Recte Maffeius interpretatus est Colonos ex Leg. $\overline{X}$.; male vero Mur. publicanos, decumarum exactores. Saxum est anni p. Chr. 164. vel 165.

5683. IVSSV. IMPERATORIS ‖ CAESARIS ‖ QVA ARATRVM ‖ DVCTVM EST. — Terracinae. Grut. 199, 5., sed Gudio 86, 6. teste, Capuae, duplex inscr. in duobus marmoribus. Idem confirmat Mazochius apud Polen. T. V. p. 562.

5684. ° Si fides sequenti lapidi suspecto tribuenda, pomoerium quoque habebant municipia et coloniae:

POMOERI.

VESVNTION. — Vesuntione (*Besançon*). Dunod ex Chifletio. *Mercure Suisse. Janvier* 1743. p. 6.

5685. DIS. MANIBVS ‖ C. IVLIO C. F ‖ BOLTINIA ‖ LONGINO. DOMO ‖ PHILIPPIS. MACEDO‖NIA. VETERANVS ‖ LEG. $\overline{VIII}$. AVG. DEDVCTVS ‖ AB DIVO AVGVSTO VESPASIANO. QVIRIN[1] ‖ REATE ‖ SE VIVO FECIT ‖ SIBI ‖ ET IVLIAE C. LIBERT ‖ HELPIDI CONIVGI SVAE ‖ ET C. IVLIO C. LIBERT. FELICI ‖ ET LIB. LIBERTABVS ‖ POSTERISQ. SVIS FEC ‖ ET C. IVLIO C. L. DECEMBRO ‖ ET IVLIAE C. L. VENERIAE ‖ ET C. IVLIO C. L. PROSDOXO. — Romae. Grut. 516, 2. Similes lapides militum Reate a Vespasiano deductorum habes Grut. 538, 2. Mur. 807, 4. Doni p. 259, 130., ubi iungendum *a signis legionis $\overline{VIII}$. deductus a Divo Aug. Vespasiano Reate.* Cfr. eundem lapidem, sed corruptiorem apud Grut. 1031, 6. Hag. Mss.

1) v. Burmann. *ad Suet.* T. 2. p. 213. Id.

3686. LIBERO PATR ‖ TIB. CL. RVFVS ‖ DEC. COL. ET ‖ FLAMEN[1] ‖ MVN. APVL. — Albae Iuliae. Grut. 67, 1.

1) Cellar. *N. O. A.* T. 1, p. 602. citat ex Zamoscio, non ex Grutero *Flamen* - - - *Mun.* Si lacunae, Grutero omissa, sit in saxo, fortasse implenda erit voce DIAL*is* ex Grut. 115, 6. *Flamen Dial. Mun. Col. Apul.* Notavimus ibi, eundem locum interdum simul Coloniam et Municipium dici. An ergo et hic Dec. Coloniae erit Apulensis? ita accepisse Cellarius l. c. videtur, neque refragor. Nec vero, si velis *Dec. Col.* Sarmizegetusae intelligere, valde repugnabo: eundem enim hominem saxa Dacica saepe in utraque colonia munera obiisse, modo eodem, modo diversa testantur: vide Grut. 69, 9. 7, 2. Ex Rein. VI. 90. in utramque partem potest disputari. Vt in Rein. est *Flamen Sarmiz.* idemque *Decurio Apuli*, ita hic *Dec. Col.* (*Sarmiz.*, si velis) idemque *flamen Apuli*: ut in Rein. est *Dec. Sarmiz. et Apuli*, ita hic *Dec. et Flamen Col. Mun. Apuli.* Quid? si coloni et municipes eiusdem loci interdum communia sacra et communem rerum civilium administrationem habuerint, interdum non communia, sed coloni alia, alia municipes? Hagenb. Mss.

5687. IMP. CAES. AVRELIO ANTONINO ‖ AVG. TRIB. POT. PROCOS ‖ IMP. CAES. L. SEPTIMI. SEVERI PII ‖ PERTINACIS. AVG. ARABICI. ADIABE‖NICI. PARTHICI. MAXIMI. PONT ‖ MAX. FORTISSIMI FELICISSIMI P. P ‖ FILIO DIVI MARCI ANTONINI ‖ GERMANICI. SARMATICI. NEPOTI DIVI ‖ ANTONINI PII. PRONEPOTI DIVI HA‖DRIANI. ABNEPOTI DIVI TRAIANI ‖ PARTH. ET DIVI NERVAE ADNEPOTI ‖ CAPENATES FEDERATI ‖ MANILI. CRESCENTIS PRAET.[1])

Ab altera parte:

DEDIC. XIII. K. OCT ‖ SATVRNINO. ET. GALLO COS.[2]) — Morlupi, ubi antiqua Capena. Gudius 91, 8.; ut ineditum rursus dat Murat. 239, 6.

1) Nota praetorem municipalem. 2) p. Chr. 198.

3688. T. FLAVIO T. F. QVIR. FLAVIANO ‖ AEDILI, QVESTORI DESIGNATO ‖ MVNICIPIO CAPENAE FOEDERATO ‖ T. FLAVIVS AVG. LIB. MYTVS ET ‖ FLAVIA DIOGIS. PARENTES FILIO PIISSIMO ‖ FECERVNT ET SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE ‖ VTRIVSQVE SEXVS POSTERISQVAE EORVM ‖ CVM BALINEO ET AEDIFICIS. QVAE SVNT IVNCTA ‖ EX VTRAQVE PARTE SECVS VIAM CVM AQVAE ‖ DVCTV EX FVNDO CVTVLENIANO ET IVGERA ‖ AGRI CVTVLENIANI P. M. IIII. ITA VTI DEPALATVM EST ‖ H. M. H. N. S. — Sub Soracte. Fabrett. p. 211, 533., nota pleonasmum *utriusque sexus. depalare*, *delimitare* Frontin. et ap. Fabrett. p. 245, 671.:

3689. HI. TERMINI. XIX. POSITI. SVNT ‖ AB SCRIBONIANO ET PISONE FRVGI ‖ EX DEPALATIONE T. FLAVI. VESPASIANI ‖ ARBITRI. Extra portam Nomentanam.

3690. L. PACATIO TYRANNO ‖ HONORATO COLLEGI ‖ FABRVM TIGNARIORVM ‖ ROMANENSIVM[1]) EX ‖ DECRETO ORDINIS MVNICIPI ‖ CAPENATIVM FOEDERATORVM ‖ CONLATIONE FACTA ORDINIS ‖ EIVSDEM MVNICIPI ET ‖ AVGVSTALIVM ET VICANORVM ‖ ITEM LIBERTORVM IPSIVS ‖ OB MERITA EIVS ‖ L. D. D. X. D. — Lepriniani. Fabrett. p. 313, 529.

1) qui vel Collegio Fabr. Tign. Romae adscripti erant, vel ad eiusdem formam Capenae simile collegium constituerant. — In Helvetia cfr. Aventicum foederatum.

3691. VRBI. ROMAE. AETERNAE. AVG ‖ RESP. MVNICIPI. SEVERIANI. ANTO‖NINIANI LIBERI THIBVRSICENSIVM ‖ BVRE.[1]) — Thibursicumburi in Africa. Maffei *Mus. Ver.* 458, 4., auctius ap. Donati 2. p. 349, 5.

1) *Burensium* vel *Burensa:* v. Morcellii *Africam christ.* T. 1. p. 318. *municipium liberum Thugga* est apud Donatum 2. p. 342, 6.

3692. IMP. CAES. T. AELIO HADRIANO ‖ ANTONINO AVG. PIO. COS. II. P. P ‖ TEMPLVM HERCVLIS. PRO IMMVN ‖ PERPET. A SOLO EXSTRVI. EX AERE ‖ CONLATO. STATVAM PONI CVRAVER ‖ DECVR. MVNICIP. CAER. — Caere. Grut. 1012, 5.

v. Cap. de Provinciis et Populis liberis. N. 3675. Municipiis liberis opponuntur Civitates stipendiariae:

3693. P. SVLPICIO QVIRINIO. C. VALGIO COS[1]) ‖ SENATVS POPVLVSQVE CIVITATIVM STIPENDARIORVM *(sic)* ‖ PAGO GVRZENSES HOSPITIVM FECERVNT QVOM L. DOMITIO ‖ CN.

F. L. N. AHENOBARBO. PRO. COS. EVMQVE. ET. POSTEREIS ‖ EIVS SIBI POSTERISQVE SVEIS PATRONVM. COPTAVERVNT. (*sic*) ‖ ISQVE EOS POSTEROSQVE EORVM IN FIDEM CLIENTELAM‖QVE SVAM RECEPIT

FACIVNDVM COERAVERVNT. AMMICAR. MILCHATONIS F ‖ CYNASYN. BONCAR. AZZRVBALIS F. AETHOGVRSENSIS ‖ MVTHVNBAL SAPHONIS. F. CVI. NAS. VZITENSIS. — Cortonae. Marini *Atti* 2. p. 782.

1) u. c. 742.

5694. D. M. ET M.[1]) TVLLIAE. F. T. MARTII ‖ D. A. AETATIS XX ‖ ET VR. DCC. LXXI.[2]) — Mediolani Santonum (Saintes). Millin *Ann. encycl.* 1817. T. 1. p. 253.

1) *Memoriae.* Ante D. M. insculpta est ascia. 2) Viscontius interpretatus est: urbis Santonicae conditae: de Roma condita cepit Chaudruc de Crazannes l. l. cfr. Grut. 113, 2. ANNO POST INTERAMNAM CONDITAM DCCIIII. ib. 207, 1. AB COLONIA DEDVCTA ANNO XC.

5695. RESPVBLICA ‖ POPVLVSQVE CORFINI‖ENSIS* FORMAM AQVAE‖DVCTVS VETVSTATE ‖ CORRVPTAM D. D. REFECIT. — Corfinii. Mur. 473, 12.

5696. * RESPVBLICA POPVLVSQVE ‖ CORFINIENSIS ‖ SACELLVM LYCEIVM ‖ VETVSTATE DELAPSVM ADIECTIS BASILICIS ‖ SVA PECVNIA RESTIT. DECRETO DECVRIONVM. — Rodiani in Marsis. Mur. 120, 1. Suspecta mihi inscriptio, maxime propter mirum illud *sua pecunia* in opere publico municipii. De Sacello Lyceio dubitat Mur. Iovisne fuerit, an Panis.

5697. AB COLONIA DEDVCTA. ANNO XC ‖ N. FVFIDIO N. F. M. PVLLIO DVO. VIR ‖ P. RVTILIO. CN. MALLIO COS ‖ OPERVM LEX. II. — nunc Neapoli, sed pertinet ad Puteolos, estque initium Legis parieti faciundo Puteolanae ap. Grut. 207, 1. Vide ante omnes Zaccaria *Istitus.* p. 158., qui totam legem scite vindicat a suspicionibus Maffeii A. C. L. p. 304.

5698. COLONIA FLAVIA AVGVSTA PVTEOLI. — Neapoli in tubo plumbeo. Mur. 1007, 3. Gud. 207, 7. (Mur. male: *Puteolis.*) Puteolos colonia primum deducta est u. c. 559. Liv. 32, 29. et 34, 45. Grut. 207.; iterum sub Augusto: *Puteolis. Colonia Augusta. Augustus deduxit.* Frontin. p. 106.; tertium sub Nerone. Tacit. *Ann.* 14, 27.; quartum sub Vespasiano vel eius filiis, ut constat ex h. I. et Mur. 1107, 4. cfr. Otto *Aedil.* p. 41. Similia Coloniarum nomina ab Imperatoribus derivata, passim in Inscriptionibus obvia sunt. v. c.:

COLONIA CLAVDIA CELEIA.* — COLONIA IVLIA CONCORDIA AVGVSTA FELIX BENEVENTVM (sub Severo in honorem Iuliae Domnae) Fabr. p. 105, 248. — CONCORDIA VLPIA TRAIANA AVGVSTA FRVGIFERA HADRVMETINA. — VRBS VRBANAE FLAVIAE CONSTANTIS. (Forum Flaminii: MVNICIPIVM FLAVIVM

SALPESANVM.) COLONIA IVLIA FELIX PISAVRENSIS. Iulia Chrysopolis, quae est Parma. *Anonym. Ravennat.* 4, 33. Sed haec ad Geographiam potius pertinent.

3699. T. VINIO RVFO T. TISIENO[1]) OC...[2]) ‖ Q. ORFIO FVLGINIO. C. IEGIO[3]) AED. PRAECTVRA[4]) AMITERNINA PRO REDITV ‖ IMP. CAESARIS AVGV.. ‖ FORTVNA..[5]) — Aquilae. Mur. 80, 7. Giovenazzi *Aveia* p. 124.

1) Titsieno. Giov. 2) OCTOVIR. Giovenazzi. 3) *Legio.* Mur. 4) Praefectura. Giov. 5) Fortunae. Giov.

3700. Ante comitia duumviralia et aedilicia in Municipiis collegia, municipes, et, quod maxime mirum, feminas quoque, ut iis, quibus favebant, apud alios suffragarentur, huiuscemodi tabellas publice proposuisse, ex Pompeiiorum parietinis nuper compertum est:

a) M. HOLCONIVM PRISCVM ‖ C. GAVIVM RVFVM II. VIR(*os*) ‖ PHOEBVS CVM EMPTORIBVS ‖ SVIS ROGAT. (i. e. ei suffragium fert.)

b) C. IVLIVM POLYBIVM ‖ AED(*ilem*) LICINIVS ROMANVS ‖ ROGAT ET FACIT.

c) POPIDIVM RVFVM AED. PISCICAPI ‖ FA(*ciunt*).

d) C. CVSPIVM PANSAM AED ‖ AVRIFICES VNIVERSI ROGANT.

e) IVNIVM SIMPLICEM ‖ AED. V. A. S. P. P. V. B. D. R. P. O. V. F. SEMA CVM PVERIS ROG. (*Virum amplissimum, servatorem (?) Populi Pompeiani, virum bonum, dignum re publica, omni voluntate faciatis Sema – rogat.*) ut notas illas explicat Vindobonensis criticus.

f) CAPELLAM D. V. I. D.
O. V. F. VERNA CVM
DISCENT(*ibus*). i. e. *Duumvirum iuri dicundo omni* (vel *optima*) *voluntate* (vel *optimum virum*) *facit.*

g) P. POPIDIVM SECVNDVM ‖ AED. O. V. F. DIGNVS EST.

h) MARCELLVM ‖ FORTVNATA CVPIT.

Wiener Jahrbücher. XX. p. 12—15.

Ad comitia municipalia haec quoque pertinet inscriptio:

5701. LOCVS ADSIGNATVS AB C. DISSINIO C. F. QVI(*rina*) ‖ CVRATORE REIPVBLICAE BOVILLENSIVM DED(*icatus*) ‖ VIII. K. IANVAR. SEX. SVLPICIO TERTVLLO C. TINEI(*o Sacer*)‖DOTE COS.[1]) CVIVS OB DEDICATIONEM DEDIT ORDIN(*i Decuri*)‖ONVM SING. HS VIIII. ITEM ORDINI AVGVSTALIVM SI(*ng.* HS) ‖ QVOD PERMISERVNT IN CLVPEO. QVOD EI POSVERVN(*t ante*) TEMPLVM NOVM (*sic*) PINGERE EFFIGIEM MA.... ‖ SEVERINAE VIRGINIS ALBANAE MAXI(*mae Soro*)RIS SVAE. POST EXCESSVM VITAE EIV(*s. Hic*) ‖ PRIMVS COMITIA MAGISTRATVVM (*creandorum*) ‖ (*c*)AVSA INSTITVIT M. CIVICA BARBAR(*a et*) ‖ (*R*)E-

GVLO COS.[2]) ANNO VRBIS CONDITAE ..... ‖ (*con*)SENTIENTE .... FVSCO CVR(*atore*). — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 268, 10. Donati 1. p. 169, 2.; correctius ap. Marini *Atti* 2. p. 654. Supplementa uncinis inclusa sunt Marinii.

1) p. Chr. 158. 2) p. Chr. 157. a. c. 910.

3702. D. M ‖ LOCI. VIVI. IO‖RISSLEGXVPOI ‖ CVRANIIIVL CRES‖CENTESLEGEIVSDEM ‖ MVNICIPATVS..AMICI‖CIAECAVSA. — Ancyrae. Hanc ita emendavit I. Frid. Heusingerus in *Act. Erudilor. Lips.* 1769. p. 179.: D. M ‖ L. OCTAVI. VICTO‖RIS. 7.[1]) LEG. $\overline{XV}$. PON[2]) ‖ CVRANTE IVL. CRESCENTE 7. LEG. EIVSDEM ‖ MVNICIPATVS[3]) ET AMICI‖CIAE CAVSA.

1) Centurionis. 2) pro hoc praestabat LEG. $\overline{XV}$. APOL*linaris*. 3) nota vocabulum alias in lapp. vix obvium.

§. 3. POPVLVS. MVNICIPES. INCOLAE. CIVITAS IN MVNICIPIIS. EQVITES MVNICIPALES. HONORE VSI. TRIBVS MVNICIPALES. PHRATRIAE.

3703. Q. MVTICILLO Q. F. AEM. SEX. DECIANO Q. Q. C. P[1]) ‖ Q P. P.[2]) EQVO PVB ..NORATO[3]) AB IMP. DIVO ‖ HADRIANO. ALLECTO IN C.... VRIS[4]) AB IMP ‖ ANTONINO AVG. PIO. PATRONO MVNICIPI ‖ OB AMOREM PATRIAE ET ....FICENTIAM[5]) ‖ MVLTAQVE MERITA EIVS EX CONSENSV POPVLI ‖ CVIVS OB DEDICATIONEM ITERVM DECVRIONIBVS ‖ HS. $\overline{VIII}$. N. AV...IBVS HS. $\overline{VI}$. N. POPVLO ‖ VIRITIM HS. $\overline{IIII}$ DEDIT ‖ L. D. PVB. D. D. — Hipponii s. Vibone Valentiae, hodie Monteleone. Millin *Magasin encycl.* 1812. 2. p. 403.

1) Quattuorviro Quinquennali cudendae pecuniae, explicat Romanelli: alii Quinquennali Curiae perpetuo. Fortasse: *Coloniae Patrono.* 2) Quaestori Pecuniae publicae. 3) publico honorato. 4) *Collegium Iuris.* Romanellii supplementum admodum dubium; nonne potius est QVINQVE DECVRIIS pro *Decuriae?* 5) munificentiam.

3704. FL. T. FIL. VARIANE ‖ OB MERITA ‖ CRESCENTIS ‖ AVGVSTOR.[1]) LIB. PATRIS EIVS ‖ QVI OMNES HONORES ‖ MVNICIPI. $\overline{N}$.[2]) DELATOS SIBI ‖ SINCERA FIDE GESSIT ‖ DEC. POPVLVS. Q.[3]) — Gabiis. *Biblioth. der alten Lit.* Fasc. X. p. 5.

1) Antoninorum fratrum. 2) *nostri.* 3) *Decuriones populusque.*

3705. MAMMIO MAXIMO ‖ AVGVSTALI ‖ MVNICIPES ET INCOLAE ‖ AERE CONLATO. — Herculanei. Maffei *Mus. Ver.* 351, 2.

3706. CN. CAESIO ATH..[1]) ‖ ADLECTO INTER C......[2]) ‖ (*ob*) PIETATEM ET ‖ (*m*)VNIFICENTIAM EIVS ‖ (*e*)RGA DOMVM DIVINAM ‖ (*et*) MVNICIPIVM AVG. VEIOS ‖ (*Ce*)NTVMVIRI. ET SEVIRI ET ‖ (*A*)VGVSTALES ET MVNICIPES ‖ (*in*)TRA. MVRANI

EX AERE QVOD ‖ (*in*) ORCHESTRA CONLATVM EST ‖ (*lu*)DIS. QVOS FECERVNT ‖ (*V*)ERGILIVS COGITATVS ‖ (*I*)VLIVS SENECIO IIVIRI. — Veiis, nunc Neapoli. Marini *Atti* 2. p. 831. nota h. l. ordinum distinctionem: 1) Centumviri. 2) Seviri. 3) Augustales. 4) Municipes intramurani. v. infra in Seviris Augg.

1) *Athicto* v. infra. N. 3737. 2) Centumviros.

3707. P. VOLVMNIO. L. F ‖ VIOLENTI ‖ IIII VIR. II. VIR ‖ MVNICIPES ET ‖ INCOLAE ‖ EX COMMODIS.[1] — Perusiae. Grut. 1102, 6. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 301.

1) i. e. ex redditibus publicis. Hoc alias vix reperias.

3708. C. TVLL. FLAMINIVS ‖ DECVRIONIS FILIVS[1] ‖ DOMO CATINA EX PROVINCIA SICILIAE. INCOLA ANTIPOLITANVS SIBI ET S. — Antipoli. Grut. 410, 1. Maffei *Ant. Gall. sel.* p. 58, 4. Mur. 1025, 5.

1) Singulare est *Decurionis filius* ita positum; unde Scal. *Ind.* XVIII. retulit. Holthenu *Ind.* XXIII. cognomen est visum. Ego puto hominem nostrum incolam Antipoli, patre domi, in Sicilia, nobili decurione Catanensi, natum se iactare. Hagenb. Mse.

3709. P. RVTILIVS P. L. MENELAVS ‖ INCOLA EX DD. MVNICIP ‖ MVNICIPI. PONTIF.[1] D. S. P. — Pelpit in Hispania. Mur. 151, 4.

1) i. e. incola, inquilinae ex decreto decurionum municipii, municipii pontifex factus. Sic incolas aliquoties ad honores municipales promotos legimus. Hagenb. Mse.

3710. AVITAE MODERATI ‖ FILIAE. AVIAE ‖ OB. HONOR. QVOD. CIVIS ‖ RECEPTA. EST ‖ CAPERA..[1]) COCCEIA CELSI ‖ F. SEVERA NORBENSIS CVRA ET IMPENSA SVA ‖ F. C. — Placentiae in Hisp. Grut. 933, 10.

1) Cave cum Scalig. Ind. 23. *Capera* pro gentilitio nomine muliebri habeas Cocceiae, Avitae neptis (ne dicam, eandem de suo praefuisse C.) Est enim *Capera* urbs nomea; unde Plinius *H. N.* 4, 35. *Caperenses* dixit. v. Cell. *O. A.* 1. p. 74. et Wess. ad *Ant. Itin.* p. 433. (Vekert 3. p. 430. eam urbem nominat *Caporum.*) *Capera* ergo accipio CAPERAna, vel CAPERAE, quod fort. in saxo leg. E in fine addito. Ceterum ut ineditae duae, alia quam in Grutero eoot facie (sed corruptiores) dat Mur. 1064, 5. et 6. Hagenb. Mse. Cfr. Mur. 85, 7. quod dedimus in Diss. §. Laree. N. 1663.

3711. C. VMBRICIVS ‖ C. F. SCA. CANSO ‖ COLON. ADLECT ‖ D. D FLORENT[1]) ‖ SIBI ET ‖ VOLTVRNIAE ‖ C. FILIAE ‖ TERTVLLAE ‖ VXORI. — Florentiae. Grut. 489, 7. Gori *Etr.* 1. p. 28, 50.

1) Aliter explicari nequit potest, nec debet nisi *Colono* (gratis) *adlecto Decreto Decurionum Florentinorum.* Errarunt Grut. in *Add.*, Salvinius et Gorius l. l. Hagenb.

3712. A. OCTAVIO ERONI ‖ MAIORI ‖ COLONI ‖ ET ‖ INQVILINI.[1]) — Beneventi. Mur. 1104, 1., sed ubi eundem titulum repetit p. 1112, 3.: In ruinis Lunensibus e schedis Cyriaci.

1) *Coloni* et *Inquilini* explicari possunt municipes et incolae; ut est in alio lap. Beneventano Grut. 460, 2. Rectius vero, ni fallor, de Vita *Inscriptt.* p. 24, 31.

accipit de *Colonis rusticis*; ita ut *Coloni* rusticis, *Inquilini* urbanis praediis adscripti significentur.

3713. QVINTO FABIO CELERI ‖ EQVITI ARRETINO.[1]) — Arretii. Mur. 699, 7. — EQVITI FLORENTINO. ib. 801, 5.

1) „Apud Grut. quoque habemus Equitem Alcetiensem, Eq. Reatinum." Mur. Sed videndum, ne significatur Equites Romani, Arretio, Florentia cet. oriundi. ut v. e. Mur. 755, 3. Taurini: IIII VIR. AEDILI POTESTATE. EQVES RO.

3714. C. VESNIO. C. F. STEL. VINDICI ‖ POPVLI VRVINI. PATRONO SVO ‖ ET MVNICIPII. AEDIL. IIII. VIR ‖ VIAR. CVRANDARVM. TRIB. MIL. ‖ LEG. VIII AVG ‖ QVO MILITANTE CVM LIBERATA ESSET ‖ NOVIA. OBSIDIONE. LEGIO PIA. FIDELIS ‖ CONSTANS. COMMODA COGNOMINATA EST ‖ IPSE VT DEVOTISSIMVS IMPERATORI ‖ COMMODO. AVG. PIO. FELICI. OBIECTO HONORE ‖ QVAESTOR DESIGNATVS EST. ANNORVM XXIIII[1]) ‖ DIVISIT OB DEDICATIONEM BIGAE. DECVRION ‖ SINGVL. -X. V. COLLEGIS OMNIBVS VIII. PLEBEI ‖ ET HONORE VSIS[2]) -X. III. L. D. D. D. — Vrbini. Grut. 485, 8. Fabrett. p. 665, 517.

1) Quum ante annum XXVII. (vel XXV.) peti non liceret. Grut. 2) In lapp. Vrbinatibus compluribus Grut. 353, 6. 387, 8. 392, 1. 471, 3. Fabrett. p. 664, 514. et 516., haec formula *Plebe urbana et honore usi* constanter legitur, in aliis municipiis et coloniis nondum observata. Salmasius cum his comparavit, et pro iisdem habuit *Honoratos* ap. Lamprid. *Alex. Sev.* C. 28. et 40. Hagenbuchius: „Puto significari illos, quibus ius honorum non fuerit, quique honore aliquo tamen gratis et honoris causa fuerint usi." Sic ut interpretaretur, inductus fuit Don. p. 139, 6. *Patrono. Municipii. Cur. Funi. H. V.* (*Honore Vso.* male explicato, nam est: *Herculis Victoris;* Tibure.) Spon 56, 2. et maxime Murat. 639, 6. *Decuriales Pullarii et H. V.*, ubi recte exponitur *Honore Vsi.* non *Haruspices Vrbani.* Sed longe alia res est de *Honore Vsis* Vrbinatibus, quos equidem arbitror, quum Plebi Vrbanae postponantur, ex *Incolarum s. Inquilinorum* numero fuisse, quibus honoris causa propter meritum aliquod, vel divitias, concessum fuerit ius una cum municipibus suffragia in huiusmodi populi scitis, qualia memorantur in saxis supra laudatis, ferendi. Pertinet huc fortasse sequens quoque saxum incertae interpretationis:

3715. AVRELIO VICTORI ‖ XV VIRO. SACR. FAC ‖ LEG. AVGG. PRO. PR ‖ PROV. PANN. INF ‖ PATRON. R. P. H. V[1]) ‖ D. D. — Ameriae. Grut. 372, 8.

1) artas basce Hagenb. interpretatur: *Rei publicae. Honore Vso*, vel *Vsus. Decreto Decurionum;* alii minus probabiliter. *Reipubl. Huius Vrbis*, vel *Reip. huius vigilantissimo.* HONORATI memorantur in seq. lapide:

3716. GN STENNIO EGNATIO GN STENNI ‖ EGNATI RVFI F. FAL[1]) PRIMO ....R[2]) ‖ II QQ OMNIBVS ONERIBVS ET ‖ HONORIBVS FVNCTO SAC. P[3]) ‖ DEAE ISIDIS ET SERAPIDIS CVRAT[4]) ‖ OPERVM PVBLIC. INGENVI HONORATI ‖ ET AVGVSTALES[5]) PATRONO DIGNISSI‖MO OB INFINITA MERITA EIVS CV‖IVS DEDICATIONE SINGVLIS VNI‖VERSISQ EORVM SS. CENTENOS M ‖ DEDIT DIEM AVTEM LVDORVM PLENISSI‖ME EXHIBVIT LD. DD. — Acerrae. Lupulus p. 12.

1) Falerinâ. 2) *Aed.* II *Vir.* supplevit Lupulus. 3) Sacerdoti perpetuo s. publico. 4) Curatori. 5) notanda haec trium ordinum distinctio.

Cum Hagenbochii opinione de Vrbinatibus illis Honora Vsis conferendus nunc ets Morcellius *Opp. epigr.* Vol. 3. p. 90.

3717. D. M ‖ T. ATTICI ‖ STRABONIS ‖ ROMVLI ‖ CLARISSIMI ‖ PVERI.[1]) — In Castro Riano. Grut. 368, 3.

1) Nota titulum istum in Municipio.

3718. C. BVLTIO GEMINIO ‖ TITIANO PROCOS ‖ PROV. SICIL. COC. C.[1]) OB INSIGNEM EIVS ‖ BENIVOLENTIAM ‖ ERGA ORDINEM ET ‖ PATRIAM. XII TRIB[2]) ‖ PATRONO MERENTI. — Marsalae in Sicilia. Spon *Misc.* p. 184, 4. Mur. 683, 2. Torremuzza p. 45, 8.

1) pro COC. C. apud Spon et Torremuz. Murat. habet COCC. Tu corrige COL. C. Coloniae Curatori. On. 2) rarissimo exemplo Lilybaetanorum populus per tribus XII. divisus erat. Unius earum nomen exstat in sequente inscriptione, itidem Marsalae reperta: (Spon *Misc.* p. 184, 5. Mur. 719, 3. Torremuzza p. 53, 27.):

3719. M. MARIO M. F. CLABILIO[1]) GLAVCO. PATRI ‖ SENATORIS. EQVO PV‖BLICO EXORNATO. PA‖TRONO OB MERITA EIVS ‖ QVAE IN CIVES SVOS ‖ CONFERT. C. V. ADLECTO INTER TRIBVNICIOS AB IMP. CAESARE ‖ M. AVR. COMMODO ANTO‖NINO PIO FELICI ‖ AVG. TRIBVLES TRIB ‖ IOVIS AVG. PECVNIA ‖ SVA. L. P. D. D. D. — Tribus ista Iovis Augusti in ipsius Commodi honorem, monente Torremuzza, hoc nomen videtur cepisse; quoniam in nummis adsciverat cognomina Optimi maximi, Iovis Iuvenis, Apollinis Monetae, Herculis Romani. v. Eckhel *D. N.* Vol. 7. in Commodo p. 116. seqq.

1) CL. ABIETI Spon.

3720. Neapoli notandae PHRATRIAE sive PHETRIAE, de quibus egit Ignarra in libro singulari Neapoli 1797. 4. edito:

C. HERBACIO MAEC ‖ ROMANO DE. MAR....[1]) ‖ ... II VIRO AL ‖ .... LICIO[2]) QVAEST ‖ CVR. SACRAE PECVN ‖ CVR. II. FRVM. COMPAR[3]) ‖ SE VIVO FECIT ‖ QVI OB PROMISS. VENAT[4]) ‖ PHETRIS DIVISIT QVINA ‖ MIL. NVM. — Neapoli. Grut. 418, 6.

1) Démarcho. 2) quinquennalicio. 3) frumento comparando. 4) venationem.

§. 4. DECVRIONES. ORDO SPLENDIDISSIMVS. SENATVS. CENTVMVIRI. SEXPRIMI. DECEMPRIMI. PRINCIPES. PRINCIPALES. PATRONI. PATRONAE. MATRES COLON.

3721. Omnem rem municipalem quam maxime illustrat Tabula aenea in agro Canusino 1675. effossa, et edita a Sponio *Misc.* p. 280., Fabrett. p. 598, 9. v. Io. Lami *in antiq. tab. aheneam decurianum nomina et descript. continentem Observatt.* Florentiae 1745. fol. Gori *let-*

tere critiche sopra l'Osservazioni (del Lami). Lucca 1745. 4. et ante omnes: Damadeni *Aes redivivum s. Tabula Canusii eruta, illustrata* in Graevii *Thes. Antiq. Ital.* T. IX. P. V.

L. MARIO MAXIMO II. L. ROSCIO AELIANO - - COS.[1]

M. ANTONIVS PRISCVS. L. ANNIVS SECVNDVS II VIR. QVINQVENN. —

NOMINA DECVRIONVM IN AERE INCIDENDA.

PATRONI C. C. V. V.[2]

(*sequuntur nomina* XXXI. *ex quibus unum erasum.*) *quarto loco exhibetur:* L. DIDIVS MARINVS. cfr. Grut. 402, 4.

PATRONI E. E. Q. Q. R. R.[3]

(*nomina* VIII. *Qui loco sexto et septimo exhibentur* T. AELIVS RVFVS *et* T. AELIVS FLAVIANVS, *iterantur in columna seq. inter quinquennalicios.* 1. 4. et 5. *non addito* IVN. *ut in pluribus cognominibus factum est.*)

QVINQVENNALICII

(*nomina* VII., *inter quae loco sexto et septimo recurrunt* M. ANTONIVS PRISCVS *et* L. ANNIVS SECVNDVS.)

ALLECTI INTER QVINQ.

(*nomina* IV.)

II VIRALICII

(*nomina* XXXIII. *Tribus additur* II. *sive iterum.*)

AEDILICII

(*nomina* XIX.)

QVAESTORICII

(*nomina* IX.)

PEDANI.[4]

(*nomina* XXXII.)

PRAETEXTATI[5]

(*nomina* XXV.)

ita ut Canusii Decuriones universi tunc temporis fuerint CLXIV. deductis deducendis.

1) p. Chr. 223. 2) Clarissimi Viri. 3) Equites Romani. 4) „qui nondum maioribus honoribus decorati in albo Decurionum solummodo versabantur, quos barbare *pedaneos* lamina vocat, quum *pedarii* dici debuissent. v. Gell. 3, 18." Fabrett. p. 658. 5) minores natu videntur fuisse, qui nondum togam virilem sumpsissent. Ceterum hinc intelligitur, quid sibi velit formola passim obvia: Patrono Municipii *omnibus honoribus functo.* Cfr. Savigny *Geschichte des röm. Rechtes.* T. 1. p. 67. Stancovich *Pola* p. 122.

3722. M. AVRELIO. ELAINI FILIO ‖ MARCELLO ‖ PONTIF.[1] IVR. DIC. SORR. NOV[2] ‖ QVAESTORI ARK. PVBLICAE ‖ PATRON. COLL. FAB. ET CENT ‖ HVIC PRIM. OMNIVM. SPLENDID ‖ ORDO. EX SPORTVL. SVIS.[3] OB. MER. EIVS ‖ STATVAM PONENDAM CENSVER ‖ CVIVS OB DEDICATIONEM DEDIT ‖ DECVRIONIBVS. PANE. VINV. ET *. X ‖ HOC AMPL. OB HON. SIBI OBLATVM ‖ HS V. N. POPVL. IN ANNONAM ‖ PER-

PETVO ‖ DEDIT. L. D. D. D. G. (*sic*) A.[4]) T. VARIO ‖ SEVERO. — Montefiascone. Mur. 681, 2.

1) Exspectabas PRAEF. 2) Mur. coniecit: FORO NOVO. Sed Marini *Atti* 2. p. 424. explicat SORR*inensium* NOV*anorum*, conferrique iubet marmor Viterbense ap. Mur. 201, 6. et correctius ib. 1083, 8.:

3723. VITELLIVS L. F. MERENNA ‖ AVGVSTALIS. SVRRINENSIVM ‖ FECIT SIBI ET ANNIAE ‖ CAECILIAE CONIVGI BENEMER. — Prope Viterbum hodie situs est pagus *Soriano*, in diplomatis medii aevi *Surianum*, *Syrianum*.

3) de aportelis Decurionum consule Marini. l. l. p. 400. 4) coram agente.

3724. M. HELVIO M. F. M. N. SERG ‖ AGRIPPAE F ‖ IIVIC ORDO SPLENDIDISSIMVS [1]) ‖ ROMVLENSIVM ‖ IMPENSAM FVNERIS STATVAM ‖ LOCVM SEPVLTVRAE ‖ DECREVIT ‖ M. HELVIVS AGRIPPA PATER ‖ HONORE VSVS ‖ IMPENSAM REMISIT. — Hispali. Maffei *Mus. Ver.* 422, 1.

1) ORDO MVNICIP. AMPL. LICITANORVM ap. Grut. 421, 7.

3725. SEX. VENCIO ‖ IVVENTIANO ‖ FLAMINI DIVI AVG ‖ ITEM FLAMINI ET CVRA‖TORI MVNERIS GLADI‖ATORÍ. VILLIANI. ADLEC‖TO IN CVRIAM LVGVDV‖NENSIVM. NOMINE ‖ INCOLATVS. A SPLEN‖DIDISSIMO ORDINE ‖ EORVM ‖ ORDO VOCONTIOR ‖ EX CONSENSV ET POS‖TVLATIONE POPVLI ‖ OB PRAECI‖PVAM ‖ EIVS IN EDENDIS ‖ SPECTACVLIS LI‖BERALITATEM. — Diae Vocontior. Grut. 484, 2.

3726. PRO SALVTE ‖ COLONIAE ET ORDINIS ‖ DECVRIONVM ET POPVLI ‖ TVDERTIS. IOVI OPT. MAX ‖ CVSTODI CONSERVATORI ‖ QVOD IS SCELERATISSIMI SERVI ‖ PVBLICI. INFANDO LATROCINIÓ ‖ DEFIXA MONVMENTIS ORDINIS ‖ DECVRIONVM NOMINA ‖ NVMINE SVO. ERVIT AC VINDI‖CAVIT. ET METV PERICVLORVM ‖ COLONIAM CIVESQVE LIBERAVIT ‖ L. CANCRIVS CLEMENTIS LIBERTVS ‖ PRIMIGENIVS ‖ SEXVIR AVGVSTALIS ET FLAVIALIS ‖ PRIMVS OMNIVM HIS ‖ HONORIBVS AB ORDINE DONATVS ‖ VOTVM SOLVIT. — Tuderte in Vmbria. Grut. 19, 6., accuratius ap. Morcell. *Stil.* 1. p. 51. Immerito haec inscr. nonnemini erat suspecta.

3727. Q. CONSIDIO NAMPIAMOVIS FILIO ... ‖ AEDILICIO. II VIRALI OB EXIMIAM ‖ ADMINISTRATIONEM ET SINGVLAREM ERGA CI‖VES AMOREM VNIVERSAE CVRIAE.[1]) *In latere:* DEDICATA II. IDVS AP... ‖ AGRICOLA ET CLEMENTIANO COS.[2]) — Turuzae in Africa. Maffei *Mus. Ver.* 462, 5.

1) Haec formula obscurae significationis exstat etiam in aliis saxis Africanis apud Maffeium 458, 7. et 462, 3. Fueruntne diversorum ordinum, Decurionum, Augustalium cet., item Collegiorum et sodaliciorum curiae sive scholae? 2) p. Chr. 230.

3728. SENATVS POPVLVSQ. TIBVRS. in fragm. apud Grut. 254, 2. SENATVS POPVLVSQVE TIMILIGENSIS. Reines. VII. 17.

SENATVS POPVLVSQVE LAVRENS. Fabrett. C. X. 6⁷. cet. Cfr. Otto *de Aedil.* p. 60. De ACTIS CVRIARVM MVNICIPALIVM. v. Marini *Atti* p. 421. a. Nota et: „DECVRIONES IN HAC CVRIA QVI COMVENIVNT" (*sic*) ap. Marini p. 69. PATER DECVRIONVM. ib. 94. b. — CVRIALES longe rarius in Inscriptt. memorantur, quam Decuriones. v. c.:

3729. L. CANTIO L. F ‖ LEM. SEPTIMINIO EQ ‖ PVB. FLAM. PATRON ‖ COL. VLPIAE PARENT [1] ‖ CVRIAL. VET. PAR [2] ‖ OMNIBVS HONORIB ‖ MVNICIPAL. FVNCTO ‖ PRAEF. ET PATR. COLL. [3] FABR ‖ II VIRI. AERE. CONLATO ‖ L. D. D. D. — Parentii, hodie Parenzo. Stancovich *Pola.* p. 110.

1) *Parentanorum.* 2) Stancovich explicat *Curialium veterum Parentii.* Ego vero potius: *Curiali*, i. e. Decurioni *veterum Parentanorum*, ut alibi: *Arretini veteres, Veteres Nolani.* Grut. 468, 9. Parentii igitur veteres municipes suos videntur habuisse decuriones, honore antecedentes novorum a Traiano illuc deductorum colonorum decuriones. 3) hoc quoque rarum, ut aliquis Praefectus simul sit et Patronus Collegii.

3730. C. DEXIVS. C. F. P. VELLIVS P. F. M. ACCIVS M. F. IIII VIRI. IVR. DIC ‖ EX S. C. [1] EX PECVNIA PVBLICA ET CONLATITIA. QVAM MVNICIPES ET INCOLAE ‖ SVA VOLVNTATE CONTVLERVNT FACIVNDAM CVRARVNT EIDEMQVE ‖ PROBARVNT. — Vulceii in Lucania. (lapidem anni 323. p. Chr. ad Vulceianae civitatis fundos spectantem habes Grut. 209, 2.) Mur. p. 474, 8.

1) Memorabilis hic in primis Senatus municipalis pro ordine Decurionum. Ita Don. p. 81, 56. Mor. 476, 6. — Aeserniae secundum Donium; Allifani sec. Murat.;

3731. Q. FVFIVS (*Fusius* Don.) Q. F. BAL. [1]
C. ANTRACIVS C. F. IIII VIR. Q.
D. SS. BALNEVM. REF. CVR ‖ C. ANTRACIVS C. F. PROBAVIT. — D. SS. Murat. interpretatur *de suo sumptu*, Hagenbuch. vero: *de senatus sententia.*

1) *Bal.* corruptum. Fortasse: FAL*erina.*

3732. L. SORA L. F ‖ L. ARRIVS M. F ‖ IIII VIR. D. V. D. S. S [1] ‖ TERM. C. [2] — Capuae. Don. p. 200, 151. Mur. 486, 1.

1) *de voluntate decurionum singulorum terminos constituerunt*, Gorius in indice Don. XX. Sed Hagenb. in D. V. latere arbitratur *Iuri Dicundo.* D. S. S. *de senatus sententia* cet. explicans. Cfr. Mur. 477, 2. Signiae: QVATVORVIRI I. D. S. C. (senatus consulto) AVGVRES AEDEM REFICIENDAM — CVRAVER. 2) *terminandum cur.*

3733. VICTORI ‖ CENTVRIONI ‖ LEGIONARIO ‖ EX. EQVITE ‖ ROMANO ‖ OB MVNIFICENTIAM. ORDO ‖ SICCENSIVM [1] ‖ ... CIVI ‖ ET CONDECVRIONI [2] ‖ DD. PP. — Tuneti. Donati T. 2. p. 266, 6.

1) v. Morcellii *Afr. Christian.* T. 1. p. 276. 2) vocabulum vix alias reperiendum. Nota et *Consetaranam* ap. Donati 2. p. 268, 1.

3734. AETERNO PRINCIPI ‖ D. N. FLAVIO. CLAVDIO. IVLIANO. VBIQVE VENERANDO. SEMPER. AVGVSTO. ORDO ‖

POSSESSORESQVE.[1]) BRI‖XILLANORVM.[2]) OPTATA[3]) ‖ DEVOTIONE. DEDICARVNT ‖ BONO. REIPVBLICE ‖ NATO ‖ I. — Parmae. Ex lapide ipso, Lama p. 116. Grut. 284, 9. Mur. 263, 8.

1) *Ordinem possessoresque* alicuius civitatis iungi etiam apud ICtos veteres, ostendit Cannegieterus *de difficilior. quibusdam legibus*, et in *Observatt. Iuris Romani* L. 1. C. XI. p. 75. Saxius *Miss.* 4. p. 36. 2) Brixillum s. Brixellum, hodie *Brescellu*, ut scribit Lama. (*Bregella* Reinhard.) 3) PIA Mur., quod equidem praeferrem, nisi Lamae obstaret αυτοψια.

3735. D. M ‖ RVSP. ATROPHILI ‖ RVSON. SENATOR ‖ COL.[1]) LIBERTO DE ‖ SE BENE MEREN‖TI IN SVO POSV‖IT. ET SVB ASCIA ‖ DEDICAVIT. — Lugduni. Grut. 464, 9. Spon *Lyon.* p. 229, 15. in deperditis.

1) Otto *de Aedil.* p. 60. hinc fecit Senatorem Coloniae Lugdunensis. Sed quanto rectius Spon l. l. *Senator* (nom. propr., quamvis et hoc et praecedentia fortasse sint corrupta:) *Colliberto!* Vix enim invenias Decurionem Senatoris nomen sibi arrogantem, etsi Decurionum ordo splendidissimus variis in locis Senatum sese nuncupet. *Conscripti Municipii Ferentini* sunt ap. Grut. 456, 1., quod dedimus in historicis; *Trusanus*: N. 784.

3736. In lapide Senogalliensi mutilo ap. Mur. 875, 7. „EQVESTRIS ORDINIS VIR PATRIBVS ET PLEBI GRATVS" memoratur; decuriones scil. PATRES quoque videntur se interdum vocasse.

3737. CN. CAESIO ‖ ATHICTO ‖ ALLECTO. INTER C̄. VIR ‖ OMNIBVS. HONORIBVS ‖ EXORNATO ‖ EX AERE CONLATO ‖ QVAM MVNICIPES. OMNIS ‖ ORDO EĪ. CONTVLIT ‖ IN ORCHESTRA. LVDIS ‖ QVOS FECERVNT ‖ P. MEMMIVS. APVLVS. P. ET ‖ C. POPPAEVS. PRISCVS II̅. VIR.

DEDICATA ‖ KALENDIS ‖ APRILES ‖ MAXIMO ‖ ET GLABRIONE COS[1]) ‖ CLO. FORTESIO ‖ FELICI ET NEMONIO ‖ SERVANO IIII VIRIS ‖ VEIENTIVM. — Veiis. Nibby *Viaggio* 1. p. 49.

1) p. Chr. 256.

3738. CAESIAE SABINAE ‖ CN. CAESĪ. ATHICTI ‖ HAEC SOLA OMNIVM ‖ FEMINARVM ‖ MATRIBVS. C̄. VIR.[1]) ET ‖ SORORIBVS. ET FILIAB ‖ ET OMNIS ORDINIS ‖ MVLIERIBVS MVNICIPIB ‖ EPVLVM DEDIT. DIEBVSQ ‖ LVDORVM ET EPVLI ‖ VIRI SVI BALNEVM ‖ CVM OLEO GRATVITO ‖ DEDIT ‖ SORORES PIISSIMAE. — (nunc Romae.) Marini *Iscriz. Alb.* p. 60. Morcelli *St.* 1. p. 135.

1) Centumviri vix alias, praeterquam hic et in decreto Veientium ap. Fabr. p. 406, 316. et Perusiae pro decurionibus reperiuntur. Cfr. Cic. *Or.* 2. *de L. Agr.* C. 35. Vbi repertum fuerit hoc saxum, incertum est. Quamquam manifesto itidem ad Veios pertinet.

3739. Centumviros Perusiae quoque fuisse apparet ex seq. monumento:

IMP. CAES. DIVI SEPTIM... ‖ SEVERI PII ARAB. ADIAB ‖ PARTH. MAX. BRITT. MAX. FILIO ‖ IMP. CAES. M. AVR. ANTONINI PII AVG ‖ PARTH. MAX. BRITT. MAX. FRATRI ‖ DIVI.

MARCI ANTONINI PII GERM ‖ SARM. NEPOTI. DIVI ANTONINI ‖ PII PRONEPOTI. DIVI HADRIANI ‖ ABNEPOTI. DIVI TRAIANI PARTH ‖ ET DIVI NERVAE ADNEPOTI. (*Plures versus consulto erasi*) ... PRO [1]) COS ‖ EX DEC. C. VIR. PEC.[2]) SEV ‖ CVRATORE M. VIPI..... ‖ TIANO F.... V ‖ L. VALERIO SABINO. ‖ .... — Perusiae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 272.

1) f. Iulio Galerio Aspro. p. Chr. 212. 2) leg. videtur *fec.* Vermigl.

5740. Singularis plane est Curia Mulierum Lanuvinarum, quacum fortasse comparandum Senaculum mulierum Romae. v. Nardini *Roma antica* 2, 80.:

C. SVLPICIO VICTORI ‖ PATRI EE. QQ. RR.[1]) HOMINI ‖ INNOCENTISSIMO. PATRONO ‖ MVNICIPI. S. P. L.[2]) OB INPAREM[3]) (*sic*) OBSEQVIVM ET ‖ ERGA SE IMMENSAM MVNIFICENTIAM EIVS. EQVES‖TREM PONENDAM CEN‖SVERVNT. DEDICARVMQ.[4]) (*sic*) ‖ OB CVIVS DEDICATIONEM ‖ VIRITIM DIVISIT DECVRI‖ONIBVS ET AVGVSTALIB ‖ ET CVRIS. N. XXIIII ‖ ET CVRIE ‖ MVLIERVM EPVLVM ‖ DVPLVM DEDIT. — Sub Lanuvio. Fabrett. p. 659, 497.

1) *Equitum Romanorum duorum.* 2) *Senatus Populusque Lanuvinus.* Hagenbach. tamen dubitabat, annon potius S. P. L. sit SPL*endidissimi.* Mihi non videtur. 3) i. e. incomparabile. Hagenb. 4) Hinc vides ortam formam perfecti Italici: *dedicarono.*

5741. M. IVLIO ZOTICO ‖ DECVRIONI ‖ PATRI DECVRIONVM ‖ ET SEVIRO. AVGVSTALIVM ‖ QQ.[1]) EIVSDEM ORDINIS ‖ DENDROPHORI QQ.[1]) SVO PERPETVO ET PATRONO ‖ DIGNISSIMO. OB ME‖RITA EIVS. D. D. D. *Ab altera parte:* DEDIC. VIII. KAL. IVL ‖ IMP. M. AVRELIO ..... ‖ PIO. FELICI. AVG ... ‖ P. VALERIO COMAZONTE ‖ II. COS.[2]) — Gabiis. *Bibliothek der alten Lit.* Fasc. X. p. 6.

1) *Quinquennali.* Male editor Gottingensis: *Num Quaestori?* 2) p. Chr. 220. v. Marini *Atti* p. 647, 649. Ceterum Patrem Decurionum non pro honoris titulo, alias inaudito, accipio, sed sensu proprio, qui filios quoque habet Decuriones: ut alibi Patres Senatorum memorantur. cfr. N. 3761.

5742. IMP. CAESARI DIVI TRAIANI PARTHICI F ‖ DIVI NERVAE NEPOTI. TRAIANO HADRIANO AVG ‖ PONT. MAX. TR. POT. V. COS.[1]) OPTIMO MAXIMOQ ‖ PRINCIPI. DECVRIONES. MVNICIPESQ[2]) ‖ SVRRENTINI. PECVNIA CONLATA. — Surrenti. Mur. 1085, 7.

1) Deest: III. (p. Chr. 122.) 2) Hic *Municipum* vocabulum, quod postea saepe ad Decurionum ordinem limitatum fuit, veterem significatum retinet.

5743. PERPETVAE SECVRITATI ‖ C. IVLIANVS. IVLIVS DEC. MVN ‖ IIII. VIRALIS[1]) SIBI ET ‖ SECVNDINAE PERVINCAE ‖ CONIVGI CARISSIMAE ‖ ERGA SE DILIGENTISSIMAE ‖ FEMINAE RARISSIMAE ‖ SINGVLARIS EXEMPLI ‖ PVDICITIAE ‖ QVAE VIXIT ANNOS XXXXV ‖ MENSES. VII. DIES. XXI. ET ‖

IVLIANIIS. IVLIO. IVNIORI ET ‖ IVCVNDO ET IVSTO FILIIS ‖ VIVIS VIVOS (*sic*) FECIT. — Augustae Vindel. Grut. 426, 5. Raiser *Augsburg*. p. 71.

1) Decerio Mnnicipii, idemqne pnst Quattuorviratum gestum, quattuorviralis; neque audiendus von Lingeu *Kl. Schriften*. T. 2. p. 225. DECurio MVNerarius IIII *Viralis* interpretatus sine teste, *decuriones munerarios* fuisse in muuicipiis. Muneraiii sunt, qui alias Curatores muneris publici. v. Bimard *Proleg. Mur.* p. 24. et 25. Cfr. Murat. 616, 1. Hagenb.

3744. .... EQVO PVBLICO. DECVR. BRIXIAE ‖ VERONAE. TRIDENTI ...OMEDIAE ‖ CVI ORDO BRIXIANOR ‖ STATVAM AVRAT. EQ. ET FVN. PVBLICO DECRETO ‖ ET CLODIAE Q. F. PROCILLAE ‖ SACERDOTI DIVAE PLOTINAE ‖ SEX. VALERIVS POBLICOLA PRISCILLIAN ‖ FILIVS. — Brixiae. Mur. 163, 2. minus mutils apud Donatum 1. p. 94, 6. Vides eundem hominem pluribus in municipiis decurionatu fungi potuisse.

3745. N. POPIDIVS N. F. CELSINVS ‖ AEDEM ISIDIS TERRAE MOTV ‖ CONLAPSAM ‖ A FVNDAMENTO P. S.[1]) RESTITVIT. HVNC ‖ DECVRIONES OB LIBERALITATEM CVM ESSET ‖ ANNORVM SEXS. ORDINI SVO ‖ GRATIS ADLEGERVNT. — Pompeiis. In magna controversis positum est, quomodo explicandum sit illud: SEXS. (sex, sexdecim, sexaginta.) Pro *sexaginta* stat Isid. Bianchi in Calogerà *Nuova Racc.* 15. p. 13. provocans ad Plin. *Ep.* 10, 83. et *Tabul. Heracl.* lin. 89. (ed. *Marezoll*. p. 48. cfr. Dirksen *Observv.* p. 35.) „qui minor annos XXX. natus est, erit, ne quis eorum post Kalendas Ianuarias secundas in municipio, colonia, praefectura duumviratum, quatuorviratum, neve quem alium magistratum petito, neve capito, neve gerito" etc. — At, quaeso, cur tandem annus aetatis tam fortuitus, neque adolescentis, nec senectute insignis expressus esset in titulo? Immo extraordinarii quid, ni fallor, Decuriones significare voluerant, ut eandem propter causam ap. Fabrett. p. 460, 88. C. Velleius dicitur honoratus equo publico, CVM AGERET AETATIS ANNVM QVINTVM. Itaque Numerius Celsinus pater, nescio qua gloriola ductus, ut filiolus decurionum ordini tam mature adlegeretur, huius nomine Isidis templum videtur restituisse. Fieri autem potuit, ut minores quoque natu quam annos XXX., etsi magistratum gerere iis nondum liceret, in Decuriones tamen referrentur.

1) Pecunia sua e patre scil. ei subministrata.

3746. Impuberes ornamentis decurionalibus honoratos fuisse constat ex Mur. 616, 1., ap. Philippopolim: C. VIBIVS. C. F. VOL. DAPHNVS ‖ ORN. DEC. HON. AN. V. M. IX. H. S. E ‖ C. VIBIVS C. F. VOL. FLORVS DEC ‖ II VIR. ET MVNERARIVS. PHILIPPIS FIL. CARISS. C. (i. e. filium cariss. condidit; quia *minor igne rogi* infans V. annor. Iuv. *Sat.* 5. v. 140.) Cfr. Fabrett. 184, 401.: D. M ‖ IVLIO MA‖RCO DECV‖RIONI ARICINORVM. OMNI MVNERE FVN‖CTO QVI VISIT A‖NNIS DVOBVS D‖IEBVS DVOBVS ‖

ORAS VI. cet., obi Mor. 1028, 6. melios sane: QVI VISIT ANNIS XII. MSIBVS DVOBVS DIEBVS cet. deoique Mur. 715, 7., alius decorio VIXIT. ANN. IIII. Tribus hic saxis et Pompeiano illo in hoc conspirantibus, iudice quoque HAGENA., non erat, cur annorum numerum in omnibus tentarent VV. DD.

Alia adiiciam: ex Marinio *Atti* 1. p. 89. et 94.:

5747. C. CVRTILIO C. F ‖ QVIR. FAVSTINO ‖ EQVITI COH. I. PR ‖ ADLECTO IN ORDINE DEC ‖ CVM ESSET ANNORVM IIII ‖ C. CVRTILIVS C. F ‖ QVIR. MARCELLVS ET ‖ AVIDIACCA COLCHIS ‖ PARENTES FILIO OPTIMO ... — Paganicae in Vestinis. Gud. p. 163, 2. Sed correctius ap. Marin. l. l. p. 89.

5748. D. M. S ‖ CN. LVCIO CN. FILIO QVIR. VARIO ‖ FESTIANO DECVRIO.[1] VIXIT ANN ‖ IIII. MEN. VI. CN. LVCIVS FAVSTVS ‖ PATER TESTAMEN. FIERI IVSSIT. — Pinnae. Donati 2. p. 256, 7. Romanelli *Topogr.* T. 3. p. 246.

1) DECVRIONI. Rom.

5749. L. HERENNIO L. F ‖ MEN. COSSVLTHANO ‖ DECVRIO ADLECTVS ‖ ... CVRIA. PRAENESTE ‖ ANNORVM XVII ‖ VT.[1] ANNIS XVIII. — Lavici. Donati 2. p. 254, 6.

1) *vixit.* Sic a Verre *pueri annorum senum septenumque denum senatorium nomen nundinati sunt.* Cic. *Verr. Act.* 2. L. 2, 49.

5750. Praeter impuberes ingenuos, libertinae quoque conditionis homines, qui Lege Visellia de libertinis a decurionatu ipso arcebantur, ornamentis decurionalibus honorari solitos esse, optime demonstravit Labus *Dissertazione* p. 53.:

P. ATILIO ‖ PHILIPPO ‖ ORNAMENTIS ‖ DECVRION. BRIXI.. ‖ VERON. CREMON[1] ..... ‖ ET IVRE QVATTVOR.....[2] ‖ VSVQ. ANVLOR. A. D....[3] ‖ EX POSTVLATION. ......[4] ‖ OB LIBERALITA. ... ... ‖ IN OPVS AM.......[5] ‖ .... ‖ .... — Brixiae. Labus. ibid. p. 49., qui recte sic sopplet:

1) *honorato.* 2) *liberorum* v. Heinecc. *Hauboldi* 1. 25, 7. p. 211. 3) *aureorum donato.* cfr. Tertull. *de resurrect.* C. 57. 4) *ex postulatione populi.* 5) ob liberalitatem *eius quod in opus amphitheatri.* HS .... *rei publicae dederit.*

5751. Decuriones Ornamentarii (s. honorarii) in primis frequentes Nemausi, v. Mur. 199, 1. et Maff. *Ant. Gall.* p. 61.:

IIIIII VIR. AVG ‖ ET DECVRIONI ORNAMENTAR ‖ IVLIO AEMILIO ‖ ANICETO ET IVLIAE THEOPHILE ‖ V. S. P. — Integrum est marmor, notandum etiam ideo, quod honores nomini praeponuntur. Cfr. Maffei *ib.* p. 60. et Mor. 1062, 5. DIS MANIB. FIRMI LVCANI L. IIIIII VIR. AVG ‖ ORNAMENTIS ‖ DECVRION. NEMAVSI ‖ HONORATO. — Cfr. Mur. 206, 3. *Decurionem gratuitum* supra iam habuimus alicubi; alium dat Grut. 475, 3.

5752. P. ACILIVS P. F. SCA. DECVRIO ‖ SIBI ET P. ACILIO M. F. PATRI ‖ ET SEXTILIAE SAENI F. MATRI ‖ P. ACILIO

P. F. FRATRI ‖ IN FR. PED. CXX. RETR. PED. CXX. — Muriani. Mur. 1237, 3. „Liceat tibi accipere vocabulum DECVRIO pro munere, non pro cognomine. Mihi videtur cognomen." Mur. — Dedit Gorius in Don. p. 216, 220. Class. V. seu Magistratuum, quod satis est indicii, DECVRIO ei munus esse visum, quod Indice V. quoque dederit, non cognomen. At Muratorio cognomen potius videtur, non mihi; quod et pater et frater et mater hominis nostri, ut alii multi cognomen non habent. Aliud est saxum in Gud. 315, 8.:

3753. M. ARRIVS C. F. DECVRIO. — Porti, e Cod. Redii; in quo potius dubites, *Decurio* munus, an cognomen sit. In Grut. 385, 3. est T. CARNIVS Q. F. ROM. DECVRIO. Murat. 729, 3. P. PAVCIVS Q. F. PVB. DECVRIO, ubi Mur. rursus dubitat *Decurio* sitne munus an cognomen; sed ibi quoque de munere accipiendum. Grut. 398, 7. M. CORNELIVS M. F. PALAT. VALERIANVS DECVRIO, unde Hulthenus male *Decurio* intulit Ind. XXIII. Nom. propr. Ceterum nescit Mur. se hoc saxum 1237, 3. iam dedisse in Classe X. seu Magistratuum, e schedis Valeriis 666, 6. Tunc sane *Decurio* ei munus visum, eo facilius, quia ibi tribus SCA. in ASCA corrupta non tribus ei visa, sed cognomen. Sic Tribus pro cognomine habita, quia cognomen non adest, Mur. 1627, 3. 1683, 11. Hagen. Mss.

3754. AERESINA [1]) L. F. MATER ‖ C. VALERIVS C. F. CLV. — Interamnae. *Clu* Ind. nom. propr. intulit Mur., ac si cognomen esset, quo hic filius aeque ac mater caret. Sed CLV. est tribus.

1) *Haeresina* 1683, 11. Hagen. Mss.

3755. L. MAMILIVS ‖ L. L. FAVSTVS SEVIR. AVG ‖ MAMILIAE ACTAE VXORI ‖ L. MAMILIO L. F. ARN. MODESTO ‖ SELECTO ET DECVRIONI ‖ VIVOS SIBI ET LIBERTIS SVIS FECIT. cet. — Teate. (non Florentiae, ut Gorius volt.) Rein. VI, 113. Don. p. 211, 203. Gor. *Etr.* 3. p. 129, 139. Mur. 201, 2. Romanelli *Topogr.* T. 3. p. 111.

3756. P. SEPTVMIVS P. F. COL. SCR. Q. [1]) · DE. SEXS. PRIMIS. [2]) ‖ P. AQVILLIVS GALLVS. ‖ FANNIA VXSOR.

— Tibure. Mur. 745, 5. correctius (Romae.) ib. 977, 6.

1) Collina tribu, Scriba quaestorius. Hagen. Mss. 2) de Sexprimis (Tiburtium) intellige. cfr. Cic. *de N. Deor.* 3. §. 74. Alibi Quinqueprimi et Decemprimi memorantur. Hagen. Mss. Hinc, ni fallor, explicandum Sevirorum in lapp. posterioris aevi munus, ubi a Sevíris Augustalibus distinguuntur. (VI. VIR. AEDIL. II VIR. Ticini. Mur. 750, 6.) O.

3757. FILI. FECERVNT ‖ D. M ‖ P. AEMILI. NICOMEDI. IVN ‖ QVI VIXIT ANNIS XLII. M. VI. DIB. (*sic*) XX ‖ DOMINO. D. III. [1]) INTER DECEM ‖ PRIMOS ‖ PATRI BENE MERENTI ‖

DVLCISSIMO ‖ P. AEMILIA CYNEGIS ET ‖ P. AEMILIVS ALYPVS NICOMEDES. EQ. — Romae. Grut. 518, 7.

1) v. Gutherium *de Off. Dom. Aug.* l. 3. C. 24. Sed Hagenb. coniicit DOMI NOBILI.

3758. D. M ‖ L. IVLI CASTRI‖CI. EQ. R. PRICIPI (*sic*) ‖ CIVITATIS. — Pirry in Sardinia. Mur. 709, 3.

3759. FIRMVS IN‖GENVI F ‖ PRIN‖CEPS SABINORVM[1]) ‖ SIBI ET CORNELI‖AE RVSTICAE CON‖IVGI. M. CORNELI‖O PRISCO F. ANNOR ‖ XIII. — Savalli. Reines. p. 445. VI. 100.

1) nihil amplius fortasse, nisi decurio Sabii municipii. Sic Princeps Nicopolitanorum Grut. 472, 4. cfr. Fabrett. p. 380. et Otto *Aedil.* p. 152.

3760. TI. CLAVDIO HERODI‖ANO C. V. LEG. PROV. SI‖CIL. IVDICI RARISSI‖MO. PATRONO COL ‖ PANH‖ORMIT. PRINCI‖PALES VIRI EX AERE COL‖LATO. D. D. — Panormi. Torremuzza p. 47, 13.

3761. L. GABONIO ARVNCVLEIO. VALERIANO ‖ V. F. EQ. R. SACERD. ET E PRINCIPAL[1]) ‖ OMNIB. HONORIB. FVNCT. PATRI ET ‖ AVO SENATOR.[2]) CVRATORI SVO ‖ ET PATRON. OB MERITA. COLL ‖ FABR. ET CENT. L. D. D. D. — In Castro Montorii. Don. p. 214, 215. Mur. 516, 6., sed correctius ap. Gud. 125, 3. (Veronae.)

1) a Principalibus nol. 2) Senatoris; ita Grut. 411, 3. *Patri duorum Eq. Pub.* 450, 2, 3. *Patri Consulum* cet. Pro V. F. leg. cum Hagenb. V. E. viro egregio. De Principalibus cfr. Otto *Aedil.* p. 149.

3762. ACERRIO[1]) FIRMEO LEONTIO ‖ PRIMARIO VIRO ET EDITORI ‖ MVNERIS SVI. CVM FERARVM ‖ LIBYCARVM. QVI VIXIT ANN ‖ XXX. DIGNISSIMO FILIO ‖ CONSACRABERVNT. (*sic*)[2]) — Salerni. Grut. 343, 2.

1) Reines. volebat *Agerrio.* 2) deesse videtur *Parentes.* Ceterum cfr. *Habitanci Primae.* Camd. *Britann.* p. 662., quam inscr. dedimus N. 2026. *Principali ac Primario* (al. *Primore*) eiusdem Vrbis. Mur. 466, 4. Cfr. Savigny *Gesch. d. röm. R.* T. 1. p. 57.

Duo Patronorum Municipiorum et Coloniarum genera distinguit Damadenna p. 62.; unum virorum illustrium, Romae degentium, in quorum clientelam se conferebant municipia. v. c.:

3763. T. ANONIO MARCELLINO ‖ V. C. CONS. CAMP. PATRO‖NO DIGNISSIMO OB IN‖SIGNIA BENEFICIA. QVI‖BVS LONGA POPVLI TAE‖DIA SEDAVIT. VNIVER‖SA PLEBS. BENEVENTA‖NA CENSVIT PO‖NENDAM. — Beneventi. Grut. 357, 5., ubi pro *Anonio*, *Antonio*. Grut. 371, 1. Don. p. 215, 218. Fabrett. p. 747, 518. Mur. 367, 2. de Vita *Inscript.* 23, 25.

3764. L. NONIVS VERVS V. CONS.[1] BIS. CORRECT. APVLIAE ET CALAB ‖ VENETIARVM ET ISTRIAE COMES. PATRONVS MVTINENSIVM. AQVILEIEN ‖ BRIXIANORVM ET VNIVERSARVM VRBIVM APVLIAE CALABRIAEQVE ‖ VINICIAE MARCIANAE C. F.[2] FIL. CAECILIANI P. V.[3] BIS RATION ‖ VRBIS ROMAE. ET AFRICAE. PRAES. LVSITANIAE. CORR. APVL. ET CALAB. VIC. PRAEF. PER ITAL ‖ CONIVGI SANCTISSIMAE AC BENIGNISSIMAE. CVIVS VITA MORVM ‖ STVDIORVMQ. LAVDIBVS. ET VNIVERSIS VIRTVTVM. ANIMI TAM CLARA ‖ EXSTITIT. VT ADMIRABILIA VETERIS PROBITATIS EXEMPLA SVPERARIT ‖ QVO MERITO OMNIVMQVE IVDICIO. SINGVLARI PRAECONIO ‖ INLVSTRIVM MATRONARVM DECVS ORNAMENTVMQ. EST ABITA (*sic*). —

M. C. F
M. C. P
L. NONI
FAVSTINI
LAVDICIAE.

Mutinae. Grut. 1098, 1., correctius ap. Murat. 725, 3.

1) *Vir Consularis.* 2) *Clarissimae feminae.* 3) *Perfectissimi Viri*, potius quam *Praefecti Vrbi.* Han. — Similes inscriptt. videsis ap. Grut. 424, 1. 459, 1. 478, 10. Alterum genus Patronorum est virorum primariorum atque honoratorum in ipsis Coloniis et Municipiis: cfr. Savigny Vir. Clariss. *Geschichte des röm. Rechtes* I. p. 68. et Dunuden. p. 67.

3765. PELAGINIIA

P. FVNDANIO P. F. PAP ‖ PRISCO PATRON. MVNICIPI ‖ OMNIBVS HONORIB ‖ ET ONERIBVS FVNCTO ‖ PATRON. CIVIT. AVSCVL[1] ‖ QVI CVM MVLTA ET ‖ MAXIMA IN REMP. SAEPIVS PRAESTITERIT. FONTEM ‖ QVOQVE NOVVM CVM GRANDI SVMPTV. FABRICAE. SVA PECVNIA INDVXIT. ET CIVES PATRIAMQVAE (*sic*) REFORMAVIT ‖ M.[2] CAPLATORES ‖ PATRONO PRAESTANTISSIMO ‖ L. D. D. D. — Asculi. Grut. 414, 1.

1) I. ASCVL. Gud. 2) *municipi.*

3766. POSTVMIO LAMPADIO[1] V. C ‖ ET INLVSTRI. CONS. CAMPANIAE ‖ RESTITVTORI PATRIAE ET ‖ REDINTEGRATORI OPERVM PVBLICOR ‖ ORDINIS PROVISORI. POPVLI SVBVENTORI ‖ OB INSIGNIA EIVS BENEFICIA. PATRONO ‖ LONGE A MAIORIBVS ORIGINALI ‖ ORDO CAPVENSIS VOTI ET OBSEQVI ‖ SVI PIGNVS LOCAVIT. — Capuae olim, nunc Romae. Grut. 459, 1. Fabrett. p. 398, 286. (Spon *Misc.* p. 160, 2., sed corrupte.)

1) Spon. refert ad Lampadium Praef. Vrbi p. Chr. 366. Almelov. *Fast.* 2. p. 135., dubitans tamen, ad Lampadium Consulem p. Chr. 530. Sed vix est probabile tunc temporis eiusmodi titolos fuisse erectos.

3767. TANONIO (*sic*) BOIONIO ‖ CHRYSANTI ‖ TANNONIO[1] ‖ BOIONIO ‖ CHRYSANTIO ‖ PVERO EGREGIO ‖ AB ORIGINE ‖ PATRONO[2] OR‖DINIS ET POPVLI ‖ OB EIVS INSIGNE ‖ ME-

RITVM VNIVERSVS ORDO ET ‖ POPVLVS STATVAM DIGNO CVRAVERVNT. *In latere:*

LOCVS DATVS EX AVCTORITATE FLAVI ‖ LONGINI CL. V. CVR. R. P. ADSIGNATA[3] ‖ M. VALERIO PVDENTE II VIR. CVRAT ‖ X. KAL. APRIL ‖ IMP. CAESARE M. AVRELIO ANTONINO AVG. III ‖ ET IMP. CAESARE L. AVRELIO VERO AVG. II. COS.[4] — Puteolis. Mur. 531, 1., ex Vignol. *Inscr. sel.* p. 323. et p. 52.

1) utrobique leg. *T. Annonio.* 2) Cfr. Fabrett. p. 101, 232. 3) CVR. *Rei Publ.* recte habet Vignol. p. 52. altero loco p. 323. excidit R. Tum lege ADSIGNATus A M. *Valerio* cet. Hagenb. 4) p. Chr. 161. — Notandae denique TABVLAE PATROCINALES AHENEAE P. Mammio a Corfiniensibus decretae apud Romanellium *Topogr.* T. 3. p. 147., quae in mentem nobis revocant verba S. Augustini *contra Acad.* 1, 1, 2. *si municipales tabulae te non solum civium, sed etiam vicinorum patronum aere signarent, collocarentur statuae, influerent honores, adderentur etiam potestates, quae municipalem habitum supercrescerent.*

3768. D. M ‖ C. SATVRIVS. L. SATVRI. PICENTIS P. P[1] ‖ FILIVS. FAB. SECVNDVS. EQVO PVBLICO ‖ EX V. DECVRIS.[2] PRAEF. COH. II. ASTYRVM ‖ AVGVR. PATRONVS COLONIAE ASCVLANORVM ‖ VIX. ANNIS XIX.[3] DIEB. XXVII ‖ PATER FIL. PIENTISSIMO FECIT. — Pisis. Gori *Etr.* 3. p. 151.

1) notae singulares. Gorius: Primipili. 2) v. Plin. *H. N.* 33, 2. 3) nota adolescentulum et Augurem et Patronum Coloniae.

Ad idem patronorum s. Decurionum honorariorum genus pertinent ex sequentibus quaedam. Sed singularis est haec:

3769. D. M ‖ T. FARIONTIO T. F ‖ SABINO ‖ PATRI PIENTISS ‖ PATRONO PATRONORVM. — Romae. Grut. 409, 4. Habet iam Mazochius, 101, 1., ita ut de Ligoriana saltem fraude non sit cogitandum.

Rarissimus est titulus *Parentis Municipii:*

3770. VARIAE. L. F. GESTIANAE ‖ VXORI ‖ L. CALIDI. L. F. STEL. NIGRINI IIII. VIR ‖ IVR. DIC. IIII VIR. QVINQ. II. AVGVR. FLAMINIS AVG. PARENTIS ET PATRONI MVNICIPI ‖ FILIAE ‖ L. VARI. L. F. QVINTIANI. TRIBVNI MILITVM ‖ LEG. II. ADIVTRIC ‖ TRIBVNI MILITVM ‖ LEG. X. GEMINAE ‖ IIII. VIR. QVINQ. PATRONI MVNICIPI ‖ MVNICIPES ET INCOLAE ‖ D. D. — Loco incerto, ex schedis Barberinis. Fabrett. p. 718, 551., sed accuratius Donius p. 171, 42., ponit Interamnae; nec dubitavit Marini *Atti* 1. p. 90., conferens nummos Agrippae Gaditanos cum inscriptione PARENS ET PATRONVS MVNICIPI.

3771. PRO SALVTE IMP. M. ANTONINI AVG. PII ‖ LIBERORVMQVE EIVS ‖ CINTIVS C. F. R... VICTOR AD TVENDAM ‖ REMPVBLICAM CONSENSV DECVRIONVM OMNIVM IAM PRIDEM PATRONVS ‖ FACTVS ET TVTOR[1] CVM ... RERVM VETVSTATE CONSVM... A SOLO ‖ ..... ‖ .... ‖ MVNICIPI

CIVILIS [2]) AGBIENSIVM ET ‖ VNIVERSIS CVRIIS [3]) DD. PP. — In oppido Agbiensi in Africa. Maffei *Mus. Ver.* 458, 7.

1) *Tutor municipii* alibi vix memoratur. 2) Hoc quoque singulare, nisi corruptum est. Cfr. ib. 459, 6., ubi simpliciter *Respublica Municipii Agbiensium.* Cfr. Grut. 362, 1. *Civilitanum Municipium Aelium Hadrianum* in provincia Byzacena. 3) Cfr. ibid. 462, 3. et 5. Vide supra ubi *de Curiis* agitur.

3772. T. FL. AVITO ‖ FORENSI $\overline{II}$ ‖ VIR. ITER. QQ. OMNIB ‖ MVNERIBVS FVNCTO. HIC ‖ IDEM AD LAVACRVM BALNEAR. PVBLICAR. LIGNI ‖ DVRI. VEHES. $\overline{N}$. [1]) $\overline{CCCC}$ EN‖THECAE NOMINE IN PER‖PETVVM OBTVLIT ITA ‖ TAMEN VT MAGISTRATVVS (*sic*) ‖ QVODANNIS (*sic*) SVCCESSORIB ‖ SVIS TRADANT FILIO ‖ T. FL. AVITI V. E PATRON. COL ‖ ORDO ET POPVLVS. MISENAT. [2]) — Miseni. — Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 206. Vnicum fortasse exemplum superstes eiusmodi enthecae, qua Ordo et Populus aliquis obligetur ad magistratus successoribus viri de rep. bene meriti conferendos.

1) *numero.* 2) Obscuriorem hanc constructionem ita explanat Romanellius: *ut magistratus* (casu recto) *quotannis tam filio T. Fl. Aviti Viri egregii quam eiusdem successoribus tradant patronatum* (ipse dicit *patronaticum*) *Coloniae.* Sed ita quid facias illis *Ordo et Populus Misenat.* nescias. Ego sic ordino: *ut Ordo et Populus Misenat. successoribus suis quotannis tradant magistratus* (casu quarto), semel vero *filio* (nomen patris hic blande repetitur) *patronatum Coloniae* (perpetuum.) Eo scil. contentus erat Avitus, ut, filius quum successisset sibi in patronatu, posteris deinceps magistratus municipales conferrentur.

3773. LEVCADI MEL
HELVIDIAE BVRRENAE
MODESTAE
NEPOTI ELVIDI BVRRENI SE‖VERI V. C. FILIAE BVRRENIAE SE‖VERAE C. F. PVDICITIA. SAPIENTIA ‖ INNOCENTIA OMNIBVS RETRO ‖ MEMORABILI. OB MERITVM AMO‖REMQVE EIVS. CIVES INTERAM‖NATAE CIVITATIS VTRIVSQVE ‖ SEXVS AERE CONLATO POST ‖ OBITVM HVIVS ‖ PATRONAE. *Sinistro latere:* DEDIC. $\overline{XVIII}$. KAL ‖ FEBR ‖ VRSO ET POLEMIO ‖ COSS. [1]) — Interamnae. Grut. 417, 4. Donati 1. p. 183, 5.

1) p. Chr. 338.

3774. CANTIAE L. F. SATVR‖NINAE. MATRI COLON [1]) ‖ FLAMINICAE DIVAE ‖ PLOTINAE. HIC. ET ‖ FORO SEMPRONII ‖ D. D. PVBLICE. — Arimini. Grut. 1088, 15.

1) Cfr. Oliv. *Marm. Pisaur.* p. 63. Grut. 322, 2.

§. 5. NOMINA SVMMORVM MAGISTRATVVM IN MVNICIPIIS, COLONIIS, PRAEFECTVRIS, VICIS ET PAGIS.

Quae *municipalia magisteria* vocat Suetonius *Octav.* 2., haec fere inveni:

a) CONSVL. Consulum municipalium honor, de quo summa est inter viros doctos contentio, non nimis certis monumentis innititur: sunt enim vel dubiae omnino lectionis, quum COS. illud male exscriptum esse queat pro CES. Censor, vel ficta quoque a recentioribus, inanem suis municipiis ex vetere Consulatu gloriolam captantibus, vel denique Consules Romanos suffectos, Fastis ignotos memorant, quales quotidie fere in saxis recens erutis inveniri, observavit iam Marinius *Atti* 2. p. 761, et 789. Scriptorum veterum non magis certos locos collegit Otto *de Aedil.* p. 67. Piso certe *Consul Campanus* Ciceroni ironice tantum dicitur.

3775. D. M ‖ Q. PETRONI MELI‖ORIS COS. MV.[1]) — Florentiae. Gori *Etr.* 3. p. LXXV.

1) i. e. *Consulis municipalis*, ex Gorii opinione. Sed nec *municipalis* addidisset heres in monumento, nec, si vel maxime id fecisset, vocabulum ea nota signasset. Haud improbabiliter Marini *Atti* 2. p. 429. M. V. interpretatur *Magnifici Viri*. Consul igitur fuerit suffectus anni incerti.

3776. AEMILIAE C. FIL. CAL‖LISTAE C. F. CONIV‖GI L. TVRCI ‖ FAESASI A‖PRONIANI ‖ COS. AVFIDENATES. D. D. — Castel di Sangro. — (Romanelli *Topografia* T. 2. p. 485. ubi idem error: *Consules Aufidenates*, pro *Aproniani Consulis* [suffecti fortasse anni 168. vel ordinarii a. 191.] repetitur.)

3777. D. M. S ‖ FELIX HERCVLEO ‖ EQ. P. AED. II. COS. I ‖ PONT. PERP. REIP. PIS. — Pisis. Fabrett. p. 722, 139, et 723, 410. Gor. *Etr.* 2. p. 15. In priori tamen lap. HAGENA. Mss. suspicatur intelligi Aproniauum Consulem a. p. Chr. 191., alterum suspectum habent Corsinius *Symbol. Gor.* 6. p. 160. Turr. *Mon. Vet. Ant.* p. 360. („Coss. in coloniis et municipiis fuisse est falsissimum." Reines. *Ep. ad Bosium.* p. 155.) — Ante omnia fraudis vestigium inest in inepto illo: COS. I., quod tamen defenditur a Corsinio in Epistolâ mox laudanda.

3778. VERNANTIBVS ‖ SAECVLIS DDDNNN[1]) ‖ GENIO SPLENDIDAE VR‖BIS CATINAE ‖ FACVNDVS PORFYRIVS ‖ MVNATIDIVS V. C ‖ CONS.[2]) EIVSDEM. — Catanae. Torremuzza p. 7, 16.

1) Constantinum, Constantium et Constantem intelligunt Paternionus et Torremuzza.
2) Habes hic Consulem municipalem extra dubium positum, nisi tamen in lapide ipso fuerit: CENS.

3779. M. IVVENTIO ‖ M. F. FAB ‖ SECVNDO. RIXAE ‖ POSTVMIO PANSAE ‖ VALERIANO ‖ COS. — Brixiae. Bianchi *Marm. Crem.* p. XC. „Quum in fastis consularibus neuter memoretur, videntur Brixiae *consules* i. e. duumviri fuisse." Bianchi. Sed hic quoque dubia remanent; nam mihi unus est potius πολιτάρχης, Consul suffectus anni incerti. Scaliger *Auson. Lect.* II. C. 23. Consulatum Burdegalensem Ausonii indicari arbitratus est in fragm. incertae lectionis: DEC. AVSON. COS. OLYMPIADE LXXXIII. *sive* LXXXIIII. v. Corsini *Epistolam de Burdigalensi Ausonii Consulatu.* in Actis Erud.

Lips. 1774. p. 172., qui quomodo Marmora Gruteriana 429, 3—9. (aospecta imoierito fortaase Maffeio A. C. L. p. 335.) de consulatu monicipali, quem ipse agnoseelat, interpretari potoerit, prorsus non intelligo, nam L. Licinii Surae Consulatus primus, secondus et tertius, in iis memorati, Coosulatus sunt Romani p. Chr. 98. 102. et 107. Consoles muneipales Aquileiae agoovit a Turre *Mon. Vet. Antii* p. 360.

3780. T. CAESERN. MACEDO ‖ QVINCTIAN ‖ COS ‖ COLLEGIO FABRORVM ‖ D. D. — Aquileiae. Mur. 358, 4. Sed Marini *Atti* p. 18, 26. 822., reetios eoodem habet pro Coosule suffeeto anni ineerti. Albaoi enim reperta eat haec eiusdem homioia ioscriptio:

3781. IOVI O. M ‖ T. CAESERNIVS ‖ STATIVS ‖ QVINCTIVS ‖ MACEDO ‖ QVINCTIANVS ‖ COS. V. S. — Marioi p. 822.

Reliqui a Turre laudati sunt Conservi, non vero Consules. v. Caput de Servis. N. 2548.

Consules municipales exstitisse cum Reinesio negat Marini *Atti* p. 179. p. 196, 218. et 430. Etenim v. c. in Mur. 360, 2.:

3782. M. RVBRENO VERIO PRISCO ‖ POMPONIANO MAGIANO PRO‖CVLO COS. PR. PR. AFRIC ‖ CVR. COL. MINTVRNENSIVM ‖ CVR. COL. FORMIANORVM ‖ PRAET. CANDIDATO. QVAEST ‖ CANDIDATO X VIRO. SALIO ‖ COLLINO CIVI ET PATRONO ‖ ORDO ET PLEBS ATINAS ‖ PVBLICE. — Atinae. apud Don. Cl. V. 63. et inde ap. Murat. 1110, 6. praeter alias varietates pro illis COS. PR. PR. (Consul Proconsul Proviociae Africae(legitur COS. CVPR. COO.; et APRIC. (sic, ooo AFRIC) exhibetur post *Minturnensium;* qua ex enrruptela Gorius fecit *Consulem Cuprae cooptatum.* Sed, ut maxime verum sit COS CVPR., ot erat in alio Marinii exemplari omisso COO., nihil aliud significat nisi: *Consul, Clarissimus Vir, PRaetor.* (Saxio *Miss.* 4. p. 97. *Cuprae Coloniae Curatori.*) — Consules mooicipales in lapidd. agnoscebat Otto *Aedil.* p. 65.; sed quo iure facile nunc apparet; uam praeterea, quod laudat saxum Gruterianum 351, 5.:

3783. SEXTO ALLIO MAMERCO ‖ PONTIFICI PERPETVO ‖ COL. ASTIGITANAE ET ‖ FLAMINI DIVOR. AVGVST ‖ CONSVLI. IMMVNES ‖ ILIENSES. ILIPONENSES ‖ DECVRIONE ‖ VIRITIM STATVAM ‖ D. D. — (Astigi in Hispaoia.) iocertissimae est lectionis, quum in eodem, ut reliqua taceam, ap. Grot. 305, 8. pro CONSVLI legatur CONCILII. Cfr. denique ap. Mabillon. *Supplem. de Re diplom.* p. 114. inscriptiooem Augustoriti-Pictonum repertam; et denoo editam a Mur. 409, 1. ac Millinio *Voyage* 4, 2. p. 714., quam dedimus in Geographicia Galliae. N. 163. — Otto Claudium Varenum (potios qoam Cloareoom) Consuleio Civitatis Pictonum statuebat, quum fuerit longe probabilius Coosol soffeetus Romae, etsi de Consule provinciali (?) cogitat etiam Saxius *Miss.* 4. p. 135. Quae nuperrime pro *Consulibus* istis *municipalibus* attulit Neumano in *Hermes* 1827. *Vol.* 29.

p. 295. omnia hic a nobis satis sunt confutata praeter Grut. 438, 7., ubi tamen Scaligeri error iam notatus erat a Gudio.

3784. DIS. MANIBVS ‖ T. SELLVS. C. F. LAIICERTI ‖ AEDILI. REATE. QVAEST. IV ‖ DVVMVIRO. CLITERNIAE ‖ PRAEF. FABR. COS.[1] II ‖ IVDICI. EX. V. DECVRIIS ‖ VIXIT. ANNOS. LXXXVII ‖ SINE AERE. ALIENO. — Capradosso. *Giornale Arcadico. Gennajo* 1826. p. 94.

1) explica non *Consuli* vel *Consulis*, sed COSIS, vico s. oppidulo prope *Accumulum*, diverso a Cosis, Etruriae oppido. Eo Capellus refert *praedia Cosana* Sueton. *Vespas.* C. 2.

b) PRAETOR.

3785. C. IVLIO C. F. PVB. RVFO ‖ VETERANO COH. VI. PR ‖ 7 AQVILII MAXIMI ‖ PRAETORI.[1] AED. IIII VIRO I. D ‖ MVNICIPIO ALETRI ‖ C. IVLIVS C. F. RVFINVS FRATRI ‖ BENE MERENTI ET SIBI. POSTERISQVE SVIS. — Ferentini. Grut. 424, 7.

1) Praetor municipalis sine caussa displicet, et Romae praetor fuisse Gorio videtur *Symb. Lit.* T. 1. p. 166. Hagenb. Parum enim probabile est, veteranum gregarium postmodo Romae fuisse praetorem. Certissimus est Praetor Capenae ap. Gud. 91, 8. sive Mur. 239, 6., quem lap. dedimus supra. *Praetor Puteolanus* memoratur in inscriptione admodum corrupta et mutila Spon 182, 3. cfr. Otto *Aedil.* p. 73. Item in alio lap. ap. Ignarra *Pal. Neap.* p. 162.

c) DICTATOR. Dictatorem Albanum v. in lapide Haruspicis. N. 2293. Dictatores Fidenates dedimus in Geographicis N. 112.

3786. ... SENATVS P. Q. LANIVINVS EX. P....‖.I. CLAVDIO CAESARI AVG. GERMANICO. PONT. MAX. TR. POT. II.. ‖ C. CAECIO PVLCHRO DICTATORE. P. AVTRONIO CELSO. L. LABERIO MAXIMO AEDIL. — Lavinii. Marini *Atti* 1. p. 224. Dictatorem Nomentanum dedimus supra alicubi. — Dictator (scil. Aricinus) Traianus dicitur ap. Grut. 44, 7. quod dedimus in §. Diana N. 1455. cfr. Marini *Atti* 1. p. 258.

3787. VESBINVS.[1] AVG. L. PHETRIVM.[2] AVGVSTALIBVS ‖ MVNICIPI. CAERITVM. LOCO. ACCEPTO. A RE P ‖ SVA. INPENSA. OMNI. EXORNATVM. DONVM. DEDIT ‖ DESCRIPTVM. ET. RECOGNITVM. FACTVM. IN. PRONAO. AEDIS. MARTIS ‖ EX. COMMENTARIO. QVEM. IVSSIT. PROFERRI. CVPERIVS. HOSTILIANVS. PER. T. RVSTIVM. LYSIPONVM ‖ SCRIBAM. IN QVO. SCRIPTVM. ERAT. IT. QVOD. INFRA. SCRIPTVM. EST.

L. PVBLILIO. CELSO II. C. CLODIO. CRISPINO. COS.[3] IDIBVS. APRILIB ‖ M. PONTIO. CELSO. DICTATORE. C. SVETONIO. CLAVDIANO. AEDILE. IVRI. DICVNDO. PRAEF. AERARI. COMMENTARIVM. COTTIDIANVM. MVNICIPI ‖ CAERITVM. INDE. PAGINA XXVII. KAPITE. VI.

M PONTIVS. CELSVS. DICTATOR. ET. C. SVETONIVS. CLAVDIANVS. DECVRIONES. IN. TEMPLO. DIVOR. CORROGAVERVNT. VBI. VESBINVS. AVG. LIB. PETIT ‖ VT. SIBI. LO-

CVS. PVBLICE. DARETVR. SVB. PORTICV. BASILICAE. SVLPICIANAE. VTI. AVGVSTALIB. IN. EVM. LOCVM. PHETRIVM. FACERET. VBI. EX ‖ CONSENSV. DECVRIONVM. LOCVS. EI. QVEM. DESIDERAVERAT. DATVS. EST. PLACVITQ. VNIVERSIS. CVRIATIO. COSANO. CVRATORI. OB. EAM. REM ‖ EPISTVLAM. MITTI. IN. CVRIAM. FVERVNT. PONTIVS. CELSVS. DICTAT. SVETONIVS. CLAVDIANVS. AED. IVRIDIC. M. LEPIDIVS. NEPOS ‖ AEDIL. ANNON. POLLIVS. BLANDVS. PESCENNIVS. FLAVIANVS. PESCENNIVS. NATALIS. POLLIVS. CALLIMVS. PETRONIVS. INNOCENS. SERGIVS. PROCVLVS.

INDE. PAGINA. ALTERA. CAPITE. PRIMO. MAGISTRATVS. ET. DECVRION. CVRIATIO. COSANO. SAL. IDIB. AVG. DESIDERANTI. A. NOBIS ‖ VLPIO. VESBINO. CONSILIVM. DECVRION. COEGIMVS. AQVIB. PETIT. VT. SIBI. LOCVS. PVBLICE. IN. ANGVLO. PORTICVS. BASILIC. DARETVR. QVOD. SE. AVGVSTALIB ‖ PHETRIVM. PVBLICE. EXORNATVRVM. SECVNDVM. DIGNITAT. MVNICIPI. POLICERETVR. GRATIAE. HVIC. ACTAE. SVNT. AB. VNIVERSIS. PLACVIT. TAMEN. TIBI ‖ SCRIBI. AN. IN. HOC. QVOQVE. ET. TV. CONSENSVRVS. ESSES. QVI. LOCVS. REI. P. IN. VSV. NON. EST. NEC. VLLO. REDITV. ESSE. POTEST. INDE. PAGINA. $\overline{VIII}$. KAPITE. PRIMO ‖ CVRIATIVS. COSANVS. MAG. ET. DEC. CAERETANOR. SAL. EGO. NON. TANTVM. CONSENTIRE. VOLVNTATI. VESTRAE. SET. ET. GRATVLARI. DEBEO. SIQVI. REM. P. $\overline{N}$ ‖ EXSORNAT. ACCEDO. ITAQ. SENTENTIAE. VESTRAE. NON. TANQVAM. CVRATOR. SED. TANQVAM. VNVS. EXSORDINE. CVM. TAM. HONESTA. EXSSEMPLA ‖ ETIAM. PROVOCARI. HONORIFICA. EXORNATIONE. DEBEAT. (*sic*) DATA. PRID. IDVS. SEPTEMBR. AMERIAE.

ACT. IDIB. IVNIS. Q. NINNIO. HASTA. P. MANILIO. VOPISCO. COS[4] ‖ DEDICATVM. K. AVG. ISDEM. COS. — Tabula reperta ap. Caeretes 1548., nunc Romae. Grut. 214. Ad eandem pertinet Grut. 215, 1. (Romae.):

3788. SIGN. GENIO ‖ VESBINVS. AVG. L ‖ PHETRIVM ‖ AVGVSTALIBVS ‖ CVM AR. GENI ‖ MVNIC. CAERIT ‖ DONVM. DEDIT ‖ DEDIC. $\overline{III}$. ID. IVN ‖ Q. NINNIO. HASTA ‖ P. MANILIO. VOPISCO ‖ COS. —

1) *Volusium Besbinam* habes ap. Maffeium *Mus. Ver.* 284, 4. 2) φρητρεῖον, i. q. alias schola, curia, templum Collegii. 3) p. Chr. 113. 4) p. Chr. 114.

3789. C. PLADICIVS C. F ‖ QVIR. CASDIANVS ‖ $\overline{II}$ VIR. I. D ‖ CAMVNNIS[1]) ‖ AED. QVAEST ‖ PRAEF. I. D. BRIX ‖ DICT. QVOR[2]) ‖ PRAEF. COH. $\overline{I}$ ‖ TVR. $\overline{III}$. DOMIT[3]) ‖ TRIB. MIL. LEG. $\overline{X}$ ‖ G. P. F[4]) ‖ A. REP. CAMVNNOR ‖ CVI IN HOC ‖ PECVNIAM HS. V ‖ T. P. I. — Brixiae. Mur. 1055, 5.; in quibusdam correctius ap. Donati 2. p. 355, 2.

1) Camuni vel Camonni, incolae Vallis Camonicae. 2) *Dictator Quorquennorum*:

v. Plin. *H. N.* 3, 19. Hagenb. 3) *Turmae tertiae Domitii*, si lectio sincera. Mur. habet IVR. III. DOMIT., ubi Hagenb. tentabat: COH. I. ITVRaeorum (et) III. *Domitianae.* 4) *Geminae Piae Fidelis.*

d) MAGISTER. Ravennae. Pagorum. Vicorum. DEMARCHIA Neapoli. ASTYNOMI Velienses. PRAESES cet.

3790. D. M ‖ P. VETTIO ‖ P. F. CAM. SABINO ‖ EQ. P. IIII VIR. AED. POT ‖ ET MAG. MVN. RAVEN [1]) ‖ CORNELIA MAXIMINA ‖ MARITO INCOMPARABILI ‖ ET SIBI VIVA POSVIT. — Mutinae. Grut. 486, 7.

1) Cfr. de hoc saxo disput. Hannibalis de Abatibus Oliverii in *Comment. Cyriaci Anconit. novis fragm.* p. 21. Is docet contra Muratorium p. 168, 1. notam illam *Mag. Mun. Raven.* magistrum munerum vel muneris Ravennalis explicantem, potiorem esse Scaligeri interpret. *magistro Municipii Ravennatis.* *Magistratum municipii Rav.* explicat etiam Oudendorp ad Suet. *Octav.* 2. Ceterum ex hoc lapide explicandus est ille Mur. 34, 6.:

3791. DIANAE ‖ (*S*)ALONIVS SECVNDINVS ‖ IIII. VIR. I. D. A. P. V. S. L ‖ D. D. D. — i. e. Quattuorvir Iuri dicundo, Aedilicia Potestate, votum solvit. Locus datus decreto Decurionum. — Soizzo opp. agri Vicetini. v. Hagenb. *Epp. epigr.* p. 350.

3792. Interdum tamen, ut Aquileiae IIII Viri et Praefectus I. D. alternabant, ita Ravenna quoque Praefectum loco Magistri habebat:

DIS. MANIBVS ‖ M. SECARIVS M. F. LAVTIIVS ‖ PRAEF. M. R. [1]) FECIT SIBI ‖ ET SECARIAE MATRI PIIS ‖ ET LVCEIAE ONESIMAE ‖ VXORI KARISS ‖ H. M. D. M. A. — Ravennae. Mur. 2053, 5.

1) Praefectus Iuri dicundo municipii Ravennatis.

3793. PAGVS. HERCVLANEVS. SCIVIT. A. O. X. TERMINA... ‖ CONLEGIVM. SEIVE. MAGISTREI. IOVEI. COMPAGEI. S... ‖ VTEI. IN. PORTICVM. PAGANAM. REFICIENDAM ‖ PEQVNIAM. CONSVMERENT. EX. LEGE. PAGANA. ARBITRATV. CN. LAETORI. CN. F. MAGISTREI ‖ PAGEIEI. VTEIQVE. EI. CONLEGIO SEIVE MAGISTRI ‖ SVNT. IOVEI. COMPAGEI. LOCVS. IN. TEATRO ‖ ESSET. TAMQVASEI. SEI LVOOS (*sic*) FECISSENT ‖ L. AVFVSTIVS L. L. STRATO. C. ANTONIVS. M. L. NICO. CN. AVIVS CN. L. AGATHOCLES. C. BLOSSI ‖ M. L. PROTEMVS. M. RAMNIVS P. L. DIOPANT ‖ T. SVLPICIVS. P. Q. PVL. Q. NOVIVS. Q. L. PROTEM ‖ M. PACCIVS M. L. PHILEM. M. LICCVLEIVS. M. L. PHILIN ‖ CN. HORDEONIVS CN. L. EVPHEMIO ‖ A. POLLIVS P. L. ALEXAND. N. MVNNIVS N. L. ANTIOCVS ‖ C. COELIO. C. F. CALDO ‖ .. DOMITIO CN. F. AHENOBARB. COS. [1]) — In pago Recale agri Campani. Mazochii *Comment. in Camp. Amph. tit.* in Poleni *Suppl.* 5. p. 662. et cum accuratiore interpret. in *Tab. Heracleens.* p. 399. Mur. 290, 2.

1) Ita interpretatur Mazochius: Pagus Herculaneus scivit ante diem X. Terminalia (i. e. die XIV. Februarii), uti collegium, sive magistri sunt Iovi compagi, (id est, pagi vicini, qui cum Herculaneo communis administratione societate vinciebatur) pecu-

niam (quam apud se habebant) consumerent in reficiendam porticum paganam (quae in pagi Herculanei theatro erat, non vero in compago Iovo, ex hac lege pagana (s. pagiscito) idque facerent arbitratu Cn. Laetorii Cn. F., magistri pagi eius (Iovi, explicat *in Comment.*, Herculanei *in Tab. Heracl.*); at uti ei collegio, sive magistri sunt (sive magistris) Iovi compagi locus in theatro (Herculanensi) esset taio, quasi si ludos (ipsi magistri Iovi compagi) fecissent cet. C. Coelio cet. *L.* Domitio cet. a. u. c. 659. Pro TAMQVASEISEI nescio quis legebat TAMQVA*m* SEI IPSEI.

Frequentius vero Magistri pagorum et vicorum memorantur. v. c.:

3794. C. SALLIO [1]) C. F ‖ QVI. [2]) PROCVLO ‖ SACERDOTI LANVVINORVM INMVNI. PONTIFICI. PATRONO CIVITATIS AMITERNINORVM ‖ ITERVM Q. Q. SVMMO ‖ MAGISTRO SEPTAQVIS ‖ OB MERITA ET AMOREM ‖ EIVS VICANI FORVLANI [3]) ‖ PATRONO BENE MERENTI ‖ L. D. D. D. — Aquilae. Fabrett. p. 450, 61. Mur. 1098, 1., sed correctius in Giovenazzi *Aveja.* p. V.

1) Eiusdem hominis alium titulum dedimus in Geographicis. N. 106. 2) Quirina tribu. 3) hodie Civita Tomassa.

3795. M. ARRIVS Ɔ. L. DIOMEDES ‖ SIBI SVIS MEMORIAE ‖ MAGISTER PAG. AVG ‖ FELIC. SVBVRB. [1]) — Pompeiis. Romanelli *Viaggio a Pompej.* T. 1. p. 32.

1) suburbani prope Pompeios.

3796. GENIO ‖ TI. CAESARIS ‖ DIVI AVGVSTI ‖ FILI ‖ AVGVSTI ‖ C. FVLVIVS CHRYSES. MAG ‖ PAGI AMENTINI. [1]) MINOR ‖ DONVM DEDIT ‖ V. K. IVN ‖ L. CALPVRNIO PISONE. M. CRASSO FRVGI COS. [2]) — Romae. Oderici. p. 186. Marini *Iscr. Alb.* p. 14.

1) v. Oderic. l. l. „Amentinum Pagum, cuius situm ignoramus, Amentinae Tribui nomen dedisse suspicor, uti Lamoniae, Clustuminae, Maeciae, Scaptiae, Vaientinae dedere Pagus Lemonius, Veiorumque urbes, Clustumina, Maecia, Scaptia.“ Vaientina nihil est. 2) p. Chr. 27. u. c. 780.

3797. IN FR ‖ P. XIII ‖
L. STATORIVS Ɔ. L. AVCTVS. MAG. VIC. BIS ‖ FVNDANIA C. T. MAXIMA VXOR ‖ VIVI FECERVNT SIBI ‖
IN AG ‖ P. XIIII. — Fani. Mur. 747, 3.

3798. FORTVNAE ‖ AVG. SACR. ET GENIO CANABENSIVM [1]) ‖ L. SILIVS MAXIMVS. VET. LEG. I. AD ‖ P. F. [2]) MAGISTRAS [3]) ‖ PRIMVS IN. CAN [4]) ‖ D. D ‖ ET SILIA IANVARIA ‖ ET SILIVS FIRMINVS. — Albae Iuliae. Grut. 73, 4. Seivert p. 66, 91.

1) nescio an huc referenda sit Cannabiaca in Norico. Mannert *Geogr.* T. 3. p. 639. et 643. 2) Adiutricis Piae Fidelis. 3) Magistratus. Cuper. 4) *in Canabi; Inter Canabenses* interpretatur Seivert, qui in fine dat: Silia Ianuaria et Silius Flamianus.

3799. SIGN. VICTO [1]) ‖ Q. GAV. MAXIMVS ‖ Q. TOR. PRISCIANVS ‖ MGG COL GEN ‖ MPS [2]) P. AEL. EXVPERATVS ET

T. AVR ‖ PECVLIARIS SCRI ‖ COLL ‖ $\overline{\text{II}}$ DD ‖ MODESTO ET PRO‖BO COS.[3]) — Sabariae in Pannonia. Mur. 2053, 7.

1) Victoriae. 2) Mur. coniecit: MGG. (Magistri) COL*oniae* CLAV. M. PS. ut sit *Claudiae Murtiae Piae Sabariae*. Sed omnino de Collegio h. l. agi manifestum est. Nullam enim Coloniam, nullumque municipium duos magistros habuisse puto; et *Collegium* intelligi monstrant etiam *Scribae* COLL*egii*. 3) p. Chr. 226.

3800. HERCVLI INVICTO P. VERG. RESTITVS[1]) OB INSIGNEM NVMINIS ‖ HONORE. DEMARCHIAE. PERFVNCTVS AEDICVLAM ST. — Neapoli. Mur. 1989, 4.

1) *i. e. Restitutus.*

3801. L. MVNATIO CONCESSIANO V. P. PATRONO ‖ COLONIAE PRO MERITIS EIVS ERGA CIVES ‖ MVNIFICA LARGITATE OLIM HONOREM DEVITVM (*sic*) ‖ PRAESTANTISSIMO VIRO PRAESENS TEMPVS ‖ EXEGIT. QVO ETIAM MVNATĪ CONCESSIANI ‖ FILĪ SVI DEMARCHIA CVMVLATIONE SVMPTV ‖ LIBERALITATIS ABVNDANTIA VNIVERSIS ‖ EXIBVIT (*sic*) CIVIBVS. OB QVAE TESTIMONIA ‖ AMORIS SINCERISSIMI REG. PRIMARIA SPLEN‖DIDISSIMA. HERCVLANENSIVM PATRONO ‖ MIRABILI STATVAM PONENDAM DECREVIT. — Neapoli. Grut. 439, 6., qui sine ulla causa e Graeco versam putabat. Latine enim hodie quoque exstat Neapoli in monasterio S. Antonii. De Regione Herculanensium in civitate Neapolitana consule Ignarram *De phratriis* Neapoli 1797. 4. Cfr. ψήφισμα graecum Neapolitanum Grut. 1027, 5., ubi pro Demarcho Ἄρχοντες duo, s. Duumviri. cfr. Otto *Aedil.* p. 56. et nos N. 5813.

3802. ... ATHOSTENI AEGINENSI SACR. CV...[1]) ‖ MINERVAM PER ANNOS QVA...‖GINTA SANCTE COLVERIT TEMP.. ‖ ....NIS ORNAV....[2]) ‖ IVXTA ARAM... ASTYNOMI[3]) VELIEN.... — Hyelae s. Veliae. Romanelli *Topografia* T. 1. p. 360.

1) Agathostheni - Sacrorum curatori quod. 2) coronis ornaverit. 3) Vix alibi memorentur in Inscriptt. Latinis. Vides, in magna Graecia diu conservata esse nomina magistratuum Graeca.

3803. IMP. CAESARI M. AVREL. VAL. MAXIMIANO ‖ PIO FELICI INVICTO AVG. P. F[1]) ‖ ORDO SPLENDIDISSIMVS CIVIT. SECVS ‖ CVRANTE AVRELIO SATVRNINO. VRB. PRAES[2]) ‖ D. N. M. Q. E.[3]) — Secusiae. Spon *Misc.* p. 198, 6.

1) I P. P. 2) PRAESIDE omnibus literis Spon 199, 1. eamque lectionem interpretationemque incaute probavit Saxius *Misc.* 4. p. 31. At consulto typo Gudii 94, 6.:

$\overline{\text{S}}$
SATVRNINO V
PRAESIDE

et Muratorii 257, 1.:

R
SATVRNINO V
PRAESIDE facile mecum consenties, veram esse Hagenbuchii divinationem V. P. PRAESIDE, id est *Viro perfectissimo Praeside*, non Secusiae, sed totius provinciae, ab Imperatore constituto, ut sub eodem Diocletiano Gud. 94, 5. Mur. 257, 3. (dedimus in *Monum. historicis* §. *Diocletianus*)

Praeses Provinciae Insularum s. Insularis. Si *Viro perfectissimo* non placet, poteris esplicare *Viro Spectabili*. 3) Devotus numini maiestatisque eius.

5804. Medixtuticus (*summus magistratus erat Campanis* Liv. 23, 35.) ex incerta coniectura Academicorum Herculanensium reperitur in una alterave Inscriptione Osca, referente Romanellio *Viaggio a Pompei.* T. 1. p. 186.

NITREBIIS TR. MED. TVII. AAMANAPPHED. i. e. ut divinant, Nitrebes (Nitrebius?) tertium Medixtuticus septo conclusit. et ib.

C. POPIDIIS. C ‖ MER. (*sic?*) TVC. AAMANAPHPHED ‖ ISIDY PRVPHATTED. i. e. C. Popidius C. Filius Medixtuticus restituit (?) et Isidi consecravit. Vtraque inventa est Pompeiis. Tum in lapide Volsco, Velitris reperto, ap. Cardinali p. 32. clare legitur MEDIX. Suffetes denique oppidorum Africanorum dedimus supra.

§. 6. DVVMVIRI IVRI DICVNDO.

5805. L. SVLPICIO ‖ L. F. GAL. NEPOTI ‖ FLAM. DIVI HADRIANI ‖ AVGVSTAE ‖ IVDIC. EX $\overline{\text{V}}$. DEC ‖ $\overline{\text{II}}$ VIR. AVG[1]) ‖ $\overline{\text{II}}$ VIR. PLAÇ[2]) ‖ EVTHALES. LIB. PATRONO R. P[3]) ‖ D. D. — Velleiae. Lama p. 69, 22.

1) non Augustali, sed, ut antea, Augustae, ni fallor, Bagiennorum in Liguria, hodie Vasco. Reichard. 2) Placentiae. 3) Reipublicae Vellaiatium.

5806. L. DECIMIVS. C. F. PRIS ‖ $\overline{\text{II}}$ VIR. BONONIENS ‖ AGNIAE I. L. L. GRATAE[1]) $\overline{\text{V. L.}}$[2]) — Parmae. Lama p. 91, 34.

1) Lama legit: Agniae Lucii Libertae. L. Grata; ultimae literae vocis GRAT esoletae sunt. 2) Vivus Legavit.

5807. C. LEPIDIO C. F. PAP ‖ VICTORI ‖ $\overline{\text{II}}$ VIRO IVRE DIC.[1]) CVR ‖ PEC. PVBL. ET OPERVM PV‖BLICORVM. QVIBVS EX FIDE ‖ REFECTIS OB MERITA EIVS ‖ DECVRIONES ET AVGVST ‖ ET POPVLVS ‖ STATVAM PONENDAM ‖ EX AERE CONLATO DECRE‖VERVNT. QVI HONORE CONTENTVS. EX SVO POSVIT ‖ ET CONLATIONEM REDDIDIT. — Sutri in Hetruria. Grut. 428, 6.

1) Sic et ap. Marini *Atti* 2. p. 806. $\overline{\text{II}}$ Vir. Iure (non Iuri) dicundo Carsulis.

5808. M. MANLIVS M. F. L. TVRPILIVS L. F. DVOMVIRES. DE SENATVS ‖ SENTENTIA AEDEM[1]) FACIENDAM COERAVERVNT. EISDEMQVE PROBAVERE. — Corae. Lanzi *Saggio* 1. p. 165. Mur. 147, 4. Nibby *Viaggio* 2. p. 209., qui cum Winckelmanno inscript. hanc ad Tiberii tempora refert.

1) Herculis. v. Nibby.

5809. M. OCVLATIVS. M. F. VERVS $\overline{\text{II}}$. VIR. PRO LVDIS. — Pompeiis. — Titulus Theatri. Eustace *Classical Tour.* Vol. 3. p. 15. Marini *Atti* 2. p. 661.

5810. RICIO A F MEN[1] ‖ SCAVRO ‖ II VIR ID ‖ ..ECVRIONES LOCVM MONVM ‖ (X)(X)[2] IN FVNERE ET STATVAM EQVESTR ‖ FORO PONENDAM CENSVERVNT ‖ SCAVRVS PATER FILIO. — Pompeiis. Millin *Pompei* p. 51.

1) Auli filio Menenia. 2) sestertiorum millia duo.

5811. P. BAEBIO P. F ‖ TER. IVSTO. HVIC ‖ SPLENDIDISS. ORDO ‖ STAT. PONEND. CENS. OMNIB ‖ HONORIB IN REPVBL. FVNCT ‖ QVOD ET IN SING. ET VNIVERS ‖ AEQVAL. SEMP. REVERENTIAM ‖ PRAEBVIT. ET QVOD MVNVS GLAD. POST ‖ HONOR. II. VIR. EDIDISS. POSTVL. POPVLO. Q ‖ PROCES. EDITIO CELEBRATA EST ‖ ET INDVLG. PARIA TRIA CVM VRSIS. II ‖ HERBAN. LIVENTER (*sic*) SVSCEPERINT. IS OB ‖ DEDIC. STATVAE DEC. SING. X. TERN. DED ‖ D. D. D. — *A latere sinistro:* DED. KAL. AVG. AEMILIANO II. ET ‖ AQVILINO COS.[1]) — Ad Lirin Fl. Marini *Atti* 2. p. 630.

1) p. Chr. 249.

5812. M. CERNITIO ‖ M. F. VEL.[1]) POLLION ‖ II VIR. BIS. AVGVS ‖ ET CERNITIAE M. L ‖ NYMPHIN. CONC. EIVS. PHIALE L ‖ D. S. F. — Cingoli. Donati 1. p. 88, 7.

1) i. e. Velia tribu.

5813. L. CALVIDIO L. F. CLEMENTI ‖ ANN. XX. II VIRO DESIGNATO ‖ L. CALVIDIO. L. F. FELICI ‖ AVGVSTALI. LOCVS DATVS ‖ VTRIQVE. DECVRION ‖ DECRETO. IN FRONT. PED ‖ XXX. IN AGR. PED. XXX ‖ QVOD FILIVS PATRI FACERE ‖ DEBVIT. PATER FECIT ‖ FILIO. — Neapoli. Grut. 1092, 5.

5814. D. M. S ‖ M. VESERIO M. F. PAL ‖ IVCVNDIANO ‖ PRAEF. FABRVM. ADCENSO ‖ VELATO PROC. ALIM. VIAE ‖ FLAM. II VIR. DESIGN. — Tibure. Grut. 485, 6.

5815. AVRELIAE ‖ APOLLONIAE ‖ T. AELIVS LVPVS ‖ EQ. ROM. PONTIF ‖ ET II VIRALIS ‖ COLONIAE ‖ APVLENSIS ‖ MATRI CARISSIMAE. — Carlsburgii (olim Col. Apulensis). Grut. 346, 5. Maffei *Mus. Ver.* 244, 1. Cfr. Grut. 346, 2. et Damaden. p. 89. Notandus praeterea seq.:

5816. SEPTIMIAE L. F. SIBI ET ‖ M. ALLIO M. F. MEN. FVFO ‖ PRAEF. FAB. CEN.[1]) Q. TR. MIL. A. P.[2]) E... ‖ HVNC DECVRIONES GRATIS IN ORDINEM. SV.. ‖ ADLEGERVNT. DVVMVIRALIVM NVMERO ‖ ORDINEM ADIIT. PETIITQVE VT DECRETO ‖ QVOQ. VOLVNTATEM ESSE ASCRIB. — Abellini. Mur. 743, 7. Lupulus p. 67.

1) *Centonariorum* explicant Hag. et Lupulus. 2) a populo.

3817. Ipsi quoque Imperatores honores municipales suscipere interdum haud dedignabantur:

L. ATILIO. C. F. TROMEN. ATILIANO PRAEF. FABRVM ‖ PRAEF. COH. TR. MIL. PROC. AVG. PATRONO COLON ‖ QVI ROGATVS AB ORDINE PARITER ET POPVLO VT ‖ GLADIATORII MVNERIS PVBLICI CVRAM ‖ SVSCIPERET FECIT ET EXPLICITO QVOD ‖ PROMISERAT IMPENDIVM BIGAE QVAM ‖ POPVLVS EX COLLATIONE LEGATIVI EPVLI ‖ OFFEREBAT REMISIT. EO ANNO QVO ET ‖ OPTIMVS IMPERATOR HADRIANVS[1] AVGVSTVS ‖ ETIAM DVVMVIRATVS HONOREM SVSCE‖PIT. L. STERTINIVS L. LIB. PARTHENOPAEVS ‖ AMICO INCOMPARABILI ‖ L. D. D. D. — Caietae. Don. p. 217, 222. prope Tibur. Mur. 614, 1. (Grut. 421, 1.)

1) v. Spartian. *Hadrian.* C. 19. Cfr. note omnes Marini *Atti* 1. p. 175.

In lapidibus quibusdam Hispaniensibus memorantur Duumviri Praefecti Iur. Dic. v. c.:

3818. L. FABIVS L. F. GAL. RVFFINVS ‖ II VIR. PRAEF. IVR. DIC. AB DE‖CVRIONIB. CREATVS. D. D. — Gadibus. Grut. 195, 4.

3819. L. MANLIO A. F ‖ AN.[1] GAL. BOCCH ‖ TRIB. MIL. LEG. XV ‖ II VIR PRAEFECT ‖ IVR. DIC. DD. C. P.[2] — Cordubae. Grut. 435, 1.

1) leg. A. N. *Auli Nepos.* Hag. 2) vel *Cordubae posuerunt.* vel *Coloniae Patriciae*, quod Cordobae cognomen notum ex saxis et nummis et Plinio. Hagenb. *Curaverunt poni* Damaden. p. 54., qui tamen de his Duumviris Praefectis neutiquam satisfacit. Quid? quod similis exstat etiam Pompeianus apud Romanellium *Viaggio a Pompej.* T. 1. p. 44.:

3820. M. ALLEIO LVCCIO LIBELLAE ‖ PATRI AEDILI ‖ II. VIR. PRAEFECTO. QVINQ. ET M ‖ ALLEIO LIBELLAE F ‖ DECVRIONI VIXIT ANNIS XVII ‖ LOCVS MONVMENTI PVBLICE DATVS EST. ALLEIA M. F ‖ DECIMILLA SACERDOS PVBLICA CERERIS FACIENDVM CVRAVIT VIRO ET FILIO. —

Lapides, in quibus Duumviri Iuri dicundo clare distinguuntur a Duumviris quinquennalibus:

3821. C. VETTIDIO ‖ C. F TRO ‖ MAXIMO ‖ EQVOM PVBLICVM ‖ HABENTI ‖ PONTIFICI II VIRO ‖ II VIRO QVINQ ‖ PATRONO COLON ‖ PATER. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 114, 4. Mur. 757, 1. Lapis iste in Dalmatiae loco ignoto repertus est.

3822. C. GALERIVS C. F. LAM (*sic*) ‖ DVOVIR. QVINQ. DVOVIR ‖ I. D. D. P. S. LOCO SVO. — Arimini. Mur. 704, 8.

3823. D. M ‖ M. CAESIO M. F. PAL. MAGNO II. VIR. I. D. II VIR. QQ. IIII ‖ TAMVDIAE M. F. SEVERAE ‖ SACERDOT. PVBLIC. CERER ‖ M. CAESIVS MAGNVS ‖ CAESIA SEVERA PAREN‖TIBVS ‖ D. D. BIS. — Amiterni. Grut. 380, 6. v. Oliv. ad Marm. Pisaur. p. 69—74. Contra nota hanc:

3824. C. CEIO L. F. MEN. L. LABEONI ‖ ITER. D. V. I. D. QVINQ [1]) ‖ MENOMACHVS L. — Pompeiis. Romanelli *Viaggio a Pompej.* T. 1. p. 57.

1) *iterum duumviro Iuri dicundo quinquennali*, ubi tamen potius distinguam duumviro I. D. eidemque Quinquennali, permotus auctoritate aliarum inscriptt. Pompeianarum:

3825. M. HOLCONIO M. F. RVFO II. VIR I. D. QVINQVIENS. ITER. QVINQ. [1]) TRIB. MIL. AP [2]) ‖ FLAMINI AVG. PATR. COLON. D. D. — Romanelli ibid. p. 225. Marini *Atti* 2. p. 548.

1) Hic enim manifesto explicandum est: *duumviro I. D. quinquies*, eidemque duumviro *iterum quinquennali*. 2) *a populo*, quod saepius legitur in Pompeianis. Ceterum cfr. Romanelli T. 1. p. 256., quam dedimus supra propter *legem Petroniam*.

3826. M. MVNATIVS M. F ‖ CVM BALBINO QVAES‖TIONVM CAVSARVMQVE ‖ IVDEX. FLAM. DIAL ‖ MVN. COL. APVLI ‖ PRO FELICI EX VRBE ‖ REDITV. P. — Ad Apuli rudera. Grut. 115, 6. Cfr. Grut. 57, 5. Insuper notandus *Iudex* iste *quaest. causarumque*, cum collega uno. Idem videtur, qui alibi Duumvir iuri dicundo vocatur.

3827. C. APPVLLEIVS ‖ M. F. TAPPO ‖ PR. AED. TR. PL. Q ‖ IVDEX QVAESTIONIS [1]) ‖ RERVM CAPITAL. — Aquileiae. Bertoli A. d'A. p. 300, 419. Mur. 675, 6.

1) *Quaestionis*. Bertol. Dubium, utrum hoc sit munus municipale, an urbanum, cuius generis sane sunt Praetor, Aedilis, Tribunus plebis, Quaestor. Bertolius de Iudice quaestionis Aquileiae intelligebat; idque firmari potest ex lapida praecedente.

§. 7. TRIVMVIRI IVRI DICVNDO. QVINQVENNALES. AEDILIC. POTEST. LOCOR. PVBLICOR. PERSEQVENDORVM. SEXVIRI I. D. CET.

3828. HERCVLI SACRO ‖ NOMINE ‖ M. PROCILIO ‖ MAXIMIANO ‖ III VIR. INT‖RAMN. LIREIS ‖ IVRISDICVNDO ‖ M. PROCILIVS ‖ AVGVSTALIS ‖ PATER. — Interamnae. Donati 1. p. 57, 7.

3829. PETRONIVS SATVRNINVS III VIR ‖ I. D. V. S. L. M. — Vicetiae. E Cod. Redii Gudius p. 155, 7. Confirmatur alio Vicetino ap. Mur. 678, 2.:

3830. ATIO L. F ‖ III VIR ‖ PATRONO.

3831. L. B [1]) ‖ VOT. [2]) MAXIMO ‖ PRAEF. FABR ‖ III VIR. I. D. Q ‖ PATRONO. D. D. — Scani in agro Bergomate. Mur. 681, 5.

1) i. e. *Lucio B..... Maximo*. 2) Votinia tribu; de qua videsis Caput de Tribubus.

3832. D. M ‖ P. ATTI P. F. CLV ‖ AED. Q. III VIR ‖ IVR. DIC. EQVO PVBL ‖ VOLVSENA C. FIL. AVGVRINA ‖ CONIVG OPTIM. — Sestini. Mur. 678, 7. Sed ap. Gorium *Etr.* p. 351, 2., qui ante Mur. hanc inscr. edidit, post *Aed. Q.* defectus sunt signa, quo fit, ut hic Triumvir Iuri Dic. admodum sit incertus. Immemor deinde, se eam iam dedisse, Muratorianum typum repetit Gor. *Etr.* 3. p. 177, 222.

3833. Q. PAETO OPTINO ‖ Q. F. SERG. VALENTINO. D. CC.[1]) AEDILI ‖ FLAMINI DIVI ‖ TRAIANI AVG ‖ TRIVMVIRO DESIG‖NATO[2]) CALPVRNIA ‖ MARITO PIENTIS. — Salonae. Zachar. *Marm. Sal.* p. 13, 10.

1) Decurioni Coloniae Claudiae Salonitanae. 2) ap. Gud. 28, 8. Zach. l. l. p. 8, 6. exstat et *Triumvir Capitalis Col. Iul. Mart.*, sed Ligorianus.

3834. TREBIA C. F. FILVMENA ‖ SIBI ET L. TIVCIO[1]) MERVLAE ‖ VI VIR III VIR. IIII VIR. TESTA‖MENTO FIERI IVSSIT. — Mediolani. Grut. 476, 2.

1) corruptum hoc.

3835. L. FAESTELLIO L. F. AN ‖ SABINIANO PROC. D. ANTON.[1]) AVG. PII ‖ PROC. PAN. INF ‖ PROC. XX. HER. REGION ‖ CAMP. APVL. CALABR ‖ EQVO PVBL. AVG. III VIR ‖ II VIR. QVINQVENNAL ‖ PATRONO COL[2]) ‖ COLLEG. CENTON ‖ PATRONO OPTIM. ET RARISSIM ‖ HONOR. ACCEPT ‖ IMPENS. REMISS ‖ L. D. D. D. — Arimini. Mur. 513, 2., emendatior in quibusdam ib. 700, 3.

1) Priori loco Mur. ridicule habet PROC. PANTOM*imorum*. 2) fortasse *Collegii* potius, quam *Coloniae*; ut *Colleg.* sit *Collegium*, nec tamen *Coloniae* omnino spernendum. v. Mur. 516, 3.:

3836. L. BETVTIO L. F. PAL. FVRNIANO ‖ P. P. LEG. I. ITAL. II VIR. I. D ‖ III VIR. AEDIL. CVR. PONTIFICI ‖ FLAMINI DIVI NERVAE ‖ PATRONO COLON ‖ COLLEG. FABR ‖ AMANTISSIMO PATRIAE. L. D. D. D. — Arimini. Discimus hinc praeterea, cuius generis Triumviri fuerint Arimini: Aediliciae scil. potestatis. Sic etiam Tergeste. Mur. 748, 3. Don. p. 218, 225. Gud. 139, 3.:

3837. M. SVRINVS M. F. MARCELLVS III VIR.[1]) AED ‖ PRAEF. I. D. II VIR. PONTIF. PRAEF. FABR ‖ QVINQ. D. D ‖ M. SVRINVS M. F. MARCELLVS FILIVS.

1) Ita etiam Donius, sed Gud.: IIII Vir.

3838. T. ERVENVS T. F. SABINVS ‖ TRIVMVIR. AED ‖ POT. II. TESTAMENTO LEGAVIT. MVNICIPI‖BVS REGINIS. IVL. IN PRYTANAEO. STATVAM ‖ AEREAM. MERCVRI. TRVLLAM ARGENTEAM ‖ ANAGLYPTAM. P. II. S. LARES ARGENTEOS ‖ SEPTEM P. II. S. PELVIM AEREAM CORINTHEAM ‖ ITEM IN TEMPLO APOLLINIS MAIORIS ‖ PVGILLARES MEMBRANACEOS

OPERCVLIS EBOREIS. PYXIDEM EBOREAM. TABVLAS PICTAS XVIIII. HEREDES EIVS ‖ PONENDA CVRAVERVNT. — Rhegii Bruttiorum. Morcelli *St.* 1. p. 246.

3839. Io fragm. Mevaniae reperto ap. Mur. 765, 7.:

IIII VIR. I. D. III VIR. QVINQ. nisi hic leg.: IIII VIR. QVINQ. Alium triumviruio quioquennalem in inscriptione mihi oon visa reperit Vincentius Campanari. (*Dell' Urna con bassorilievo ed epigrafe di Arunte figlio di Lare, trionfatore etrusco.* Roma 1825.) v. *Biblioteca Ital.* Ottobre 1825. p. 53.

3840. L. PORCIO. T. FIL. VOT ‖ LATINO ‖ EQVO PVBLIC ‖ ORNATO. PRAEF. FABRVM I[1]) ‖ II VIR. AER. III VIR ‖ LOC. PVBL. PERSEQ[2]) ‖ PORCIA T. F. TVTEL. — Viennae Allobrog. Grut. 458, 2., corroptum ap. Mur. 845, 3.

1) leg. II. i. e. Praef. Fabrûm iterum. 2) Eadem munera Duumviri Aerarii et Triumviri locorum publicorum persequendorum habes in lap. Genevensi Grut. 408, 6. apud nos N. 256.

3841. D. IVL. D. FIL ‖ CAPITONI ‖ FLAM. VIENN.[1]) III VIR ‖ LOC. PVBL ‖ II VIR. AERAR ‖ PRAEF. FABR. TRIB ‖ MIL. LEG. VII ‖ GEMINAE CIVIT. REMI FOEDERATA ‖ D. D. D. — Vicooac Allobrog. Spoo *Misc.* p. 203, 5. (corruptum ap. Grut. 421, 8. et Gud. 128, 1.) Cfr. Damadenum p. 50.

1) Grut. melius habere videtur FLAMIVENI. i. e. Flamini Iuventutis, ut in seq. Ceterum notandi in tribue bis lapidd., quibus adde Grut. 398, 6.: *Duumviri Aerarii.*

3842. Q. VAL. C. FIL. VOLT ‖ MACÈDONI ‖ FLAM IWENT.[1]) Q. C. V[2]) ‖ II VIR. AER. AVGVRI ‖ III VIR. P. P.[3]) HVIC ‖ ... COS. HADRIANVS. — Tcin in Delphinatu. Grut. 479, 1.

1) Iuventutis. 2) Quinquennali, s. potius Quaestori Coloniae Viennensis. 3) Publicorum Persequendorum scil. locorum. ut 421, 8. Ita optime Reines. Ind. V. Simile officium Romae erat: Curatorum locor. publicor. iudicandor. Grut. 200, 5. et 6.

3843. M. AVRELIVS ‖ FOELIX. D. CREMONENSIVM ‖ QVAESTOR. PECVN ‖ PVBL. AEDIL. PLEB. VI VIR ‖ IVR. DIC. OFF. OMNIBVS ‖ FVNCTVS. VIVENS. POS. SIBI ‖ ET AVRELIAE MARCIANAE ‖ VIRGINI. FOEMINAE PRIMARIAE ‖ VIXIT AN. XLVI. DIES XIII ‖ B. N. MER. — Cremonae. Bianchi *Marm. Crem.* p. CCLXXX. Mur. 680, 5. 1042, 3. Est titulus incertae admodum lectionis, in quo maxime offendit Sexvir Iuri dicundo.

3844. L. LAMPONIVS L. L. ONESIMVS ‖ P. CARMINIVS P. L. LICINVS ‖ P. TERENTIVS P. L. VEGETVS ‖ P. CARMINIVS P. L. PRIMVS ‖ IIIIII VIRI ‖ VIAM CVM CREPIDINIBVS ‖ A QVADRVVIO AD MVRVM ‖ STRAVERVNT ‖ OB HONOR. — Tarvisii. v. *Lettera di Damisto in Calogerà N. R.* 10. p. 83. qui suspicatur lapidem hunc multis controversiis agitatum ex Altino Tarvisium transvectum fuisse. Nota, Seviros hos omnes libertini esse generis; unde manifestum est, eum pertinere, non, ut quidam voluerunt, ad

nescio quos Seviros I. D., vel summum municipii magistratum, sed ad solitos illos Seviros (Augustales), de quibus infra disputandi erit locus.

§. 8. QVATTVORVIRI IVRI DICVNDO.

3815. C. OPPIVS VERVS. M. TVRPILIVS ‖ PRISCVS F. IIII. VIR. I. D. AQVAM CAELESTEM DILABENTEM MON‖TIBVS
EX. COLLECTAM. INTERCISO AGGERE. PER FORMAM CVR.[1]) SVA. FACTAM IN PISCI‖ S. C.
NIS REPVRGATIS. LONGO TEMPORE CES‖SANTIBVS. P. P.[2]) PERDVXERVNT. — Corae. Grut. p. 180, 2., correctius ap. Morcelli *St.* 1. p. 227.

1) cura sua. 2) pecunia publica.

3816. I. O. M. AETERN ‖ C. IVL. VALENTI‖NVS IIII VIR PRI‖MVS ANNVALIS. MVN. SEP. APVL[1]) ‖ ET PATR. COLL. FAB ‖ MVN. SS.[2]) EX VOTO ‖ POSVIT. — Carlsburgii. Mur. 4, 8. Maffei *M. V.* 248, 2., notandum propter quattuorvirum primum annualem. (Grut. 88, 13. Primus IIII vir.)

1) Septimii Apulensis. 2) supra scripti.

3817. C. LVCIVS C. F. MANIACVS ‖ VETTIA M. F. FIGVLI[1]) ‖ C. LVCIVS C. F. MANIACVS ‖ IIII VIR. I. D. POPVLI BENEFICIO[2]) ‖ C. LVCIVS C. F. F. — Aquileiae. Bertoli A. d'A. p. 305, 430. Mur. 715, 5.

1) In his latet corrupti aliquid. 2) Hoc inprimis notandum; interdum igitor Quattuorviri creabantur etiam sub Imperatoribus a Decurionibus dumtaxat, interdum autem, quum discordes inter se essent Decuriones, a populo universo.

3818. T. ELVFRIO T. F. STELL. MELIORI ‖ IN HONOREM T. ELVFRI AELIANI PATRIS. QVOD ANNO IIII ‖ VIR.[1]) SVI ANNONAM SVFFICIENTEM ‖ CIVITATI PECVNIA SVA ‖ PRAESTITERIT. CIVES OB ME.... *A latere dextro:* ...CAT. PR. IDVS ‖ ...OSCIO PACV..‖.. PAPIRIO AELI.... ‖ ... ‖ .. ‖ CC. ...D. — Collemaggio. Marini *Atti* 2. p. 402., quem consule de nominibus istis mutilis.

1) Quattuorviratum hic quoque annualem habes.

3819. C. VMBRIVS EVDRASTVS ‖ FONTVNATVS (*sic*) IIII VIR ‖ MENSVRAS LEGE CIVITATIS ‖ PROPRIO SVMPTV.[1]) — Compsae in Hirpinis. Grut. 223, 1. Cfr. Otto *Aedil.* p. 351.

1) scil. restituit, vel exigendas curavit. Nota IIII Vir. simpliciter positum, et ap. Marini *Atti* 1. p. 191. ita et saepius, de eiusmodi quattuorviratu sermo sit. Reiiciendos esse Ottonis *de Tutel. viar.* p. 473. Quattuorviros ITERIS. i. e. Itineris docuit Marini l. l. p. 765. Sunt scil., quos ille laudat, Quattuorviri iterum.

5850. L. OCTAVIVS. L. F. VITVLVS ‖ C. RVSTIVS C. F. FLAVOS ‖ IIII VIR. D. S. S ‖ VIAM INTEGENDAM ‖ CVRAVER.[1] — In clivo Tiburtino. Nibby *Vie.* p. 101.

1) Quattuorviri de senatus sententia viam Tiburtinam, ubi per Villam Maecenatianam ducebat, fornice integendam curaverunt. Hi tamen Quattuorviri Viar. Curandar. forsitan fuerunt. — Maffeii (*Mus. Ver.* p. 214, 1. et 7.) Quattoorviri a populo (IIII VIR. A. P.) potius sunt Quattuorviri aediliciae potestatis.

Raro, sed interdum tamen honor iste municipalis memoratur inter urbicos. v. c. infra N. 3865. et:

5851. P. AELIO COERANO ‖ COS.[1]) PROCOS. PROV. MAC ‖ LEG. LEG. VIII. AVG. IVRIDICO ‖ PER FLAMINIAM ET VMBRIIAM. PRAET. VRB. TRIB. PLEBEI ‖ KAND. QVAEST. IIII VIR. IVR. DIC ‖ FRAT. ARVALI. CVRAT. CIVIT ‖ ANTIATIVM ET AQVINATIVM ‖ PATRONO ET FLAMINI DIALI TIB ‖ DECVRIONES TIBVRTES. — Tibure. Marini *Atti.* Tav. LX.

1) Consuli (suffecto) anni incerti, Caracallae probabiliter temporibus. v. Marini 2. p. 777.

Lapides, in quibus Quattuorviri Iuri dicundo clare distinguuntur a Quattuorviris quinquennalibus:

5852. L. IVLIO L. F. PAL ‖ IVLIANO ‖ IIII VIR. AED ‖ IIII VIR. I. D ‖ IIII VIR. QVINQ ‖ QVINQ. II. DEST[1]) ‖ PATRONO MVNICIPI ‖ PLEPS OB MERITA ‖ L. D. D. D. — Ocriculis in Vmbria. Grut. 422, 8.

1) Quinquennali iterum destinato.

1) In adnot. Murat. „functus est Octoviratu Potestate Aedili"; unde Hagenb. hic quoque leg. coniicit: VIII Vir. 2) l. QVAESTori. Mur. 3) hic aliter quam supra explicandum erit: Octovir duumviralis potestatis. 4) Haec corrupta, nec legi iuvat cum Murat. *Cum viro*, fortasse: VNIVIRA. Orell.

3967. *Octovirorum arbitratu* est etiam in fragmento Perusino, apud Donium Class. II. 22. Maffeium *Mus. Ver.* 355, 5. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 381., ubi insuper notanda IN COMITIO STATVA *posita:* si scil. de Comitio Perusino sermo est.

3968. Decemvirum in Vico Novanensi (incertae tamen auctoritatis, quum lapis sit Pratillianus:) reperi in Calogerà *Raccolta* T. 28. p. 165. et Ricolvi *Sito d'Industria* p. 19., vide in Geographicis. N. 119.

3969. Duodecimvirum agnoscit Muratorius in seq.:

SINGVLARIS INTEGRITATIS ‖ ET BONITATIS EXIMIAE ‖ M. AVR. CONSIO QVARTO ‖ IVNIORI C. V. CORRECTORI ‖ FLAMINIAE ET PICENI ‖ PONTIFICI MAIORI ‖ PROMAGISTRO ITERVM ‖ DVODECEMVIRO ‖ ANCONITANI ET ‖ FANESTRES CLIENTES ‖ PATRONO. — Romae. Fabrett. p. 720, 419. Murat. 1024, 1. „Duodecimvirûm mentionem non memini me videre in aliis lapp. Fuerit hic peculiaris aliquis earum urbium magistratus." Mur. At ubi conferas Mur. 388, 1., quod dedimus in Capite de Diis immort. N. 1901., mecum potius Decemviratum Vrbis Romae pro Sacerdotio Magnae Matris Deûm habebis.

3970. De Vigintiviratu denique municipali consule Marinium *Atti* 2. p. 806.:

.... CORNELIVS STATIVS $\overline{\text{XX}}$ VIR. H. A. H. S[1]) ‖ ...ILIVS[2]) GAMALA. VIR. H. A. H. S.[1]) P. $\overline{\text{II}}$ VIR. LOCVM EI D.... — Reperta Ostiae.

1) notae bis recurrentes incertae sunt significationis. 2) Lucilius.

3971. AELIAE LAENILLAE AVG. LIB. MATRI ‖ RAGI. BITHYNICI ‖ $\overline{\text{XX}}$ VIR. ET HONORATI ‖ OB MERITA EIVS. — In *S. Maria della Gloria* M. P. ab urbe Anania. Donati 2. p. 326, 1., ex Marangonio. Ad vigintiviratum referri poterat etiam Don. p. 194, 127.

(Mur. 513, 2. corrupte.) L. FAESELLIO ... PROC. $\overline{XX}$. VIR. REGION. CAMPAN. APVL. CALABR. — Sed suspicor leg. esse PROC. $\overline{XX}$. HER*editatum*, ut erat in aliis schedis Muratorii.

§. 13. AEDILES MVNICIPIORVM ET COLONIARVM. QVAESTORES. CEREALES.

3972. De Aedilibus municipiorum et coloniarum consulendus in primis est Otto *Aedil.* p. 87. seqq., qui permulta exempla e lapidd. affert. Vide etiam in §. Quattuorviri Iuri dic. quos dedimus Quattuorviros Aediles.

P. CAESIVS P. F. ROM ‖ AEDILIS SORAE ‖ PVBLICANVS[1] ‖ ROMAE ‖ ARRI. PAEDATI ‖ IIIILARI (*sic*) L. ME.[2] — Aquileiae. Mur. 912, 7.

1) Rara publicanorum mentio in saxis. 2) *memoriae*.

3973. T. PRAESENTIIVS ‖ Q. F. P. HEIILVECIVS. P. F ‖ AED. OB HOIINOREM. IN ‖ VIAM HS. $\overline{CCI\supset\supset}$ $\overline{CCI\supset\supset}$. — Cremonae. Bianchi *Marm. Crem.* p. CCLVIII. Grut. 1178, 1.

3974. SEX. ALLIVS REPENTINVS ‖ AED. COL.[1] SIBI ET ‖ SEX. ALLIO PATRI. ANNIAE MATRI ‖ SEX. ALLIO NVNDINO FRATRI AED. COL[2] ‖ ALLIO VEGETO FRATRI ‖ MEMMIAE VXORI OPTIMAE ‖ V. F. — Nemausi. Grut. 351, 6.

1) v. Wasseling. *Obss.* p. 101. 2) Cfr. Grut. 323, 5. Aed. Col. Aug. Nem.

3975. P. SEXTILIVS P. F. FAL ‖ RVFVS ‖ AID. ITER. $\overline{II}$. VIR. QVINQ ‖ POMPEI ‖ DECVRIO ADLECTVS EX VETERIB ‖ NOLA[1] ‖ AVFIDIAE SP. F. MAXIMAE ‖ MATRI ‖ L. PETRONIO L. F. FAL. VERO ‖ VITRICO ‖ DECVRIONI NOLA EX ‖ TESTAMENTO ‖ HS $\overline{CCI\supset\supset}$ ‖ ARBITRATV FIDI. L. — Nolae. Grut. 468, 9.

1) unta *veteres Nolanos*, ut supra *veteres Parentani*. cet.

3976. M. ANTEIO ‖ M. F. PAP. RESTIIITVTO PR. IVV[1] ‖ AEDILI AVGVR ‖ CVR. P. P.[2] DECVR ‖ AVGVST. ET POP[3] ‖ AERE CONLATO. — Sutri. Grut. 355, 3.

1) Praefecto Iuventutis s. Iuvenum. 2) Curatori Pecuniae publicae. Sculteti schedae R. P. reipubl. 3) Decuriones, Augustales et Populus.

3977. D. M ‖ P. AEL. TRAIANO ‖ VIXIT ANN. $\overline{XXVIII}$ ‖ FIL. ET ‖ AEL. LIBERO ‖ ALVMNO ‖ V. A. $\overline{III}$ ‖ D. AELIVS DACIANVS ‖ DEC. ET AEDIL ‖ COL. F. C. — Clausburgi in Transylvania. Grut. 546, 3.

3978. MAECIVS MAEIICIANVS. QVIRINA ‖ MONTANVS. AEII DILICIVS TER. $\overline{II}$. VIRAIITV IN INSVLA FVNCIITVS. ETIAM FLAMINAIITV. PROVINCIAE HISPAIINIAE CITERIORIS. OB AEIITER-

NITATEM HONORVM ‖ SVORVM MEMORIAE ‖ CONLOC. — Menoreae in Hisp. Grut. 1096, 7.

3979. L. BETVTIO L. F ‖ PAL. FVRIANO ‖ AEDILI. CVR. ET ‖ CVRVLIS I. D. ET ‖ BLEBEIA. MANDATA ‖ ET. PLEBS VRBANA ‖ OB HONOREM AB EO ‖ INTEGRE ET SINE ‖ AMBITIONE ‖ ADMINISTRAT ‖ L. D. D. D. — Arimini. Grut. 1092, 1. Eandem minus integram dat Don. p. 190, 112. Mur. vero 682, 6. ita: L. BETVTIO L. F. PAL. FVRNIANO ‖ AEDILI CVRVLI I. D. ET PLEBEIA ‖ MANDATA EST. PLEBS. cet. ut Grut. Hinc HAGENB. existimat lap. ita esse corrig.: — AEDILI CVI. ET. CVRVLIS I. D. (Iuri dicundo) s. potius AED(*ilitas*) ET PLEBEIA MANDATA EST. — Confer lapid. item Ariminensem Grut. 1091, 12., eidem positum: II VIRO. QVINQ. II VIR. I. D. IIII VIR ‖ AEDILI. CVR. PONTIF. cet.; unde vides priorem certe HAGENB. suspicionem CVRVLIS I. D. stare non posse. AEDILI. CVR. Bimardus *Mur. Proleg.* p. 17. explicat *Aedili. Curatori*, ut duae sint dignitates, repugnante HAGENB. Omnino *Curator*, Reip. vel Collegii nomine haud addito, nec mihi placet; quocirca, utroque saxo coniuncto, utut Grut. 1092, 1., legatur, id certe constare arbitror, Arimini fuisse Aediles et Curules et Plebeios. Cfr. denique lap. Interamnatem ap. Don. p. 75, 35. C. DEXIVS L. F. MAXIMVS AED. CVR., ubi Gorius in Ind. male cepissē videtur: *Aedilis*, *Curator.* pro *Aedili Curuli:* et Cremonensem, apud Otto *Aedil.* p. 296. Mur. 680, 5. et 1042, 3., quem dedimus supra.

3980. AESCVLAPIO ‖ ARA EX VOT ‖ P. LATINVS LVCANVS ‖ Q. AL. MAED.[1] II VIR ‖ I. D. V. L. S. — Atinae. Romanelli *Topografia* T. 1. p. 424.

1) Lege *Quaestor* ALIM*entarius*. AED*ilis*.

3981. T. POMPVLENO ‖ T. F. QVIR. IVVENI ‖ AEDIL. Q. ALIMENT‖OR. P. PELTVINAT ‖ DESIG. DOMITIA ‖ PHOEBE CONIVGI SANC‖TISSI. CVMQVO. VIXIT SI‖NE VLLA ANIMI EIVS OF‖FENSA. ANNIS XXVI. ET SIBI ‖ POSTERISQVE SVIS SIMVL

CVM FILIS P ET COHE‖
REDIBVS EIVS. —

Villa di S. Nicandro in agro Aquilano. Mur. 1067, 2., correctius ap. Giovenazzi *Aveia* p. 137., qui *P. Peltuinat.* docte explicat *Partis* (potius quam *Populi* vel *Praefecturae*) Peltuinatium ex Murat. 482, 1.:

3982. BALINEVM REFECTVM ‖ DEC. DECR. PECVN. PVBLIC ‖ PARTIS PELTVINATIVM. — Sancti Silvestri. Altera scil. pars et balinei, et alimentorum erat vicinorum Furfensium. (*Furfo*, hodie *Forfone.*)

3983. CN. BIENNVS L. F. POL ‖ BROCCVS VI VIR. AVG ‖ AEDILICIVS II VIR ‖ REGIO LEPIDO. — Regii Lepidi. Mur. 1075, 7.

Eadem Mur. 682, 8., ubi *Brocchus.* et pro $\overline{VI}$ *Vir. Aug.* $\overline{VI}$VIRAL., quod pravum videtur.

3984. L. VOTVRIO. MAXIMO. AEDILI ‖ PAGI. ALETANI.[1] PATRI ‖ C. VOTVRĪ. AVITI. — Tauliniani. Fabrett. p. 657, 494. Bimard *Proleg.* p. 21.

1) Nota Aedilem pagi quoque.

3985. M. LAELIO ‖ SABINIANO ‖ DECVRIALI. AEDILICIAE ‖ POMPAE[1] ‖ FRATRI KARISSIM ‖ LAELIA COETE ‖ SOROR. — Tarracone. Grut. 622, 9. Habet iam Apianus p. 16, 1. cfr. Otto *Aedil.* p. 381.

1) Pigh. ROMAE. utrumque corruptum videtur. Fuitne POTESTatis?

3986. P. FABIO P. F. SER ‖ LEPIDO. F ‖ QVAE. EX. D. D. TARR ‖ QVOD FACTVM POST ‖ MORTEM EIVS. POSITA EST ‖ ADIECTIS ORNAMENTIS ‖ AEDILICIIS. REMISSA ‖ IMPENSA. QVAM MATER ‖ EIVS IVLIA SEX. FILIA ‖ REBVRRINA ‖ DE SVO DEDIT. — Tarracone. Grut. 407, 5. cfr. Otto *Aedil.* p. 414.

3987. A. A.[1] ‖ C. CLVENTIVS C. F ‖ ROMVL.[2] PROCVLVS ‖ ATESTE AEDILIS $\overline{II}$ VIR QVAESTOR ‖ AERARĪ. BIS. PONTIFEX. V. S. — Patavii. Mur. 87, 8. Polcastro *Padova* p. 171.

1) Aquis Aponi. 2) sic habet Polcastro; Mur. ROM*ilia* scil. tribu.

3988. Quaestores in municipiis passim memorantur. Mur. 680, 4. Albingauni: L. AVRELIVS L. F. VEL ‖ MELEAGER AEDILIS BIS ‖ PRAEFECTVS QVAES. SIBI ET AVRELIAE L. F. SORO. ET ‖ PVBLIO AVRELIO L. F ‖ FRATRI. — Quaestor pecuniae publicae. Polae. ib. 5. Quaestor Pisauri. Mur. 671, 4. — Quaestor aerarii. Veronae. 676, 2. — Quaestor ark(*ae*) publicae; in Monte Faliscorum. 681, 2. Augustae Praetoriae: Q̄. Aed. et $\overline{II}$ Vir. Numerarius (*computista* ital. Mur. 759, 7.) nisi leg. *Munerarius.* Cfr. de Quaestoribus municipp. Damaden. p. 97. Neque ab his Quaestoribus municipp. diversi videntur fuisse qui passim memorantur *Arcarii.* v. mox seq. §.

3989. P. METELLIVS ‖ L. F. DEC. TAVR ‖ ET QVAESTOR ‖ ITEM DECVRIO ‖ EPOREDIAE ET $\overline{II}$ VIR ‖ IOVI AVG ‖ EX HS. $\overline{X}$ ‖ TEST. PONI CVR. — Augustae Taurinor. Grut. 17, 10. Cfr. Don. p. 179, 69.

3990. D. M ‖ FL. MARTIO SEN ‖ IN. C.[1] CARVETIOR ‖ QVESTORIO (*sic*) ‖ VIXIT AN. $\overline{XXXXV}$ ‖ MARTIOLA FILIA ET ‖ HERES PONEND ‖ CVRAVIT. — Apud Vetus Perith in Cumbria. Grut. 411, 4.

1) In Colonia. Grut. INC., quod Scal. legebat *Incola.*

3991. In primis vero frequentes sunt *Quaestores alimentorum:*
CN. COPELLIO CN. F ‖ FRONT. NEPESINO .. $\overline{\text{IIII}}$ V.IR.. ‖ AEDIL. I. I. D. PONT ‖ $\overline{\text{Q}}$. ALIMENTORVM ‖ PLEBS NEPESINA EX AER. CON ‖ OB MVNIFICENTIAM EIVS ‖ CVIVS STATVAE DEDICAT ‖ OTACILIA COMICE VXOR ‖ DECVR. ET AVGVST. SPORTVL ‖ ET POPVLO EPVLVM DEDIT ‖ CVRANTE L. TVRPILIO FELICE. — Nepete. Grut. 395, 1. cfr. 394, 3. et 397, 2.

Tribus in lapidibus Beneventanis memoratur dignitas municipalis alias inusitata, scilicet:

3992. C. ADIECTIO ‖ C. F. STEL ‖ MACEDONI ‖ PR. CER. IVRID ‖ C. ADIECTIVS ‖ NARCISSVS ET ‖ CEIA LVCILLA ‖ NEPOTI L. D. D. D. — Grut. 344, 14., correctius apud De Vita *Inscr.* p. 13, 15.

3993. VERZOBIO ‖ C. CAELIO ‖ C. F. STE. BASSAEO ‖ DONATO ‖ PR. CER. I. D. $\overline{\text{QQ}}$ ‖ ADLECT. IN ORD ‖ DEC. EQ. R ‖ C. CAELIVS DONA‖TVS P.[1]) BASSAEA TANNARIA ‖ MATER. — De Vita. p. 136, et *Inscriptt.* p. 13, 16.

1) minime est *Publia*, uti vult De Vita, sed *Pater*.

3994. L. STAIO L. F ‖ STEL. SCRATEIO ‖ MANILIANO PRIMO ‖ CER. I. D. $\overline{\text{QQ}}$ ‖ FILIO EQ. ROMANI ‖ ARCHIATRI[1]) BENEV ‖ HIC PRIMVS OB HONO‖REM CEREAL.[2]) TESSERIS ‖ SPARSIS IN QVIBVS AVRVM ‖ ARGENTVM AES VESTEM ‖ CAETERAQ. POPVL ‖ DIVISIT ‖ L. STAIVS ‖ RVTILIVS MANILIVS. — De Vita p. 137. et *Inscriptt.* p. 13, 14.

1) v. De Vita p. 211. 2) *Cerealitatis.* In prima igitur iam Scaliger in Ind. XX., haud obloquente Hagenbuchio, agnoscebat *Praefectum Cerealem Iuridicundo.* De Vita liberalior etiam, de Praetoribus Cerealibus in reliquis quoque cogitat: nulla fere tertiae ratione habita, in qua *Primo* minime est nomen, sed iungi debet cum *Cereali*, ut rite, opinor, colligitur ex praecedentibus, quae non unde CER., sed PR. CER. exhibent. Sic igitur interpretor etiam illas; id vero nescire me fateor an *Iuri dicundo*, et *Quinquennali* cum *PRima CEReali* coniungendum sit, nec ne. Qui duos vel tres potius honores municipales in his me non improbante malit agnoscere, e prima saltem abesse Quinquennalitatis mentionem observare haud negliget. Id quoque nos fugit, quaenam ratio fuerit istius *Cerealitatis* sive *Cerealiatus*, (ut mavult De Vita) vel ad *Aedilitatem*, vel ad *Quaesturam alimentariam*, vel ad *Curationem annonae.* Nomen certe ab Aedilibus Cerealibus Vrbis sumpserunt Beneventani. Iterum erravit De Vita p. 136., huc referens lapidem Fabretti p. 572. N. LVI.:

3995. C. IVL. FLORENTIN ‖ MIL. COH. $\overline{\text{VI}}$. PR. CER ‖ EVFROSINE CONI. B. M ‖ Q. V. M. A. $\overline{\text{IX}}$. M. $\overline{\text{III}}$. D. $\overline{\text{XIII}}$ ‖ IN. D. V.[1]) — Romae.

1) *Qui vixit mecum annos* - - XIII. *In Deo Vivas*, ubi Fabrettus nimis docte reperiebat CER*omatisten*, quasi vero *ceromate* inungi consuevissent milites ad natatus et pugilationis exercitia! quae quum scripsit ceromatum usum a Celso sexcenties propositum, minime reminiscebatur. Provocavit quidem ad Grut. 561, 12.:

3996. OSSA ‖ SILVINI EMPRONI ‖ CEROM. LEG. $\overline{\text{XI}}$ ‖ ANTICO LICINIA ‖ I. L. F. —, Patavii; ubi longe scitius Hagenbuchius: CEROM*atistes Leg.* XI. explicat Fabr. Vellem vero aliunde quoque,

hanc artem militiae qui exercuerit, docuisset. Vno tamen saxi huius incuriose exscripti et deperditi, ut ad Grut. 559, 8. notavi, fundamento adeo nititur, ut saxi sui p. 572. N. LVI. CER. explicet CER*omatistes;* ubi tamen CER. esse initium gentilis nominis, quo alias *Eufrosine* caret, longe videtur similius veri. Si in Gruteriano CEROM. non CERONI veritati propior sit lectio, M finale acciperem pro sigla M*ilitis*. De CERO nil subit, quod placeat. — In Fabretti saxo CER. centurionis quoque nomen significare potest: quamvis Hagenbuchii ratio magis fere placeat: minime autem cum De Vita ingeri debet CER*ealitas*, maxime quum PR. nil aliud sit, nisi PR*aetoriae;* neque in gregarii militis titulo, munus illud municipale, cuiuscunque generis tandem fuerit, locum habet ullum.

§. 14. VARIA MVNERA MVNICIPALIA.

3997. DIIS MANIBVS ‖ PARTHENIO. ARCARIO ‖ REI. PVBLICAE ‖ LAVICANORVM ‖ QVINTANENSIVM. — Tusculi. Fabr. p. 540, 388. Mur. 1053, 3. cfr. Mannert *Ital.* 1. p. 657. De his Arcariis v. Otto *Aedil.* p. 127.

3998. C. ARRVNTIVS ‖ C. L. HERMES ‖ VIIII VIR. VAL. VI VIR ‖ S. F. SIBI ET ‖ STATILIAE NEBRIDI ‖ CONIVGI. — Mevaniae. Don. p. 208, 188. (Muratorius non habet.)

3999. C. ATTIVS Ↄ. L ‖ IANVARIVS ‖ VI. VIR. S. F. VIIII VIR. VAL ‖ HIC COLLEGIO SVO CENTO‖NARIORVM LEGAVIT HS ∞. EX ‖ CVIVS REDITV QVOD ANNIS ‖ DIE PARENTALIORVM. NE MINVS ‖ HOMINES XII AD ROGVM SVVM ‖ VESCERENTVR ‖ CVRA COLL. CENT. — Mevaniae. Gud. (*αὐτόπτης*) p. 207, 8. Don. p. 208, 189. Mur. 512, 3., immerito suspectum habuit. Discimus inde, ut alibi Seviros Augustales, sic Mevaniae fuisse Seviros Sacris faciundis, ac praeterea, sine alio exemplo, Novemviros Valetudinarios, ut explicat HAGENB. Mss.

4000. L. GEMINIVS L. F ‖ MESSIVS ‖ VI VIR ‖ CVRATOR AERARI ‖ MEDIOL ‖ HERCVLI ‖ V. S. L. M. — Mediolani. Grut. 43, 11. et 12.

4001. M. RVBRIO ‖ PROCVLO ‖ AVG.[1]) CASINI ‖ CVR. ANN.[2]) CASINI ‖ M. RVBRIVS PROCV‖LEIANVS. PATRI PIIS‖SIMO. ET SERGIA ‖ QVARTILLA ‖ VXOR. — In agro Casinate. Murat. 1036, 6., correctius ap. Giovenazzi *Avela* p. 119.

1) Augustalis. 2) Curator annonae.

4002. C. MEMMIO C. F. GAL. LVPERCO ‖ DISP. ANNON. AVG. PRAEF. I. DIC ‖ AED. Q. IIII. ET Q. Q. P. P ‖ COLLEGIVM FABRORVM EX S. C ‖ OB MERITA EIVS. — Tarenti. Mur. 910, 7. Hic tandem habes dispensatorem (sed *disp. annonae Aug.*) ingenuum:

qua de re magna lis fuit inter Fabrettum, qui servos tantummodo dispensatores agnoscebat, et Muratorium. HAGENBVCHIVS haec adnotat: Puto omnino, non libertos tantum, sed interdum vel ingenuos, in aula Caesarum dispensatorum officio, quod vulgo fere servi nonnisi lectissimi obibant, fungi amavisse.

4003. D. M ‖ C. CALVI. N ‖ FIRMINI ‖ CVRATORES (*sic*) INSTRVMENTI ‖ VERONAES ‖ EX NVMERO ‖ COLLEG. FABR. — Veronae. Gud. 205, 1., *αὐτόπτης*.

4004. L. PACCIVS. L. F ‖ PRISCVS. AID. II VIR. Q ‖ CVR. MVNER. CATINIAN.. ‖ C. L. MAXIMO. — Venusiae. Lupulus p. 322.

4005. Manifestum fit ex inscriptt. Imperatores municipiorum curam singularem suscepisse in iis omnibus, quae qualicunque modo pertinerent ad summam imperii. Hinc videmus Curatores operum publicorum, Curatores Kalendarii cet. municipiis datos fuisse ab ipsis principibus v. c.:

4006. C. NERATIO C. FIL ‖ C. N. C. PRON. C. ABN. COR ‖ PROCVLO BETITIO PIO ‖ MAXIMILIANO ‖ QVAEST. II VIR. QVINQ. P. C [1] ‖ FLAMINI DIVI HADRIAN ‖ CVRATORI OPERVM PVBL ‖ VENVSIAE DATO AB DIVO ‖ HADRIANO. CVRAT. KAL ‖ NOLANORVM DATO AB IMP ‖ ANTONINO AVG. PIO ‖ EPAPHRODITVS ET ‖ CONVENTA LIB ‖ L. D. D. D. — Extra Mirabellam. Grut. 441, 5.

1) Patrono Coloniae. Haec Inscriptio, quamvis impugnata a Maffeio A. C. L. p. 340., mihi quidem minime videtur commenticia. Cfr. Lupulum p. 318. et 114.

4007. C. OCTAVIO C. F ‖ PAL. MODESTO ‖ AVGVR. II VIR. I. D. QVAEST. II ‖ PRAEF. FABR. ROMAE. PRAEF ‖ COH. II. PANNONIOR. PRAEF ‖ COH. III. ITYREOS. (*sic*) TRIB. MIL ‖ LEG. IIII SCYTHIC. CVRAT. REI ‖ P. AECANOR. ITEM HONORA‖TO AD CVRAM KALENDARI [1] ‖ REIP. CANVSINOR. A DIVO TRA‖IANO PARTHICO. ET AB IMP. HA‖DRIANO AVG. HIC OPVS QVADRI‖GAE CVM EFFIGIE IMP. HADRI‖ANI AVG. CITRA VLLIVS POSTV‖LATION. CVM A MVNICIPIBVS ‖ SVIS OBLATVM EX ARGENTI ‖ LIBRIS DXVII= [2] LIBRIS ∞. AD‖IECTIS. AMPLIVS VIRITIM PO‖PVLO *. SING. DISTRIBVTIS ‖ DEDICARI CAVIT [3] ‖ P. D. D. — Canusii, postea Beneventi. Grut. 444, 5. Ald. *Orthogr.* p. 471., cuius typum in nonnullis a Grut. abeuntem conferre non poenitebit. HAG. Vltima scil., ut videtur, longe melius sic exhibet cum De Vita *Inscriptt.* 21, 17.:

— CITRA VLLIVS POSTVLATION. CVM MVNICIPIBVS SVIS OBTVLISSET EX ARGENTI LIBRIS ∞. ADIECTIS AMPLIVS LIBRIS DXVII— VIRITIM. cet.

1) v. Rei es. *ad Rup.* p. 86. 2) i. e. unciae duae s. sextans. v. d'Orville *Misc. observ.* T. 3. a. 1741. p. 116. Cfr. de hoc marmore Damadenum p. 14. 3) Sic cum lineola superducta De Vita. Reliqui: CVRAVIT.

4008. D. M ‖ AVRELIVS HERMAS AVG. LIB ‖ PROC. K.[1]) HEROVM ‖ MACERIA‖CINCTVM CVM CVPERFICIO[2]) ‖ INSVLA CONPARAVIT ‖ SIBI POSTERISQVE SVIS ‖ IN FR. P. XII. IN AGR. P. XIIX. — Romae. Mur. 889, 8.

1) Procurator Kalendarii. 2) *superficio* Hag. (?)

4009. Q. VERRIO. Q. F. PAL ‖ FLACCO ‖ SEVIRO AVGVSTALI ‖ CVRATORI MVNERIS ‖ PVBLICI[1]) ‖ DECRETO STATVAM ET FAS[2]) ‖ ORDO DECVRIONVM ET AVGVSTALIVM ‖ ET PLEPS VNIVERSA S. P. P. P. D. D. — Praeneste. Don. 192, 120. Mur. 618, 3.

1) Curatores muneris publici, alibi *munerarii* dicti: Mur. 616, 1., diversi erant ab Aedilibus municipalibus:

4010. C. PVBLICIO DONATO ‖ EQVITI ROMANO ‖ AEDILI IIII VIRO QVINQ ‖ ET CVRATORI MVNERIS ‖ PVBLICI. Mur. 618, 1.

2) fastigium, ut olim Caesari. Suet. *Caes.* 76.

4011. I. O. M ‖ C. ENNIVS C. F. FIRMVS ‖ PERMISSV DECVRION. *Col* ‖ BENEVENT*anae*. AEDILIS ‖ II VIR. I. D. QVAESTOR ‖ CVRATOR OPERIS THERMARVM ‖ DATVS AB ‖ IMPERATORE CAESARE HADRIANO AVG. — Prope Arianum. Lupulus p. 150.

4012. T. VEDIVS T. F ‖ T. VITORIVS CN. F ‖ II VIRI ‖ LIBRIPENDES ‖ EX DD. — Nolae. Grut. 1115, 1. Holthenius in Add. Grut. perperam intellexit locum Plinii. H. N. 33, 13., ubi *libripendes* memorantur. Hic quum subiungatur *Ex Decreto Decurionum* officium aliquod, temporarium saltem, videtur significari; quocirca ab aliis Duumviris, Libripendes istos, dummodo sint sinceri, segregavi.

4013. C. LARTIO SABINIANO ‖ OFFICIALI NAEDITARVM RARI‖SSIMO. VITAE INCORRVPTAE. ANN. XXXII ‖ M. III. PATRI FILIORVM II. MAGIA MAXI‖MIANA CONIVGI INCOMPARABILI CVM ‖ QVO VIXIT ANN. XV. VIRGINIO. INFELICISSIMO ‖ M. P.[1]) — Nadini civ. Liburniae. Gud. 129, 4., correctius quam ap. Reines. Cl. VI, 57.

1) *Monumentum posuit.*

4014. IVNONI S. M. R ‖ Q. OLIVS PRINCEPS ‖ REDEMPTOR OPER/‖ PVBLICORVM LANIVINORVM ‖ DE. S. D. D. — Lanuvii. Nibby *Viaggio* 2. p. 187. (Sospitae Magnae Reginae.)

4015. D. M ‖ P. PRIMITIVVS ‖ AVGVSTOR. LIBERT. STAT ‖ CVLARON. ET ‖ QVARTINIA ‖ MITAN. CON ‖ PRO SE ET HEREDIBVS ‖ DONVM DANT. — Cularone s. Gratianopoli. Bimard *Proleg.* p. 89.

4016. Q. AKANIVS. Q. F. RVFVS ‖ TER ‖ DICTATOR IN ‖ IVNILICIIS. — Narbone Martio. de Schmidt *Opusc.* p. 396. „Quid

sit *Dictator in Iunilictis* nescio. Lafontins asserit mense Iunio Narbone nundinas celebratas, dictatoremque iis praefectum fuisse." Id.

4017. D. M ‖ C. TETTIO C. L. TESIAE ‖ ARCHIATRO PE‖RITISSIMO ‖ ET OBSEQVIIS. ‖ .. SVIS OMNIB‖VS AMANTIS‖SIMO CVRA ‖ ET DOCVME‖NTIS EVI... ‖ ..NTIBV. .... — Pisauri. Marm. Pis. p. 28. LXIV. Mur. 980, 4., notandus Archiater municipalis. v. Oliv. p. 152.

§. 15. MAGISTRATVS IN MVNICIPIIS ET COLONIIS GALLICIS.

Separatim magistratus municipiorum Gallicorum erant exhibendi maxime propter Savigny *Geschichte des röm. Rechtes.* T. 1. p. 53. et 61., cuius opinionem confer cum selectis ex pluribus hisce inscriptionibus:

4018. IOVI O. M ‖ Q. ADGINNIVS VRBICI ‖ FIL. MARTINVS SEQ ‖ SACERDOS ROMAE ET AVG ‖ AD ARAM AD CONFLVENTES ‖ ARARIS ET RHODANI ‖ FLAMEN. II. VIR. IN CIVITATE ‖ SEQVANORVM. — Lugduni. Grut. 13, 15.

4019. L. MARVLLVS L. MARVLLI ARABI ‖ FILIVS QVIR. AETERNVS II. VIR ‖ AQVAS EARVMQVE DVCTVM ‖ D. S. D. — Vesnnae (Périgueux). *Mém. de l'Acad. des Inscript.* T. 27. p. 171.

4020. SEX. LIGVRIVS SEX. FIL ‖ GALERIA. MARINVS ‖ SVMMVS. CVRATOR C. R[1]) ‖ PROVINC. LVG. Q II VIRALIB[2]) ‖ ORNAMENTIS SVFFRAG ‖ SANCT. ORDINIS HONO‖RATVS. II. VIR. DESIGNATVS ‖ EX POSTVL.[3]) POPVLI. OB HONO‖REM PERPETVI PONTIF. DAT ‖ CVIVS DONI DEDICATIONE ‖ CVRIONIB. *.[4]) V. ORDINI EQVE‖STRI IIIIII VIRIS AVG. NEGOTIATORIB. VINARIS *. III. ET OMNIB ‖ CORPORIB. LVG. LICITE COEVNTIBVS. *. II ‖ ITEM LVDOS CIRCENSES DEDIT. L. D. D. D. — Lugduni. Grut. 431, 1. Spon (αὐτόπτης) *Lyon.* p. 25. Millin *Voyage* 1. p. 429.

1) *Civium Romanor.* 2) *Quinqueduumviralibus.* i. e. ornamentis Duumviri quinquennalis. Grut.: IIRALIB. 3) postulatione. 4) Denarios. Varia in hac inscriptione notanda; 1. munus curatoris Civium Ro. in Provincia Lugd. 2. Quinqueduumviralia ornamenta. i. e. Duumviri quinquennalis gradus honorarius. 3. Sanctissimus ordo. 4. Pontificatus perpetuus. 5. Curiones i. q. Decuriones. 6. Ordo equester in colonia. 7. Negotiatores vinarii Lugduni equitibus et Sexviris aequati.

4021. T. C. H ‖ SECVNDO ‖ QQ. II VIR. — Gratianopoli. Bimard *Proleg. ad Mur.* p. 85.

4022. T. CASSIO ‖ MANSVET ‖ FLAMINI VIRB[1]) ‖ SCRIB. AED ‖ II. V. IVR. DIC ‖ CASSIA MTIA ‖ PATRVELI. — Gratia-

nopoli. Bimard. l. l. cfr. Mur. 169, 6., ubi ex Maffeio *Ant. Gall.* p. 45. pro MTIA probabilius exstat ALTIA.

1) Virbiali. v. Maff. l. l. p. 48. Praeterea hoc fere Duumviros reperi: Helviae II. Vir. Viennensium (Lugduni). Grut. 418, 3. II Vir. Genevae. Grut. 421, 6. II Vir iterum. — Nevduni. Grut. 424, 11. II Vir. Aquis Sextiis. Mur. 1109, 6. — II Viri Quinquennales Massiliae et Nicaeae. Spon 193, 2. (Mur. 626, 1.) — II Viri Narbone. Mur. 740, 7. — II Vir. Ebroduni. Mur. 756, 5. — Duumvir Aer. III Vir. Loc. Publ. perseq. Viennae. Grut. 458, 2., corruptum ap. Mur. 845, 3. — II Vir Antipoli. Spon p. 157, 2.

4023. V. AMMIAE P. VINICIO L. F.
CN. CN. L. LEGION. I.[1]) AED.
STATIAE VXORI PRAEF. PRO II VIRO.[2]) —

Narbone. Grut. 488, 7.

1) lege iunctim *Legioni*, ut fiat hominis cognomen, uti 1125, 2. Add. Holth.
2) Haec non sunt sana. Gud. Miror vero; nam Praefectum pro duumviro habent alia quoque saxa, v. c. Mur. 740, 7. cet. Hagenb.

4024. Q. MEMMIO MACRINO ‖ Q. II. VIR. MASSIL. Q. Q. ITEM ‖ PRAEFECTO PRO II VIRO Q. Q ‖ AGONOTHETAE ‖ EPISCOPO NICAEENSIVM ‖ AMICI. — Nicaeae; ita Spon 193, 2., in quibusdam melius quam Mur. 626, 1.: Q. MEMMIO ‖ MACRINO. Q. N. VIR. MASSIL. Q. II VIR. QQ. ITEM cet. — Q. II VIR. Hagenb. Mss. explicat: Quaestori Duumviro. Q. Q. quinquennali. Agonotheta idem quod in civitatibus Latinis munerarius s. curator muneris publici." Episcopum ut agonothetam acceperim de ludis, neque miror Graeca nomina in Graecis coloniis. Alibi tamen idem Hagenb. dubitat, an *episcopus* potius referendum sit ad Procurationem CC. (ducentesimae) Episcopeos chorae inferioris in lap. e ruderibus Cemenelii prope Nicaeam, s. Niciam eruto ap. Spon 20, 3., quod sane probabilius. Id saltem nunc constat Massiliae fuisse Duumviros, Nicaeae vero Praefectum pro Duumviro.

4025. DIS. MANIB ‖ Q. CAETRONI. Q. FILI ‖ VOLT. TITVLLI VETER ‖ COH. VI. PR. LOCO II. VIR[1]) PON‖TIF. COL. AVG. ARIM.[2]) PRAEF ‖ PAGI EPOT.[3]) ELAM.[4]) AVG. ET ‖ MVNER. PVBLICI CVRĀ[5]) ‖ ADDEAM AVG. VOC[6]) ‖ HERED. EX TEST. — Ventaoni in Gallia. Bimard *Proleg.* p. 15.

1) Quicquid dicit Bimardus, explicandum est: Praefecti loco (vice) Duumviri. 2) Col. Augustae Ariminensis. 3) Pagum Epotium, hodie *Upays* dici Bim. refert. 4) l. Flam. 5) Curatoris. 6) ad Deam Augustam Vocontiorum. „A templo Andartae, quam Deae Augustae nomine indigetarant Vocontii nomen factum Coloniae Deae Augustae Voc." Bimard p. 62.

4026. ... C. F. PAP.[1]) RVFO ‖ ANVLEIANO ‖ TERTIVM AEDILI.[2]) PRAEF ‖ PRO ET DVOVIRO.[3]) — Narbone. Mur. 740, 7. Sed ap. Maff. *Antiq. Gall.* p. 52. .. C. F PAP. RVFO .. NVLEIANO ...VM AEDILI PRAEF. ...O ET DVOVIRO.

1) „Merito contra Patres Trevoltienses insurgit Mur. negantes tribum inter nomina interiici unquam. Poni omnino inter nomina et cognomina ex regula adstruxit Fabrett.

p. 336." Hag. 2) uti *iterum atque tertium tribuni*. Liv. 3, 19. 3) Hagenb. Mss. explicat: Praefecto pro duumviro, sed praeterea et duumviro. Recte; sed post *Duoviro* supplendum videtur *Quinquennali*, ut in seq. Inp.:

4027. L. STATILIO L. F. AEM. SVLPICIANO ‖ PONTIF. PRAEF. PRO. II VIR. ET II VIR ‖ QVINQ. TR. MIL. ET TR. MIL. PROLEGATO ‖ ET PRAEF. QVINQ ‖ T. STATILI. TAVRI PATRI. — Epidamni s. Dyrrhachii. Mur. 746, 8. Cfr. Spon *Misc.* p. 164. et saxum Noviodunense apud nos N. 511.

4028. A. POMPEIVS SEX. F. FRONTO ‖ ITER. SEX. LVCEIVS C. F. AFRICIANVS LL.... F. LABEO ‖ C. LAREIVS C. F. FRONTO IIII VIR. F. C. — Cabellione. Mur. 481, 7.

4029. LIVI. FRONTONI ‖ PRAEF. EQVIT [1] ‖ IIII VIR. ITER ‖ VICANI AVGVST. — In vico Augusto nunc Aoste in Allobrogg. Bimard *Prol.* p. 112, 1. Vides hunc quoque vicum habuisse IIII Viros.

1) i. e. praefecto Alae.

4030. Quattuorvirum et Decurionem Col. Iuliae Augustae Apollinar. Reiorum videsis ap. Grut. 428, 9. (468, 6. Mur. 1111, 1.) et Mur. 1110, 7. IIII Vir. Nemansi. Mur. 556, 5. Aediles. ibid. 751, 7. et 756, 1. Alia huc pertinentia reperies etiam passim in Helveticis nostris.

§. 16. IMPERATORVM ET PRAESIDVM RESCRIPTA AD MAGISTRATVS MVNICIPALES. FASTI MVNICIPALES. DECRETA MVNICIPALIA DE PATRONATV, HOSPITIO, STATVIS PONENDIS, BISELLII, ET FVNERIS PVBLICI HONORE CET.

4031. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVGVSTVS ‖ MAGISTRATIBVS ET SENATORIBVS ‖ VANACINORVM [1]) SALVTEM DICIT.

OTACILIVM SAGITTAM AMICVM ET PROCV‖RATOREM MEVM ITA VOBIS PRAEFVISSE ‖ VT TESTIMONIVM VESTRVM MERERETVR ‖ DELECTOR.

DE CONTROVERSIA FINIVM. QVAM HA‖BETIS CVM MARIANIS PENDENTI EX ‖ IS AGRIS. QVOS A PROCVRATORE MEO ‖ PVBLILIO MEMORIALE EMISTIS. VT ‖ FINIRET CLAVDIVS CLEMENS PROCV‖RATOR MEVS SCRIPSI EI ET MENSOREM ‖ MISI.

BENEFICIA TRIBVTA VOBIS AB DIVO ‖ AVGVSTO POST SEPTIMVM CONSV‖LATVM. QVAE IN TEMPORA GALBAE RETI‖NVISTIS CONFIRMO ‖ EGERVNT LEGATI ‖ LASEMO LEVCANI F. SACERD. AVG ‖ EVNVS TOMASI F. SACERD. AVG ‖ C. ARRVNTIO CATELLIO CELERE M ‖ ARRVNTIO AQVILA COS. IIII.

IDVS OCTOBR. — In vico quodam plagae septemtrionalis Corsicae lamina aerea reperta. Mur. 1091, 1. et 2004, 2. Suspectum fuit quibusdam hoc Vespasiani rescriptum maxime propter Consules illos fastis ignotos: sed Marini *Atti* 1. p. 149., priorem invenit in L. Pompeio Vopisco Arruntio Catellio Celere, sub Domitiano, *Tab. fratr. Arval.* 23, 24, 25., quamvis Caii praenomen ibi non exstet. Ceterum ex coni. Reinesii p. 463. habemus etiam: M. Maenium Agrippam L. Tusidium Campestrem, cum duplici praenomine a natu et ab adoptione; certumque exemplum huius usus praenomina multiplicandi est ap. Gnd. 136, 5. Spon 189, 2. Alterum Consulem exhibet Grut. 366, 1., utrumque vero pro Consule suffecto a. p. Chr. 71. habet Marinius.

1) (ὐ ·νικῖνοι, Corsicae populus, etiam ap. Ptolemaeum memorantur: de his et Mariana oppido v. Mannert *Ital.* 2. p. 511. et 518. „*Senatores* pro Decurionum ordine deprehendimus Lanuvii, Neapoli, Nolae, Sagunti, Tibure, cet." Mur. Cfr. Oliv. ad Pisaur. p. 108. Grut. 194, 6. Don. 11, 56. Gnd. 89, 3.

4032. CLAVDIVS QVARTINVS || II̅ VIRIS. POMPEI.[1] SALVTEM || ET IVS MAGISTRATVS VESTRI || EXEQVI ADVERSVS CONTVMACES || POTESTIS ET NIHILOMINVS QVI || CAVTIONIBVS ACCIPIENDIS DE||SVNT SCIANT FVTVRVM VT NON || PER HOC TVTI SINT NAM ET NON || ACCEPTARVM CAVTIONVM PERI||CVLVM AD EOS RESPICIET ET QVID || QVID PRAESENTES QVOQVE EGERINT || ID COMMVNIS ONERIS ERIT BENE || VALETE. DAT. NON. OCTVBRIS CA||LLAGORI IMP. CAES. TRAIANO || HADRIANO AVG. III̅. COS.[1] — Pompeiopoli in Hisp. vulg. Pampelona in aenea tabula. Spon *Misc.* p. 278, 2.

1) p. Chr. 119.

4033. FRAGMENTVM FASTORVM MVNICIPALIVM. E VICO S. PAVLI PROPE NOLAM:

... ...
SVF. A. PLAVTIVS. L. NONIVS
T. SALVIVS PARIANVS. A. TERENTIVS II̅ VIR
SEX. APONIVS PROCVLVS. Q. NOLLENIVS AED
L. CASSIVS LONGINVS. M. VINICIVS COS
SVF. C. CASSIVS LONGINVS
L. NAEVIVS SVRDINVS
M. SENTIVS RVFVS. Q. VIBIDIVS SEDATVS II̅ VIR
P. SVBIDIVS POLLIO. SEX. PARIANVS SERENVS AED
TI. CAESAR AVG. V̅ COS
SVF. V̅I̅I̅. ID. MAI. FAVSTVS CORNELIVS SVLLA
SEXTEIDIVS CATVLL. COS
T. OPPIVS PROCVLVS. M. STAIVS FLACCVS II̅ VIR. ITER. Q
M. ATINIVS FLORENS. A. CLVVIVS CELER. AED
SVF. K. OCT. P. MEMMIVS REGVLVS COS
CN. DOMITIVS AHENOBARBVS COS
SVF. KAL. IVL. A. VITELLIVS COS

M. VALERIVS POSTVMVS. Q. LVCEIVS CLEMENS II VIR
C. SENTIVS SEVERVS. L. IPPILIVS ATTICVS AED
SER. SVLPITIVS GALBA. L. SVLLA FELIX COS[1])
.... — Grut. 1087, 1.

1) Coss. in hoc fragm. memorati sunt a. u. c. 782. (p. Chr. 29.) 783. 784. 785. Post Tiberii erasum fuit L. Aelii Seiani nomen. Ad haec: *Suf. VII. Id. Mai* cfr. Interpretes ad Suet. *Tib.* C. 26. huius tituli non immemores. Mox pro SEXTEIDIVS divise scrib. SEX*tus* TEIDIVS, Tedius vel Tidius.

4034. Inter Decreta municipalia eminet Lex Puteolana parieti faciundo data u. c. a. 648. Grut. 207., quam tamen hic recipere non potuimus. Tum inter antiquissima hoc referendum:

FAVSTO. CORNELIO. SVLLA ‖ SEX. TIDIO. CATVLLINO. COS ‖ L. CORNELIVS A. F. FAL. ..VP*ilius* ‖ VT ..... CVM. M. IVNIVS ‖ SILANI L. MONIMVS. EX ‖ ORDINE. SIT. NOSTRO.[1]) ET ‖ VTILIS. REI. PVBLICAE ‖ ET. AMATOR. MVNICIPI ‖ MVNERAQVE. EIVS ‖ MVNICIPIO. CONSPICIAMVS ‖ CENSEO. LOCVM. QVI. EST. EXTRA ‖ PORTAM. MEDIANAM. AB ‖ EO. LOCO. IN. QVO. SCHOLA ‖ FVIT. LONG. P. LXVII. AD ‖ RIVOM. AQVAE. ALBANAE. ET ‖ A. VIA. INTROSVS.[2]) IN. QVO. ANTEA ‖ COLVMNAR. PVBLICVM ‖ FVIT. LAT. P. X. HONORIS. CAVSSA[3]) ‖ M. IVNIO. SILANI. L ‖ MONIMO. POSTERISQ. EIVS. DARI ‖

TVM. VNIVERSI. CVM. M. IVNIVS ‖ SILANI. L. MONIMVS. IN ARA ET ‖ MVNICIPIVM. ET REIP.[4]) SIT ‖ VTILIS. ET. MVNIFICVS ‖ AD. MVNERA. OMNIA. EIVS ‖ MVNICIPI.[5]) FACIENDA ‖ LOCVM QVI. EST. EXTRA ‖ PORTAM MEDIANAM ‖ IN. QVO. COLVMNAR. FVIT ‖ AB. EO. LOCO. IN. QVO ‖ SCHOLA. FVIT. LONG. P. LXVII ‖ AD. RIVOM. AQVAE ‖ ALBANAE. LATVM ‖ A. VIA. PVBLICA IN ‖ AGRVM. P. X. M. IVNIO ‖ SILANI L. MONIMO ‖ POSTERISQVE EIVS ‖ HONORIS. CAVSSA ‖ DARI. CENSVERVNT ‖ IN. DECVRIONIBVS. FVERVNT. XXVI. — Marini, postea Romae. Fabrett. p. 463, 95. Gud. *Ind.* p. 64.

1) Sic tituli exordium probabiliter constitui ex Fabr. Gud. et Mur. 302, 4. Saxii *Miss.* 4. p. 52. Supple RVPILIVS. Coss. sunt suffecti a. p. Chr. 31. In ceteris sequor Fabrettum. 2) *introrsus* Gud. 3) *causa* bis Gud. 4) *Monimus municipio et reip.* Gud. 5) *ad munera ornatus municipI.* Gud. Nota *columnar*, ut lacunar, pulvinar.

4035. ANTONIO MARCELLINO ‖ ET PETRONIO PROBINO COSS[1]) ‖ II[2]) NONAS MAIAS.

SVCCLAMANTE POPVLO D.[3]) EMPVRII NAV‖NAE[4]) DE D. OFFERENDA TABVLA D. AEREA D ‖ INCISA PATRONATVS M. SAL.[5]) BALERIO VIRO ‖ SPLENDIDO. CVI IAMDVDVM SECVNDVM BOCES EIVS‖DEM POPVLI ET BOLVNTATEM ONOR PATRONATVS ‖ OPLATVS EST.

Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C.[6]) CVM DEVOTVS POPVLVS ‖ IAMPRIDEM M. SAL. BALERIO. PVPLICE. ONOREM ‖ PATRO-

NATVS OPTVLERIT CVIVS IMMENSA BENEFIICIA SEMPER NON TANTVM IN MVNICIPES. BERVM ‖ ETIAM IN NOS IPSOS CONTVLERIT EMPVRIVM QVO‖QVE NOSTRVM ITA SEMPER DILEXERIT VT VBICVMQ ‖ RES EXEGIT. TVTOS DEFENSOSQVE PRAESTITE‖RIT. PROPTER QVOT NECESSE EST. EVM REMVNERA‖RI OPORTERE. PLACET ITAQVE VNIVERSO POPV‖LO EMPVRII NAVNITANI TABVLAM AEREAM INCI‖SAM EI OFFERRI DEBERE. QVO GRATIVS DIGNE ONO‖REM SIBI CONLATVM A DEVOTISSIMO POPVLO D. EM‖PVRII NOSTRI LIBENTI ANIMO SVSCIPIAT.

CENSVENTIBVS GN. IVLIO MEMIO PRAETORE. G ‖ IVL. SECVNDO CL. GEM. AFRODISIO D.......

1) i. e. a. 341. p. Chr. 2) i. e. III. 3) D. puncti loco habeo, nec cogitandum cum P. Pollidoro, qui in collectione *Calogerana* T. 7. p. 417., hanc tabulam illustravit, de archaismo *populod*, *tabulud* cet. 4) Pollidorus intelligit Nonnium oppidum in regno Neapolitano haud procul ab Esernia, Clterno et Bobiano situm, memoratumque Anonymo Ravennati L. 4. p. 219. ed. Porcheron. 5) Salvio. 6) Quod de ea re fieri placuit, de ea re ita censuerunt. Minus accurate habet Mar. 377, 2.

4036. C. VETTIO ATTICO ET ‖ C. ASINIO PRAETEXTATO COS ‖ PR. IDVS APRIL ‖ PELTVINI VESTINIS.[1]) IN CVRIA AVG. ORDINEM HABENTIBVS. T. AVIDĪ ‖ ACCO RESTITVTO ET BLAESIO NATALE AEDD. QQ. SCRIBVNDO AD‖FVERVNT. QVOD[2]) VNIVERSI VERBA FECERVNT.

NVMMIAM VARIAM C. F. SACERDOTEM VENERIS FELICIS EA ADFECTIO‖NE ADQVE PRONO ANIMO CIRCA NOS AGERE COEPISSE PRO INSTITVTO ‖ BENIVOLENTIAE SVAE. SICVT ET PARENTES EIVS SEMPER EGERVNT. VT ‖ MERITO DEBEAT EX CONSENS. VNIVERSORVM PATRONA PRAEFECTVRAE ‖ NOSTRAE FIERI. QVO MAGIS MAGISQVE. HOC HONORE. QVI EST APVT NOS POTISSI‖MVS. TANTAE CLARITATI EIVS OBLATO. DIGNATIONE BENIGNITATIS EIVS GLORI‖OSI. ET IN OMNIBVS TVTI AC DEFENSI ESSE POSSIMVS. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C[3]) ‖ PLACERE VNIVERSIS CONSCRIPTIS. NVMMIAE VARIAE C. F. SACERDOTI VENERIS ‖ FELICIS PRO SPLENDORE DIGNITATIS SVAE PATROCINIVM PRAEFECTVRAE NOS‖TRAE OFFERRI. PETIQVE AB EIVS CLARITATE. ET EXIMIA BENIGNITATE. VT IIVNC ‖ HONOREM SIBI A NOBIS OBLATVM LIBENTI ET PRONO ANIMO SVSCIPERE ‖ ET SINGVLOS VNIVERSOSQVE NOS. REMQVE PVBLICAM NOSTRAM IN CLI‖ENTELAM DOMVS SVAE RECIPERE DIGNETVR. ET IN QVIBVSCVMQVE ‖ RATIO EXEGERIT. INTERCEDENTE AVCTORITATE DIGNITATIS SVAE TVTOS DE‖FENSOSQVE PRAESTET. TABVLAMQVE AENEAM HVIVS DECRETI N̄.[4]) VERBA CONTI‖NENTEM OFFERRI EI PER AVIDIACCVM RESTITVTVM ET BLAESIVM NATALEM Q̄Q̄ ‖ ITEM NVMISENVM CRESCENTEM ET FL. PRISCVM PRIMORES ORD. N. VIROS CENSVER. —

Exstabat ap. Ant. Augustinum Archiepiscop. Tarrac. ex Italia ad eum, ut videtur delata. Grut. 443, 6.

1) Huius oppidi sitom ignorabat Cloverius *Ital. Ant.* p. 750. (ut et Mannert *Ital.* I. p. 496., ubi de Vastinis) sed Coloniam Peltuinorum io prov. Valeria sitam fuisse ostendit aa Balbo inter scriptores finium regnodorum (*Gons.* p. 145.) Holstenius in annot. ad Cluvarii *Italiam.* p. 140. Grut. Ed. 2. De Peltuino io Vestinis sito, hodie *Monte Bello*, v. Giovenazzi *Aveia* p. 119. 2) i. a. in quod. 3) quod de ea re fieri placuit, de ea re ita censuerunt. 4) nostri. Ante omnia notandum, a. p. Chr. 242. (C. Vettio Attico C. Asinio Praetextato Coss.) eiusmodi decreta fieri potuisse etiam in Praefectaris, quae tunc temporis parum diversa conditione videntur fuisse a municipiis.

4037. NERONE CLAVDIO CAESARE ‖ AVG. GER. II ‖ CAESIO MARTIALE COS [1]) ‖ VIII ‖ IDVS DECEMBRIS CIVITAS POM‖PEIONENSIS HOSPITIVM RENOVA‖VIT CVM L. POMPEIO L. F. ANI ‖ PRIMIANO ‖ IN FINE ANNI PRIMIANVM ‖ LIBERIS POSTERISQ. SVIS ‖ EGERVNT LEG. SEX ‖ POMPEIVS NEPOS SERGIVS CRES‖CENS.[2]) — In aenea tabula, Pompeiopoli in Hisp. vulgo Pampelona. Spon *Misc.* p. 278, 1.

1) p. Chr. 57. 2) Duumviri Pompaionensium, ni fallor.

4038. M. VIBIO LIBERALE. P. MARTIO VERO COS [1]) ‖ X. K. APRILES AVGVSTAE PERVSIAE ‖ IN SCHOLA IACH... NA SCRIBVNDO ‖ ADFVERVNT QVOD P. CASINERIVS ‖ CLEMENS II VIR SVO ET L. PETILI ‖ NEPOTIS COLLEGAE SVI NOMINE VER‖BA FECIT ANNIVM LEONAM PETERE ‖ VT SECVNDVM VERBA TESTAMENTI ‖ EGNATI FESTI STATVAE QVAM DIVO PIO ‖ POSITVRVS ESSET LOCVS SIBI ADSIG‖NARETVR. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C ‖ PLACERE VT SECVNDVM VOLVNTATEM ‖ EGNATI FESTI LOCVS STATVAE DIVO ‖ PIO PONENDAE PROXIM... IVL ‖ LIBANI AD INTROIT.... ‖ DARETVR. — Perusiae. Marini *Atti* 1. p. 6.

1) a. p. Chr. 179. vide Marini 1. p. 179.

4039. C. HEDIO C. F. CLVST. VERO ‖ EQVO PVBL. PRAEF. EQVIT. ALAE ‖ INDIANAE P. F. [1]) TRIB. MILIT. LEG. II ‖ TRAIAN. F. PRAEF. COH. II. LING. EQ ‖ II VIR. II VIR. QVINQ. QVAESTORI ‖ PATRONO MVNICIPI. FLAMINI ‖ ITEM PITINO MERGENTE [2]) ‖ IIII VIR. QVINQ. IIII VIR. AEDILI [3]) ‖ PATRONO MVNICIPI. PONTIFICI ‖ QVOD CVM ANTEA STATVA EI NOMINE ‖ PVBLICO OB MERITA EIVS DECRETA ‖ ESSET. ET IS HONORE CONTENTVS ‖ SVMPTIBVS PVBLICIS PEPERCISSET ‖ DECVRIONES EX SVO POSVERVNT ‖ QVIB. OB DEDICATIONEM ‖ VERVS SINGVLIS HS. LXX. N ‖ SPORTVLAS DEDIT.

In sinistro latere:

II VIRI ET DECVRIONES FOROSEMPRONIENS. VERO SALVTEM ‖ ET DIGNITATIS TVAE TOT TANTIQVE TITVLI IVDICIIS ‖ PRINCIPALIBVS PVLCHRI ET IN REMPVBLICAM N ‖ NOTABILIS MVNIFICENTIA ET ADFECTVS. QVOS CIVI‖BVS NOSTRIS NVNC IPSE PRAESTAS. NVNC AB EIS PER‖CIPIS.

ET PRAECIPVE MORVM TVORVM MODESTIA ‖ SINGVLARIS REVERENTIA. INSIGNIS NECESSARIO ‖ NOS COMPVLIT. VT TANDEM PAREM TIBI GRATI‖AM. IN QVANTVM POTEST. DVM IGNORAS. REFERA‖MVS. NAM STATVAM TIBI PEDESTREM DE NOSTRO ‖ PONENDAM. IAM PRIDEM DECREVIMVS. SED IDCIRCO ‖ DECRETVM AD TE NON MISIMVS. NE NVNC QVOQVE ‖ SICVT ANTEA CVM PVBLICE TIBI STATVA DECRETA ‖ EST. FECISTI. HONORE TANTVMMODO TE CONTEN‖TVM ESSE RESCRIBERES. QVAE RES TVAM QVIDEM ‖ MODESTIAM INLVSTRARET. NOBIS VERO VELVT ‖ SEGNITIAM EXPROBRARET. IGITVR STATVA ‖ DECRETA. NEQVID NEGARE POSSIS. IAM COMPARATA ‖ ADVEHITVR. QVOD SVPEREST. VOLVNTATI NOSTRAE ‖ CONSVLE. ET QVALEM INSCRIPTIONEM DANDAM ‖ PVTAS. PETENTIBVS FACITO NOTVM. OPTAMVS TE ‖ BENE VALERE. — Foro Sempronii (*Fossombrone*). Grut. 417, 6. cfr. Maffei *Osserv. lett.* T. 5. p. 198.

1) *Piae Fidelis.* 2) De municipio Pitino Mergente consule Olivier. Marm. Pisaur. p. 65. 3) *Aedili* recte segregat a IIII Vir. (scil. *Iuri dicundo*) Maffeius *Osserv. lett.* T. 5. p. 205. male enim ap. Grut. explicatur: *IIII Viro Aediliciae Potestatis*.

4040. KL NOVEMBR ‖ HISPANIVS LENTVLVS NEPOS II VIR ‖ IVR. DIC. V. F[1]) ‖ FABIVM SEVERVM. CLARISSIMVM VIRVM MVLTA IAMPRIDEM IN REMP. NOSTRAM ‖ BENEFICIA CONTVLISSE. VT QVI A PRIMA SVA STATIM AETATE ID EGERIT. VTI IN ‖ TVENDA PATRIA SVA ET DIGNITATE ET ELOQVENTIA CRESSERET (*sic*). NAM ITA MVLTAS ‖ ET MAGNIFICAS CAVSAS PVBL. APVT OPTIMVM PRINCIPEM ANTONINVM AVG. PIVM AD‖SERVISSE. EGISSE. VICISSE SINE VLLO[2]) AERARI NOSTRI IMPENDIO. VT QVAMVIS ADMODVM ‖ ADOLESCENS SENILIBVS TAMEN ET PERFECTIS OPERIBVS AC FACTIS PATRIAM SVAM NOSQ ‖ INSVPER SIBI VNIVERSOS OBSTRINSERIT (*sic*). NVNC VERO TAM GRANDI BENEFICIO. TAM SALV‖BRI INGENIO. TAM PERPETVA VTILITATE REMP. N. ADFECISSE. VT OMNIA PRAECEDENTIA ‖ FACTA SVA. QVANQVAM IMMENSA ET EXIMIA SINT. FACILE SVPERARIT. NAM IN HOC QVOQ ‖ MIRABILEM ESSE C. V. VIRTVTEM. QVOD COTIDIE BENEFACIENDO. ET IN PATRIA SVA TV‖ENDA IPSE SE VINCAT. ET IDCIRCO. QVANVIS PRO MENSVRA BENEFICIORVM EIVS IMPARES ‖ IN REFERENDA GRATIA SIMVS. TAMEN PRO TEMPORE VEL FACVLTATE VT ADIVVET ‖ SAEPE[3]) FACTVRVS. REM. VENERANDAM[4]) ESSE C. V. BENIVOLENTIAM. NON VT ILLVM PRONIOREM ‖ HABEAMVS. ALIVT ENIM VIR ITA NATVS NON POTEST FACERE. SED VT NOS IVDICANTIBVS[5]) GRA‖TOS PRAEBEAMVS. ET DIGNOS TALI DECORE. TALIQ. PRAESIDIO. QVOD FIERI PLACERE. DECERE[6]) ‖ Q. F. P. D. E. R. I. C.[7]) PRIMO CENSENTE CALFVRNIO CERTO SPA-

TIO.[8]) CVM FABIVS ‖ SEVERVS. VIR AMPLISSIMVS ADQ. CLARISSIMVS. TANTA PIETATE TANTAQ. ADFECTIONE REMP ‖ N. AMPLEXVS SIT. ITAQ. PRO MINIMIS. MAXIMISQ. COMMODIS PIVS EXCVBITOR ATQ. OMNEM ‖ PRAESTENTIAM AVXERIT.[9]) VT MANIFESTVM SIT. ID EVM AGERE. VT NON MODO NOBIS ‖ SED PROXIMIS QVOQ. CIVITATIBVS. DECLARATVM VELIT ESSE. SI NON ALIQVAM[10]) PATRIAE ‖ SVAE GRATIAM ET CIVILIA STVDIA. QVAE IN EO. QVANVIS ADMODVM IVVENE. IAM SINT PE‖RACTA ATQ. PERFECTA. AC SENATORIAM DIGNITATEM HAC MAXIME EX CAVSA CONCVPIVISSE ‖ VTI PATRIAM SVAM. CVM ORNATAM. TVM AB OMNIBVS INIVRIIS. TVTAM DEFENSAMQ. SERVAR‖ET. INTERIM APVT IVDICES A CAESARE DATOS. INTERIM APVT IPSVM IMPERATOREM. CAVSIS ‖ PVBLICIS PATROCINANDO. QVAS CVM IVSTITIA DIVINI PRINCIPIS. TVM SVA EXIMIA AC PRVDEN‖TISSIMA ORATIONE. SEMPER AD NOS CVM VICTORIA FIRMIORES REMISIT. EX PROXIMO VERO. VT MANIFESTATVR CARMINIBVS LITERISQ.[11]) ANTONINI AVG. PII. TAM FELICITER DESIDERIVM PVBLICVM APVT EVM SIT PROSEQVTVS. IMPETRANDO VTI CARNI. CATALIQ. ADTRIBVTI A ‖ DIVO AVGVSTO PIO REIP. NOSTRAE PROVT QVI MERVISSENT TALIA. ABSQ.[12]) CENSV PER AEDILI‖TATIS GRADVM IN CVRIAM NOSTRAM ADMITTERENTVR. AC PER HOC CIVITATEM ROMANAM ‖ ADIPISCERENTVR. ET AERARIVM NOSTRVM IAM DITATVM COMPLEVIT. ET VNIVERSAM R. P. N ‖ CVM EO MOENIIS[13]) AMPLIAVIT. ADMITTENDO AD HONORVM COMMVNIONEM ET VSVRPATIONEM RO‖MANAE CIVITATIS. VT[14]) OPTIMVM ET LOCVPLETISSIMVM QVENQVE. VT SCILICET QVI. OLIM ERANT ‖ TANTVM IN REDDITV PECVNIARIO ‖ NVNC ET IN ILLO IPSO DVPLICI QVIDEM PER HONORARIAE ‖ NVMERATIONEM REPERIANTVR. VT ET IPSI SINT. CVM QVIBVS MVNERA DECVRIONATVS. VT PAVCIS ‖ IAM ONEROSA HONESTE DE PLANO COMPARTIAMVR. AD CVIVS QVIDEM GRATIAM HABENDAM. VT ‖ IN SECVLA PERMANSVRAM EIVSMODI BENEFICIO OPORTVERAT. QVIDEM. SI FIERI POSSET. AC SI ‖ VERECVNDIA CLARISSIMI VIRI PERMITTERET. VNIVERSOS NOS NOBILIVM[15]) IRE ET GRATIS. LEGITI‖MAS L. L.[16]) IVXTA OPTIMVM PRINCIPEM AGERE. SED QVONIAM CERTVM EST NOBIS. ONEROSVM ‖ EI FVTVRVM TALE NOSTRVM OFFICIVM. ILLVD CERTE PROXIME FIERI. OPORTVNO TRIVMPHO.[17]) STATVAM EI AVRATAM EQVESTREM. PRIMO QVOQ. TEMPORE. IN CELEBERRIMA NOSTRAE VRBIS PAR‖TE PONI. ET IN BASI EIVS HANC NOSTRAM CONSENSIONEM ATQ. HOC DECRETVM INSCRIBI ‖ VTI AD POSTEROS NOSTROS TAM VOLVNTAS AMPLISSIMI VIRI. QVAM FACTA PERMANEANT. PETIQ ‖ A FABIO. VIRO EGREGIO. PATRE SEVERI. VT

QVANDOQVIDEM ET COMMENTVM HOC IPSIVS SIT PROVI‖DENTIAE. QVA REMP. NO. INFATIGABILI CVRA GVBERNAT. ET IN HOC PRIVS [18]) PVBLICI BENEFICII. QVOD ET ‖ NOBIS ET IMPERIO CIVEM PRŌCREAVIT ATQ. FORMAVIT. CVIVS OPERA STVDIOQ. VT ORNATIORES IN DIES NOS ‖ MAGIS MAGISQ. SENTIAMVS. VTI EA PLACVISSE IN HANC REM AD-DITVM [19]) SVVM LEGARI MANDARIQ. PER‖MITTAT SIBI. VTI GRATIAS PVBLICE CLARISSIMO VIRO MANDATV NOSTRO AGAT. ET GAVDIVM VNI‖VERSORVM SINGVLORVMQ. AC VOLVNTATEM. VT MAGISTER TALIVM RERVM IN NOTITIAM EIVS PERFE‖RAT. CENSVERVNT. — Tergeste. Grut. 408, 1., ex Apiano p. 355. Cfr. Maffei *Ver. illustr.* T. 1. p. 239. Ed. min. a Turre *Mon. vet. Ant.* p. 358. Brummer p. 105.

1) *verba fecit.* 2) *sine ullo quidam* Cod. Redii. Apiao. 3) Latet hic corruptela. Ante *facturus* Fabratt. inserit *idem.* 4) l. *remunerandam* Sealig. 5) l. *inuantibus* Orell. 6) *Quod fieri plocara decaru*] Puto haec verba interpretamentum esse quattuor litararum saqnautium. Grat. et ita ceuset Gudius, quum oequn in Cod. Redii appareaut. 7) *Quod fiari placuit, da ao ra ito cenuuerunt.* 8) SPATIO oou habet Cod. Red. Delandam. — SPATIO a descriptore Italo hic adiectum patet, quo significaret spatium, intervallum asse intar CERTO at CVM. Orell. 9) *praestantiam auxarat* Apian. 10) Corrapta haec, nec quidquam invat Gudii coniectura apud Grut. *ea non aliquam Patriae suoa Natum at.* 11) Cod. Redii uon habet Q. illud post *litaris* et puto optime; videtur enim leg. OMNIBVS. Gud. 12) *udq.* Apiau. 13) *muneribus*, non *moenibus* explicat Hagenb. contra Fabri Thes. ed. Stübel. v. *Moenia.* 14) *f. et* Hag. 15) Emendo EI OBVIAM. moxque GRATIAS. Hag. 16) Lego EI. id. 17) Haec quoque corrupta. 18) lego PIGNVS. Hagenb. 19) l. AD FILIVM. id.

4041. K. NOVEMBR. L. NONIVS RVFINVS POMPONIANVS. Q. VESONIVS FVSCVS. P. I. D [1]) ‖ SCRIB. ADF. C. LVCRETIVS HELVIANVS. M. TREBIVS PROCVLVS. L. CAMMIVS MAXIMVS ‖ S. C. [2]) CVM PRONA VOLVNTATE HONESTISSIMO ANIMO. VLTRO C. ALVIVS POLLIO. IIII VIR. I. D ‖ IN PROXIMVM ANNVM PROFESSVS SIT. QVO FACTO HESITATIONI PVBLICAE. IN PARTEM ‖ MORAM ADEMERIT. PLACERE EI. QVO MAGIS ETIAM CETERI AD BENE FACIENDVM. IN REPVBLICA ‖ PROVOCENTVR. STATVAM EQVESTREM AVRATAM IN FORO N. PONI. CENSVER. PRIM. CENS. [3]) C. LVCRETIVS HELVIANVS. — Aquileiae. Fabrett. p. 612, 99. Don. p. 82, 64. a Turre *Mon. Vet. Antii* p. 349. Bertoli A. d'A. p. 308, 436. Murat. 587, 2.

1) Notante Phil. a Turra l. l. p. 353. Praefecti Iuri dicuodo propterea eo anno fuerunt Aquileiae ab Imperatora vel Praeside Proviuciae fortasse nominati, quia per dissidia Decarianam Quattuorviri creari non potueraot; hanc moram, sponte Quattuorviratum suscipiens *ex parte* tautum sastulit C. Alvius (ita Don. l. l. reliqui *Calaius*) qaia tres alii ut aius exemplum imitarentur, necasse arat. v. etiam Noris Ceaotaph. Pis. Diss. 1. C. 3. 2) Sanatus Consultum. 3) primus censuit.

4042. OB PVDICITIAM IVNIAE ‖ CRATILLAE ATINATES PVBLICE ‖ STATVAM PONENDAM CENSVE‖RVNT. ET SCHOLAM DEDERVNT ‖ QVAM IVNIVS SYRIARCHES CVM ‖ FILIIS EXORNAVIT. DEDICAVITQVE. DEDICAVIT IPSE X. KAL. IVN ‖ IMP. M. ANTONINO III. CON. [1]) ET ‖ DEDIT SPORTVLAS DEC.

H-S ‖ $\overline{XXX}$. PLEBI VRB. H-S $\overline{VI}$. N.[2]) — Atinae, o Taulero. Mur. 352, 4. (Don. 82, 63. Gud. 128, 7.)

1) p. Chr. 208. 2) „Nec Donios nec Gudius novissimos quattuor versus exhibet, qui etiam fortasse a bono Taulero aliunde huc arcessiti fuerunt." Saxii *Misc.* 4. p. 90.

4043. M. SENLIO [1]) CRISPINO C. V ‖ OMNIBVS HONORIBVS IN R. P. FVNCTO ‖ ORDO ET VNIVERSVS POPVLVS ‖ OB MERITA ET LABORES EIVS ‖ HONOREM BISELLIATVS ‖ ET ORNAMENTA DECVRIO‖NATVS GRATVITA OBTVLERVNT ‖ QVOD OPERA THERMARVM AES‖TIVALIVM [2]) VETVSTATE CORRVP‖TA S. P. RESTITVIT EXORNAVIT ‖ PORTICVS ETIAM CIRCVM‖CINGERE ESCOLIMBVM A COLO [3]) ‖ CONSTITVIT. STATVAM AMICI ‖ DICANDAM ET MEMORIAM EIVS ‖ PONENDAM CENSVERVNT ‖ L. D. D. D. — In Monte Casino. Mur. 484, 3.

1) l. Sentio. 2) Thermas hiemales memorant lapides Ocriculani ap. Marini *Atti* 2. p. 576. et 582. 3) leg. ET COLYMBVM A SOLO. v. Marini *Atti* 1. p. XLI.

4044. C. CALVENTIO QVIETO ‖ AVGVSTALI ‖ HVIC OB MVNIFICENT. DECVRIONVM ‖ DECRETO ET POPVLI CONSESV (*sic*) BISELLII [1]) ‖ HONOR DATVS EST.

NAEVOLEIA $\overline{I}$. LIB.[2]) TYCHE SIBI ET ‖ C. MVNATIO FAVSTO AVG. ET PAGANO [3]) ‖ CVI DECVRIONES CONSENSV POPVLI ‖ BISELLIVM OB MERITA EIVS DECREVERVNT ‖ HOC MONVMENTVM NAEVOLEIA TYCHE LIBERTIS SVIS ‖ LIBERTABVS Q. ET C. MVNAT. P. FAVST. F. VIVA FECIT. — Pompeiis. Millin *Pompei* p. 76. et 87.

1) „*Les tombeaux de Pompeï représentent le* BISELLIVM *d'une manière indubitable. On voit évidemment, que c'étoit une espèce de banc allongé, qui pouvoit contenir deux personnes, quoique il ne servit que pour une (qu'on vouloit distinguer par cet honneur) et qu'il étoit plus ou moins orné, ainsi que le coussin, qu'on posoit dessus.*" Millin ib. p. 78. 2) Iuliae Liberta. 3) Alia inscriptio Pompeiana (Millin *Pompeï* p. 94.) item *Paganum* memorat, tamquam esset vel sacerdotii vel muneris *nomen*, nec simpliciter pagi incolam significaret. Fortasse huc referendi erant *pagani* Pseudo-Cic. pro *Domo* 28. Est autem haec:

4045. NISTACIDIO HELENO ‖ PAG. PAGI. AVG ‖ NISTACIDIO IANVARIO. MESONIAE SATVLLIAE. IN AGRO ‖ PEDES $\overline{XV}$. IN FRONT. $\overline{II}$ DF (*sic*) $\overline{XV}$. (Romanellius IIDIS.) Romanellius quidem *Viaggio a Pompej* T. 1. p. 37. *paganum* solita significatione accipit; vix bene.

4046. CENTVMVIRI MÚNICIPII AVGVSTI VEIENTIS ‖ RÓMAE IN AEDEM VENERIS GENETRICIS CVM CONVENIS‖SENT. PLACVIT ÚNIVERSIS. DVM DECRÉTVM CONSCRIBÉRETVR ‖ INTERIM EX AVCTÓRITÁTE OMNIVM PERMITTI ‖ C. IÚLIO DIVI AVGVSTI L. GELÓTI. QVI OMNI TEMPORE ‖ MÚNICIP. VEIÓS NON SÓLVM CONSILIO ET GRÁTIÁ ADIVVERIT ‖ SED ETIAM IMPÉNSIS SVIS ET PER FILIVM SVVM CELEBRÁRI ‖ VOLVERIT. HONÓREM EI IÚSTISSIMVM DECERNI VT ‖ AVGVSTÁLIVM NVMERÓ HABEÁTVR AEQVE AC SI EÓ ‖ HONÓRE

VSVS SIT ? LICEATQVE EI OMNIBVS SPECTÁCVLIS ‖ MVNICIPIO NOSTRO BISELLIO PROPRIO INTER AVGVSTÁLES CONSIDERE. CÉNISQVE OMNIBVS PVBLICIS ‖ INTER CÉNTVMVIRÓS INTERESSE ? ITEMQVE PLACERE ‖ NÉ QVOD AB EÓ LIBERISQVE EIVS VECTIGAL MVNICIPII ‖ AVGVSTI VEIENTIS EXIGERETVR.

ADFVÉRVNT

C. SCAEVIVS CVRIATIVS	II VIR.	CN. OCTAVIVS SABINVS
L. PERPERNA PRISCVS		T. SEMPRONIVS GRACCVS
M. FLÁVIVS RVFVS. Q		P. ACVVIVS P. F. TRO
T. VETTIVS RVFVS. Q		C. VEIANIVS MAXIMVS
M. TARQVITIVS SATVRNIN		T. TARQVITIVS RVFVS
L. MAECILIVS SCRVPVS		C. IVLIVS MERVLA

L. FAVONIVS LVCANVS ‖ ÁCTVM ‖ GAETVLICO. ET. CALVISIO. SABINO COS. (p. Chr. 26.) — Repertum inter Veiorum rudera, nunc Romae. Fabrett. p. 170, 324. Honor bisellii memoratur ap. eund. p. 227, 604. item: Augustalis bisellarius. p. 228, 605.; iste igitur honor Augustalitati interdum superaddebatur. Cfr. Grut. 675, 3.

4047. C. TITIO ‖ CHRESIMO AVG. II [1]) ‖ HVIC ORDO DECVRIONVM ‖ QVOD PRO SALVTE ET INDVLGENTIA IMPERAT ‖ ANTONINI PII FELICIS. ET EX VOLVNTATE POPVLI ‖ MVNVS FAMILIAE GLADIATORIAE EX PECVNIA SVA ‖ DIEM PRIVATVM SECVNDVM DIGNITATEM COLONIAE ‖ EDIDERIT. HONOREM BISELLI. [2]) QVO QVIS OPTIMO. EXEMPLO ‖ IN COLONIA SVESSA HABVIT. ET VT AQVAE DIGITVS ‖ IN DOMO EIVS FLVERET. [3]) COMMODISQ. PVBLICIS. AC SI ‖ DECVRIO FRVERETVR. ET TITIO CHRESIMO FILIO EIVS ‖ OB MERITA PATRIS HONOREM DECVRIONATVS ‖ GRATVITVM DECREVIT. ORDO DECVRIONVM ‖ ET AVGVSTALIVM ET PLEBS VNIVERSA. — Suessae. [4]) Grut. 475, 5.

1) Augustali iterum. ut Grut. 113, 2. 473, 2. 2) Ita Walch. *Xen.* p. 117. Grut. corrupte BIS. ILLI. 3) v. Gor. *Etr.* 3. p. 57. Mur. 483, 6. 4) Ab altero latere, literis admodum erosis: ..*OSSIO Falcone. C. Iulio* ‖ *Fructo Claro Cos. Nonis Septemb.* (i. e. p. Chr. 193.) *Suessae in biblyotheca* cet.

4048. D. M ‖ Q. LARGENNIO ‖ Q. F. GAL. SEVERO ‖ AEDIL. PISAS. [1]) ‖ Q. LARGENNIVS ‖ CHRESIMVS PATER ‖ QVI OB HONORE ‖ BISELLI HS L. N ‖ REI. P. PISANOR ‖ DEDIT. — Pisis. Gori *Etr.* 2. p. 17. In hanc inscript. doctus exstat commentarius Valerii Chimentelli *de honore Bisellii.* Habent etiam Spon *Misc.* p. 175, 4. Fabrett. p. 227, 604.

1) *Pisas* h. l. ut *Campas* ap. Plaut. *Trinumm.* 2, 4, 140.

4049. P. VAL. DIONYSIO ‖ VI. VIR. AVG ‖ CVI ORDO DERTOSAE ‖ OB MERITA EIVS ‖ AEDILICIOS HONORES ‖ DECREVIT ‖ P. VAL. PARDVS LIB. VI ‖ VIR AVG ‖ PATRONO OPTIMO. — Dertosae. Ponz *Viage* T. 13. p. 161.

4050. RICIO A. F. MEN ‖ SCAVRO ‖ II. VIR. I. D ‖ DECVRIONES LOCVM MONVM ‖ (X) (X) IN FVNERE ET STATVAM EQVESTR ‖ FORO. PONENDAM CENSVERVNT ‖ SCAVRVS PATER FILIO. — Pompeiis. Millin *Mag. Encycl.* 1814. 3. p. 406.

4051. P. MATIENO P. FIL ‖ FAB. PROCVLO ‖ ROMANIO MAXIM ‖ ANNOR. VI. MENS II ‖ DIER. V ‖ ORDO BRIXIANOR ‖ FVNVS PVBLICVM ET ‖ STATVAM EQVESTREM ‖ AVRATAM DECREVIT ‖ MATIENVS. EXORATVS ‖ PATER INFELIX. TIT. VSVS.[1]) — Brixiae 1822. Labus *Dissertazione* p. 25.

1) Haec formula TITVLO VSVS in primis frequens est in lapp. Brixianis: v. Maffei *Mus. Ver.* p. 145. Recte Labus. *significa che quegli cui posta fu l'iscrizione accolse il decreto, mercè del quale gli fu innalzata la statua, e franconne col proprio la spesa.*

4052. M. BAEBIO M. F. Q. N. ARN. SVETRIO ‖ MARCELLO. EQVO PVBLICO ‖ AED. Q. IIII VIR. I. D. IIII VIR. QVINQ. II ‖ PATRONO MVNIC. FLAMINI DIVI ‖ VESPASIANI ‖ M. BAEBIVS SVETRIVS MARCELLVS ‖ ET SVETRIA RVFA PATRI OPTIMO ‖ HVIC DECVRIONES FVNVS PVBLICVM ‖ STATVAM EQVESTREM. CLIPEVM ‖ ARGENTEVM. LOCVM SEPVLTVRAE ‖ DECREVERVNT. ET VRBANI STATVAM PEDESTREM. — Histonii, hodie *il Guasto.* Grut. 374, 1.; ut ineditam dat Fabrett. p. 463, 92. Cfr. Zachar. in *Gor. Symbol.* T. 4. p. 169. Alius funeris publici in Municipio mentio est ap. Mur. 869, 7.

4053. ° L. VAL. L. FIL ‖ GAL. FAVENTINO ‖ II. VIRALI ‖ QVI ANNONA ‖ FRVMENTARIA ‖ EMPTA. PLEBEM ‖ ADIVVIT. ET OB ‖ ALIA MERITA EIVS ‖ COLLEGIA KA‖LENDARIVM ET IDVARIA DVO ‖ CIVI GRATISSIMO ‖ POSVERVNT. — Exonae in Catalonia, ex Ant. Augustini schedis (sed habet iam Apianus p. 7. et ex Apiano Occo 2, 8.) Grut. 478, 9.; foedissime contaminatam denuo produxit Murat. 543, 3., ad quam cfr. Hagenb. *Ep. Epigr.* p. 25. Verumenimvero Maffeius A. C. L. p. 342., optime demonstravit, lusum hunc esse antiquarii parum eruditi, qui quum *Kalendarium* ex nota illa formula *Curator Kalendarii* pro honore nescio quo haberet, ad eius exemplum fingeret etiam *Iduarium*, rem prorsus nihili, maxime ita honoris caussa, si Diis placet, positam. Inest praeterea manifesta fraus in *annona frumentaria empta*, pro quo Mur. habet *a. f. iniqua*, denique in *Collegiis* illis nude sic nominatis.

CAPVT XVII.

COLLEGIA. CORPORA. SODALICIA. SCHOLAE ARTIFICVM ET OPIFICVM.

Quaedam, quae huc quoque referri potuissent, veluti *Foeneratores*, *Sectores materiarum*, quibus Collegii nomen adiunctum non erat in lapidibus, dabimus Capite proximo de artibus et opificiis. Ceterum confer in Capite de Rebus sacris sectionem de Collegiis et Sodaliciis sacris. Sodalicia et Collegia distinguuntur in Fragm. Legis Serviliae p. 15. *queive eiei sodalis siet. queive in eodem conlegio siet.* ubi consule Klenzium.

4054. Exemplum albi Collegii, quocum conferendum aliud simile ap. Grut. p. 126, 127.:

MV[1]) ACILIO GLABRIONE M. VALERIO HOMVLO COS ‖ ORDO CORPORATORVM LENVNCVLARIOR ‖ TABVLARIORVM AVXILIARES OSTIENS.

PATRONI

M. SEDATVS C. F. SEVERIANVS.

T. PRIFERNIVS SEX F. PAETVS ROSIANVS GEMINVS.

M. SEDATIVS M. F. SEVERVS IVLIVS REGINVS.

C. AELIVS C. F. FVSCIANVS.

L. VOLVSIVS MARCIANVS QQ.

(*nomina praeterea* IV.)

QVINQ. PERP.

M. CORNELIVS EPAGATHVS.

QVINQ.

M. ANTISTIVS AELIVS.

PLEBS.

(*nomina* $\overline{\text{CXXIII}}$.) — Ostiae. Grut. 1077.

1) Manio. p. Chr. 152. v. Almelov. in *Ind. Fast.* Sequens Album exhibet Muratorius:

4055. NOMINA COLLEGI. FABRVM ILIC. [1])

PATRONI. DECVRIONES.

(*nomina* $\overline{\text{XV}}$. *in quibus:* (*remanent nomina* $\overline{\text{XII}}$. *in quibus:*

NVMISIVS TACITVS PATER Haruspex, Scriba, Medici duo.)

COLLEGI [2]) BISELLEARIVS. (Bisellīarius *van Goens.*)

In altera tabula: Plebis, ut videtur, nomina $\overline{\text{XXVIII}}$. *tum:*

IMMVN.

(*duo.*)

MAT.

LEPIDA. IVLIA. TITINIA. CRISPIN.

NVMITORIA. FELICITAS.

FILIAE. IVLIA. PROBIT. FL. ATHENAIS.

Sequuntur nomina sex virorum, quorum ultimus:

AVRELIVS GLYCERIVS.

BISELL. DENDROPHOR. D. D. — Sarzanae. Mur. 522, 1. Van Goens *Epist. crit. in Martial.* p. 5.

1) Ilicitani vel Ilicienses, Cluverio, Cellario, Mannerto et Reichardo praetermissi, Muratorio videntur fuisse incolae oppidi nunc *Lerici* dicti prope Sarzanam. 2) Pater Collegii et Matronae Collegii placuerunt Muratorio. Ind. 9. De *Matronis* in nota quoque tetigit. Potuisset MAT*res* collegii potius, quam MAT*ronas* dare. Sed quid tacet de FILIABVS? nam et FILIAE collegii placebunt? Sed, at verum fatear, vereor, ne *pater*, *matres*, *filiae* hoc in monumento communem significatum habeant, quo vulgo sumuntur. Hagenb. Mihi contra videtur. Maxime enim obstat PATER COLLEGI: ut *Filia Castrorum* Imperatoris filia, sic adulationis municipalis causa filia patroni vel patris Collegii dici poterat *filia collegii*, eorundemque uxores vel sorores cet. *matres collegii*, sicut bis terve legimus *matrem synagogae*. *Mater collegii* videtur memorari etiam in sequente:

4056. D. M ‖ T. SILLIO T. LIB ‖ PRISCO ‖ MAG. COLLEG ‖ FABR. ET Q ‖ MAG. ET Q. SODAL ‖ FVLLONVM ‖ CLAVDIAE LIB ‖ VXORI EIVS MATRI ‖ SODALI. C. FVLLON ‖ T. SILLIVS KARVS ET ‖ TI. CLAVDIVS PHI‖LIPPVS MAG. ET ‖ Q. COLLEG. FABR ‖ FILĪ. PARENTIB ‖ PIISSIMIS. — Falariae, nunc *Falerone.* Mur. 523, 3. Sic accipio MAG*istro* COLLEG*ii* FABR*ûm* ET Q*uaestori* (eiusdem Collegii Fabrûm) nec non MAG*istro* ET Q*uaestori* SODAL*icii* Fullonum. — MATRI SODÁLIC*ii* FVLLON*um.* Si MATRI referas ad FILI*i* versus penultimi, tum v. 10. erit SODALI (corporatae) *Collegii* FVLLON*um.* Hagenb.

4057. LIXVS LVCIL. CVR. ITER ‖ Q. SOLVS SINE SVFFRAGĪS EX ‖ OMNIVM SENTENTIA EODEM ‖ ANNO DECVR. [1]) ORDINE ADSCITVS ‖ ET CVR. IN K. IAN. DESIGN ‖ MACERIEM ALT. P. V. ADIECIT. — In Via Appia. Marini *Atti* 2. p. 699.

1) quem lapis sit Romanus, intelligendum potius de Decurionatu Collegii alicuius Romani, quam Municipii. Marini.

4058. AVR. VIVI QVI ‖ VIXIT ANN. XLV ‖ COLLEGIATI EIVS ‖ AMICO KARISSIMO. PRO MERITIS ‖ EIVS FECERVNT. — Brixiae. Grut. 860, 13.

4059. IMP. CAESARI ‖ L. SEPTIMIO SE‖VERO PIO PER‖TINACI AVG ‖ ARAB. ADIAB. PART ‖ MAX. PONT. MAX ‖ TRIB. POT. VIII. IMP ‖ XI. COS. BIS. 1) P. P ‖ COLLEGIVM ‖ AENEATOR. — Supra oppidum S. Germani in Campania. Grut. 264, 1.

1) p. Chr. 200.

4060. GENETHLON 1) ‖ P. TVTILI ‖ CALLIFONTIS ‖ VI. VIR. SEN ‖ PATR. CXXII. 2) COLL ‖ AERAR. C. A. A. M 3) ‖ NEG. STIP. ARG 4) ‖ SPLENDID. ET ‖ IVN. PVBLICIAE ‖ C. F. POMPONIAE ‖ TT. 5) CONIVG. EIVS ‖ ET IVN. TVTILIAE ‖ P. F. POMPONIAN ‖ CONSTANTII. 6) VIVATIS 7) ‖ L. ROMATIVS ‖ VALERIAN. ET ‖ VOCATIA ‖ VALERIA. CVM ‖ FILIS. CLIENTES. — Mediolani. Grut. 477, 1.

1) *γενέθλιον*, dies natalis, vix explicari potest. Quocirca facio cum Hagenb. ex Fabrett. p. 73, 72., emendante GENio ET HONori. 2) Patroni Centuriae XXII. 3) Coloniae Aeliae Augustae Mediolanensis. v. Mur. 1067, 4. 4) negotiatoris stipis argentariae (*ἀργυραμοιβὸς*, *κολλυβιστής*.) 5) TT. quid sibi velit, nescio. Hagenb. 6) scil. uxoris. 7) Acclamatio haec est; male de *Constantio Vivate* vel *Vivace* cogitarunt VV. DD. Hag.

4061. D. M. S ‖ TI. CLAVDIO SABINO ‖ SODALES AERARI ‖ A PVLVINAR. B. M. F ‖ VIXIT ANNIS XXV. MENS. VI. DIEBVS III. — Oderic. p. 57., qui omnino consulendus.

4062. DIS ‖ MANIBVS ‖ COLLEGIO ‖ AGRIPPIANO. — Romae. Grut. 855, 12. Reines. p. 604, 11., quem consule. De hoc et similibus, ubi Edd. incerti haerebant, utrum ad collegia referenda essent, an ad gentem aliquam COLLEGIAM, vide Hagenb. *Epist. Epigr.* p. 374., eiusmodi gentem minime admittentem.

4063. D. M ‖ Q. ALFIDIO ‖ Q. L. HYLAE ‖ VI. VIR. FORO SEM‖PRONII. COLLEGII ARENA‖RIORVM ROMAE. NEGOT‖IANTI LANARIO ‖ ALFIDIA SEVERA PA‖TRI PIENTISSIMO. — Mutinae. Mur. 511, 3. Collegium Arenariorum Treveris constitutum dedimus in Capite de Nominibus. Murat. l. l. explicavit de iis, qui arenam ex arenariis effodi, et in varios usus aedificandi, vias muniendi, alio vehi curant. Scutillius vero et Zaccaria *Istituzione* p. 48. atque Eichstadius de Collegio Gladiatorum ceperunt. Hoc vix probandum: mihi aliquando videbantur ii, qui *Arenae gladiatoriae* purgandae et ad ludos aptandae curam habent. Muratorii explicationem, quae ipsa quoque probabilitate non caret, probat Lehne. v. *Jenaische Literaturztg. Ergänzungsbl.* 1827. N. 27.

4064. IOVI OPTV‖MO MAXIMO ‖ SACRVM ‖ T. ANNIVS T. F. COL ‖ PHILIPP ‖ MAG. QVINQVENN ‖ COLL ‖ AROMATAR ‖ LVSTRI XXIIX ‖ SIGNVM DONVM ‖ DED. — Romae. Mur. 511, 4.

4065. I. O. M ‖ PRO S. IMPERA‖TORIS ‖ COLLEG. AVRA‖RIORVM [1]) L ‖ CALPVRNIVS ‖ D. D. — Albae Iuliae. Grut. 12, 6.

1) Id. p. 114, 6. διττογραφίαν habet *aurariarum*, idque praestare censeo. Cfr. Seivert p. 130, 183., ubi eadem exhibetur. Frequenter in lapp. Daciae memorantur *Procuratores Aurariarum*. Est apud eundem Seivertum p. 150, 213. IVL. HERCVLANVS ‖ DE SCOL. FAB. AVRAR. VIXIT A. LXXX.

4066. VOLCANO ‖ SACR ‖ T. FLAVIVS FLORVS ‖ SACERD. DEI SOL ‖ STAT. MARM ‖ COLLEG. BALISTARIOR ‖ ET COLL. FERRARIOR. — Romae. Donati 2. p. 225, 5.

4067. CONCORDIAE ‖ COLLEGĪ ‖ BRACTEARIORVM ‖ 7 INAVRATORVM [1]) ‖ Q. HORDIONIVS ‖ PRIMIGENIVS ‖ Q. HORDIONIVS PANNYCHVS ‖ S. P. D. D. — Romae. Grut. 1074, 12. Don. p. 337, 1., ubi v. Gorium; correctius apud Visconti *Ienkins* p. 76.

1) id est: *et Inauratorum.*

4068. COLLEGIO ‖ CENTONARIORVM ‖ (*versus erasus*) CVM BASI MARMOREA ET CERIOLARIB ‖ DVOBVS AEREIS HABENTIBVS EFFIGI‖EM CVPIDINIS TENENTIS CALATHOS [1]) ‖ L. SEXTILIVS SELEVCVS DECVRIO D. D.

HOC AMPLIVS ARK. REIP. COLLEGII [2]) $\overline{SS}$ [3]) ‖ DONVM DEDIT —$\overline{XV}$. [4]) VT EX VSVRIS ‖ CENTESIMIS EIVS QVANTITATIS ‖ QVAE EFFICIT ANNVOS —X— DC. DIE ‖ $\overline{VIIII}$. KAL. OCTOBR. NATALI DIVI ‖ AVGVSTI EROGENTVR EX ARK. — Romae. Grut. 175, 4.

1) v. Maffei *Mus. Ver.* p. 84, n. Mur. 20, 3. Gor. ad Don. p. 57, 1. 2) Respublicas non modo coloniarum, sed et collegiorum fuisse v. ex hoc saxo adstruentem Oliver. Marm. Pisaur. p. 15. Hagenb. *Respublica Collegii*, *Corporis*, quemadmodum et *Populus*, *Plebs Collegii* non raro in marmorr. exstant. (Grut. 175, 8.) v. Marini *Atti* 1, p. 263. et 2, p. 488. 3) Supra scripti. 4) Denariorum quinque millia usuris centesimis (i. e. 12 *Procente*) efficiunt denarios DC. Gronov. *de Sestert.* p. 18. *de Pec. Vet.* p. 43. Schoepfl. *Als.* p. 577., explicant denaria, neutr. plur. pro denariis M. Oliv. ad Marm. Pisaur. aut —X—V (denarios 5000) aut XX. (sestertios 20000) qua posteriore coni., etsi eadem summa sit, facile caremus. Hagenb.

4069. ZMINTHI ‖ T. CAEDIO T. F. CAM ‖ ATILIO CRESCENTI ‖ EQ. P. PATER. COL. ET ‖ PRIMARIO VIRO. Q. $\overline{II}$ VIR. ET ‖ $\overline{II}$ VIR. QQ. PATER. $\overline{VI}$. VIR. AVGVST ‖ ITEMQ. COLL. FABR. CENT. NAVIC ‖ DENDR. VICIM. [1]) IVVENVM FOREN‖SIVM. ITEM STVDIOR. APOLLI‖NAR. ET GVNTHAR. [2]) CIVES. AMICI ‖ ET AMATORES EIVS. QVORVM ‖ NOMINA INSCRIPTA SVNT. OB ‖ EXIMIAM BENIGNAMQ. ERGA ‖ OMNES CIVES SVOS ADFECTIO‖NEM. SINCERAMQ. ET INCOMPA‖RABILEM. INNOCENTIAM. EIVS ‖ PATRONO DIGNISSIMO ‖ CVIVS DEDICATIONE SING. HS. $\overline{N}$. $\overline{XXXX}$ ‖ ADIECTO PANE ET VINO CVM EPVL. DEDIT ‖ L. D. D. D. *In sinistro latere:* VETTEDIVS AMAND ‖ VINNIVS PAVLINIAN ‖ POPPAEDIVS VALENS ‖ LATRON. FESTIAN ‖ SALVIVS FELICISSIM ‖ LATRONVS FAVSTINVS ‖ SERTORIVS SECVNDIN ‖ SERTORIVS SECVNDIN.

IVN. — Pisauri. Donati 2. p. 457, 4. Machiavellii explicationem non vidi.

1) *Vicimagistri?* Donat. ex Mach. 2) Hoc obscurum; fuitne CYNTHIAR*iorum*, a v. *Cynthius*. an ZMINTHIAR., SMINTHIAR. a Σμινθεύς, quo ducit ZMINTHI initio positum; ut duo fuerint Studia Pisauri, *Apollinarium* et *Sminthiariorum?* Ita Beneventi erant *Studia* quattuor, in quibus Palladianum.

4070. L. OGIVS PATROCLVS ‖ SECVTVS PIETATEM ‖ COL. CENT. HORTOS ‖ CVM AEDIFICIO HVIC ‖ SEPVL. IVNCTO VIVOS ‖ DONAVIT. VT EX ‖ REDITV EOR. LARGIVS ‖ ROSAE ET ESCAE ‖ PATRONO SVO ET ‖ QVANDOQVE SIBI ‖ PONERENTVR. — Torcelli. Mur. 513, 3.

4071. L. APICIO ‖ BRVTTIDIO ‖ SOTERICHO ‖ VI. VIRO VRB [1] ‖ QVAESTORI ‖ ANNI PRIMI [2] ‖ CVR. [3] PRAESIDI ‖ ET ALBVCIAE ‖ SEX. FIL ‖ EXORATAE EIVS. Ɔ ‖ CENTVRIA CENTONAR ‖ DOLABRAR. SCALARIOR ‖ L. D. D. D. — Ad fanum D. Mariae Clivianae, agro Comensi. Grut. 358, 6.

1) iunge *Severo Vrbano*, ut Grut. 471, 5., non vero *Vrbano Quaestori*. *Quaestori* ad collegium Centonar. cet. tantum pertinet. 2) v. Sax. *peric*. p. 10., qui recte negat, inde alior. saxor. siglas A. P. (Aediliciae Potest.) sic legendas esse. Hagenb. 3) Curatori (Collegii.) Scalig. Melius vero Hagenb.: *Curiae Praesidi*, ex Grut. 471, 5.; utrobique autem *Curia* pro *Schola* videtur esse posita.

4072. *Corpus Codicariorum* est in fragm. ap. Donatum. T. 2. p. 227, 1. — Codicarii, Navicularii et Quinque Corp. Navigantes in lap. Ligoriano Mur. 514, 1.

4073. LOC. SEP [1] ‖ CONVICTOR ‖ QVI VNA EPVLO ‖ VESCI SOLENT ‖ IN FR. P... IN AGR ‖ P. XX. — Fani. Mur. p. 491, 7. Maffei *Mus. Ver.* 362, 10.

1) Locus Sepulturae.

4074. MAGNO ET INVICTO ‖ IMP. CAES. C VAL. AVREL ‖ CONSTANTINO PIO FEL ‖ INVICTO AVG. PONTIF. MAX ‖ TRIB. POTEST. COS. III. P. P. PROC ‖ D. N. CORPVS CORARIORVM ‖ MAGNARIORVM SALAIARIORVM (*sic*) ‖ DEVOTI NVMINI MAIESTATIQVE EIVS. — Romae. Gnascus T. 1. p. 194, 110. Notanda in hoc lap., nisi subest error, nomina Constantini: *C. Valer. Aurelius*. Cfr. Eckhel *D. N.* 8. p. 79., qui ex numis non habet nisi: *Fl. Val.* et *Gal. Val. Constantinus*.

4075. TI. CLAVDIVS ‖ CHRESIMVS. OB HON ‖ QVINQVENNALITATIS ‖ COLLEGIO DENDROPHOR ‖ ROMANOR. QVIBVS EX ‖ S. C. COIRE LICET. ARGENTI P. X. ET HS. X. MILIA N ‖ REDDEDIT ‖

QVAE DIVISA SVNT. POPVLO. PER GRADVS
K. AVG. COLLEGI. N.

NVMMIO ALBINO ET FVL. AEMILIANO ‖ COS. [1] — Romae. Grut. 175, 8. Similia dona et legata Collegiis facta ibid. exhibentur.

1) a. c. 959. (non ut Grut. 999.) p. Chr. 206.

4076. TVTICHYLAS HIC POSITVS ‖ QVI FVIT MARGARIT.[1]) HIC ‖ HABVIT DEC. VIAT.[2]) CONSV‖LAREM ET COLLEG. DENTR (*sic*) ‖ ROMAN, Q. Q. P. P.[3]) FVIT ‖ QVI RELIQVIT COLLEGIO S. S[4]) ‖ HS DECEM. MIL. N. VT EX VSVRIS ‖ EIVS OMNIBVS ANNIS PARENTET ‖ EI HOC LOCO. AVT SI NON FACTVM ‖ FVERIT. ANTE TERMINAL.[5]) INFERET ‖ AERARIO P. R. DECEM M. N. — Romae. Mur. 515, 5.

1) margaritarius. 2) decuriam viatoriam. 3) et collegii dendrophororum Romanorum quinquennalis perpetuus fuit. Hagenb. 4) supra scripto. 5) Terminalia.

4077. D. M. S ‖ C. SENTIO REGVLIANO EQ. R. DIFFVS ‖ OLEARIO EX BAETICA. CVRATORI EIVSDEM ‖ CORPORIS. NEGOT. VINARIO. LVGVDVN ‖ IN CANABIS[1]) CONSISTENTIVM CVRATORI ET PA‖TRONO EIVSD. CORPORIS. NAVTAE ARARICO ‖ PATRONO EIVSD. CORPORIS PATRONO. IIIIII VIR ‖ LVGVDVNI CONSISTENTIVM.[2]) L. SENTIVS REGINVS ‖ AVG. ET VLATIA METRODORA FILI. EIVSDEM ‖ PONENDVM CVRAVERVNT. PROCVRANTE DIONY‖SIO ET BELLICIANO ET ... — Romae. Grut. 466, 7. Passionei Cl. II. 9.; nos dedimus lectionem Menestrierii in *Add. Holth.*

1) cella vinaria; unde Ital. *canova*. v. Marini *Atti* 2. p. 423. 2) Novus plane singulare atque alias vix repericndum; cogitandam de ordine Sevirorum municipalium potius, quam de Seviris Augustalibus proprie dictis, qui quidem Patronum vix habere poterant.

4078. HERCVLI ‖ IANVARINIVS[1]) ‖ MODERAT. COL ‖ EQVITVM[2]) D. D. — Coloniae Agripp. Grut. 41, 1. Huepsch p. 5, 9., e Grutero (sed IANVARINVS).

1) Lege. SAN. VARINIVS. i. e. SANcto, ut 49, 5. God. 2) *moderator Collegii equitum*, explicant; de quo tamen Collegio certiora edoceri pervelim.

4079. IVLIVS VITA‖LIS FABRICIES‖IS[1]) LEG. XX. V. V ‖ STIPENDIOR‖VM IX. ANOR. XX‖IX. NATIONE BE‖LGA EX COLEGIO ‖ FABRICE. ELATV‖S H. S. E. — Aquis Solis s. *Bath* in Brit. Gud. Praef. app. p. 35. v. *Iulii Vitalis epitaphium cum notis* H. Dodwelli *et commentario* G. Musgrave. Iscae et Lond. 1711. v. Hagenb. *Epp. Mss.* 1741, 8. p. 6. et 7.

1) i. e. fabricensis, ex fabrica ferraria s. officina armamentaria legioni cuique adscripta; cuius operae collegium infra memoratum (*ex collegio fabricae.*) formabant, arcamque pecuniariam habebant, ex qua hic elatus dicitur. Cfr. C. H. A. in *Misc. Observatt.* 1742, 4. p. 169.

4080. COLLEG. FABR ‖ C. MEFANATI ‖ GRACILI ET ‖ L. MINICIO ALEXANDRO ‖ VI VIRIS AVG. ET ‖ VRSIONI SECVNDI FIL ‖ QVI FACVLTATES SVAS ‖ COLL. RELIQ. — Cremonae. Bianchi *Marm. Crem.* p. CLXV. Mantuae vidit Zacharia *Iter. lit.* p. 123.

4081. TI. CLAVDIVS ‖ TI. CLAVDI ‖ EPAPHRODITIAN ‖ VET. LEG. VII. CL. P. F[1]) ‖ PILASTILVS[2]) ‖ DOLABRAR. COL.

FAB ‖ VIVOS FECIT SIBI ET ‖ IVLIAE DIONYSIADI ‖ CONIVGI ‖ BENE .... — Aquileiae. Mur. 538, 1., et Bertoli A. d'A. 161, 164.

1) Claudiae, Piae, Fidelis. 2) Ita Mur. et Bart. Sed Hagenb. recte praefert Veneti diarii lectionem FIL ASTILVS. ut sit Ti. Claudius Astilus Ti. Claudii Ep. Veterani filius. Eius in lapide expressa est figura, dolabrum manu gerentis.

4082. C. VERATIO C. F. VEL ‖ ITALO. AQVILEIENSI ‖ IIIII VIR. QVINQ. PONT ‖ EQVIT. PRAEF. CLASS ‖ PRAEF. COH. I. DELMATAR ‖ CVR. VIAR. PRAEF. ALIMENT ‖ LEG. PROV. AFRICAE ‖ CVR. ILLYR. ET HISTRIAE ‖ PATRONO COLONIAR ‖ CONCORD. ET ALTINAT ‖ COLLEG. FABR. CENTONAR ‖ DENDROPHOR. NAVICVLAR ‖ ET PLEBS VRBANA ‖ OB MERITA EIVS ‖ EX AERE CONLATO ‖ DECR. DEC ‖ PVBLICE. — Aquileiae. Marini *Atti* 1. p. 159.

4083. I. O. M ‖ ET FORTVNAE REDVCI. PRO ‖ SALVTE ITV ET REDITV ‖ TIB. FLV[1]) VETERIS. PATRONO ‖ OPTIMO ARAM POSVERVNT FABRI ‖ FERRARI DIBIONENSES ‖ CLIENTES[2]) ‖ S. L. M ‖ L. D. D. PA.[3]) — Divione. Reines. p. 234, 363.

1) l. *Fluvii*. Reines. 2) Vales. *Not. Gall.* p. 172. *Dibione consistentes.* 3) „Locus datus decreto *Paganorum*, non *patrum*, ut volebat Reines." Hagenb. Mse.

4084.

D (*Ascia*) M VENVLEIAE PELAGIA HIC. ADQ.[1]) FIL. MATR. PIISS.	M. NAEVIVS M. F ‖ GAL. RESTITVTVS ‖ MIL. COH. X. PR. H. AQ[1]) ‖ QVI RELIQ. TESTAM. COLL ‖ FABR. NAVAL. PIS.[2]) STATIONI ‖ VETVSTISS. ET PIIS HS. IIII ‖ N. EX CVI. REDITV PARENTAL. ET ROSAR. QVOT ‖ ANN. AT. SEPVLCHRVM ‖ SVVM CELEBRARENT. QVOT ‖ SI FACTVM AB EIS NON ‖ ESSET. TVNC EA IPSA CON‖DITIONE FABR. TIG. PIS ‖ ACCEPT. PRO POENA N ‖ FABR. NAV. HS. IIII N. IPSI ‖ CELEBRARE DEBEBVNT. — Prope Ferrariam. Grut. 1031, 5.

1) hic adquiescit. 2) Pisaurensium.

4085. DIS MANIBVS ‖ L. TREBIO FIDO. QVINQVENNALI ‖ COLLEGI ‖ PERPETVO[1]) FABRVM SOLIARIVM ‖ BAXIARIVM[2]) 7 III.[3]) QVI CONSISTVNT[4]) ‖ IN SCOLA SVB THEATRO AVG POMPEIAN ‖ ET IMMVNI ROMAE REGIONIBVS XIIII ‖ SIBI ET ‖ TREBIAE AMMIAE VXORI ET ‖ LIBERTIS LIBERTABVS ‖ POSTERISQVE EORVM OMNIBVS ‖ TABERNA CVM AEDIFICIO ET CISTERNA[5]) ‖ MONIMENTO CVSTODIA CEDIT ‖ LEGE PVBLICA VTI LICEAT ITVM ADITVM AMBIT ‖ HAVSTVM AQVAE LIGNA SVMERE. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 12.

1) iunge *Quinquennali perpetuo.* 2) v. Forcellinum in *Baxea*, unde Gallorum *bas*. 3) Centuriae tertiae, vel Centuriarum trium. 4) idem quod alibi *qui conveniunt, coëunt.* 5) in aliis similibus pro *cisterna* est *puteus*. v. Marini.

4086. L. PACATIO TYRANNO ‖ HONORATO COLLEGI ‖ FABRVM TIGNARIORVM ‖ ROMANENSIVM. EX ‖ DECRETO ORDINIS MVNICIPI ‖ CVPENATIVM FOEDERATORVM ‖ CONLATIONE FACTA ORDINIS ‖ EIVSDEM MVNICIPI ET ‖ AVGVSTALIVM ET VICANORVM ‖ ITEM LIBERTORVM IPSIVS ‖ OB MERITA EIVS ‖ L. D. D. D. *In dextro latere basis:* DEDICATA XIIII. K. OCT ‖ IVNIO RVSTICO ... ‖ ... AQVILINO[1]) ... ‖ .. LVDOS ... ‖ .. DE.. ‖ ... NTO... — Leprignani. Donati p. 170, 2., corrupte ap. Rein. Cl. X. 13. Fabrett. C. IV. 529. Mur. 521, 2. et 751, 2. v. Hagenb. *Ep. epigr.* p. 449. Saxii *Miss.* 4. p. 242.

1) C. Vettio Aquilino. p. Chr. 162.

4087. L. VALERIVS THREPTVS ‖ FECIT MAG. Q. Q ‖ COLL. FABR. TIGNVARI‖ORVM OSTENSIVM. CVRAT ‖ NEGOTIANTIVM FORI VINARI ‖ Q. Q. COLLEG. GENI[1]) FORI ‖ VINARI ..E..PE.. PATRIS ‖ ET VALER... STAE. — Ravelli in agro Neapolit. Mur. 521, 4.

1) „Pro GENI. restit. videtur CENT. aut GEM. Mur. Idem in Add. Sed retinendo GENI statuere oportet Collegium cultorum Genii Fori Vinarii." Vera propiora haec sunt. Hagenb. Quod hic tamen addit: — sed, ut syntaxis saxo constet, non Collegii colentis Genium accipe, quod durius esset, sed Q. Q. Collegii (fecit) Genio — equidem probare nequeo. *fecit* refertur ad id signum v. c., quod basi superstiti impositum erat.

4088. EX S. C ‖ SCHOLA[1]) AVG. COLLEGI FABROR ‖ TIGNVAR. IMPENDIIS IPSORVM AB ‖ INCHOATO.[2]) EXSTRVCTA. SOLO DATO AB T. FV‖RIO PRIMOGENIO. QVI ET DEDIC. EIVS HS. X̄. N̄. DED ‖ EX CVIVS SVMM. REDIT. OMNIB. ANNIS XII̅. K. AVGVST ‖ DIE NATALIS SVI. EPVLENTVR. — In aede D. Catharinae de Tolentino. Grut. 169, 6. Murat. 520, 6.

1) Aliarum Scholarum inscriptt. v. ib. et p. seq. 170, 3. Curator Scholarum. 2) i. quod Graece dicitur ἐκ καινῆς. v. Letronne *Recherches p. s. à l'Hist. de l'Égypte* p. 244.

4089. ORFIA C. F. PRISCILLA HS. V̄I̅. N. COLL. F[1]) ‖ QVAE ORFIVS HERMES AVVS EIVS ‖ IN MEMORIAM ORFI. SEVERI FILI ‖ SVI AD EXORNANDAM SCHOLAM ‖ POLLICITVS ERAT. DEDIT. — Apud Montem Bodium, in Dioecesi Ariminensi. Don. 87, 71. Mur. 480, 9. 2016, 1. Donati 2. p. 230, 7.

1) *Collegio Fabrûm;* male Murat. loco priore 480, 9., de Colonia Fanestri cogitabat.

4090. *Falancarii* (i. e. Phalangarii) et *Professionarii* memorantur in lap. Romano laudato a Marinio *Atti* 1. p. 151., quem integrum non vidi.

4091. MINERVAE DO ‖ FVLLONES ‖ MAGISTRI QVINQVEI[1]) ‖ CVRAVERE ‖ L. EVVLI.[2]) C. L. STATIVS ‖ P. OPPI. L. L. PHILONICVS ‖ L. MAGNI L. L., ALAVCVS ‖ PAMPILVS

TVRPILI. T. S. — Spoleti. Mur. 951, 9., sed correctius ap. Marini *Atti* 2. p. 416.

1) f. Quinquennales. 2) sic marmor.

4092. NVMINI DOMVS AVG ‖ SACRVM HERCVLI SALVTARI ‖ QVOD FACTVM EST SODALICI ‖ HORR. GALBAN ‖ A. CORNELIVS APHRODISTVS (*sic*) ‖ QVINQVENN. COHOR[1]) ‖ AEDICVLAM NOVAM A SOLO ‖ SODALIBVS SVIS PECVNIA ‖ SVA DONVM DEDIT ‖ DEDICAVIT K. IVNIS. QVINTILLO ‖ ET PRISCO COS.[2]) — Romae. Donati 1. p. 170, 1.

1) Corruptum videtur; an fuit CORPORAT.? 2) p. Chr. 159.

4093. LOCVM SEPVLTVRAE DONAVIT ‖ C. VALGIVS FVSCVS CON‖LEGIO IVMENTARIORVM ‖ PORTAE GALLICAE ‖ POSTERISQVE EORVM OMNIVM ‖ ET VXORIBVS CONCVBINISQ. — Foro Sempronii. Fabrett. p. 157, 261. Cfr. ib. 91, 179. Mur. 525, 2. Marini *Atti* 2. p. 775. Saxii *Miss.* 4. p. 245.

4094. COLLEGIA FABR. ET CENT ‖ L. CORNELIO PROSODICO ‖ VI VIR. AVG. BRIXIAE ET ‖ VERON. SACERD. COLLEG ‖ IVVENVM BRIXIAN ‖ PRIMVM INSTITVTI ‖ OB MERITA EIVS ‖ HONORE CONTENTVS ‖ IMPENDIVM REMIS ‖ DATIS IN TVT.[1]) COLONIS. HS ‖ ... N. D. — Brixiae. Grut. 397, 1.

1) tutelam.

4095. I. N. M. D[1]) ‖ GENIO COLLEGI ‖ IVENTVTIS (*sic*) VICI ‖ APOLLINESIS[2]) ACVTIVS ‖ VRSVS ET ACVTIA VRSA ‖ DONVM DEDERVNT ‖ IMP... ‖ IMP..[3]) ‖ .. ET COMA‖ZONTE ‖ COS. — Moguntiaci. Fuchs 1. p. 28.

1) *Iunoni et Matri Deum* explicat Fuchsius; parum probabiliter. Suspicor: *Iovi, Neptuno, Matri Deûm*, nisi potius latet corruptela pro IN. H. D. D., in honorem Domus divinae. 2) Vici Apollinis Romae. 3) Imp. M. Aurelio Antonino Elagabalo, (cuius nomen consulto erasum est) Imp. III. et Eutichiano Comazonte Coss. p. Chr. 220.

4096. IVVENTVTI ARTANORVM[1]) POSVIT COLLEGIVM. — Cremonae. Bianchi *Marm. Crem.* p. CLV.

1) Artanum, oppidum alias ignotum, idem fortasse est cum *Attano* sive *Curtettano*, vico Cremonensi.

4097. DIS MANIBVS ‖ IVVENES A FANO ‖ IOVIS ‖ SIBI ET SVIS. — Aginni Nitiobrigum (*Agen*). Millin *Mag. Encycl.* 1818, 4. p. 324.

4098. P. IVLIAE ‖ A. F ‖ OLYMPIADI ‖ SODALI ‖ IVVENVM ‖ L. D. D. D. — Romae. Oderic. p. 88., αὐτόπτης, quum a Maffeio *Mus. Ver.* 321, 1., ita exhibeatur: P. IVLIO ‖ A. F ‖ OLYMPIO cet. Cfr. ap. Maff. I. I. 2. SODALES ‖ LVSVS ‖ IVVENALIS.

4099. M. SILIO EPAPHRODITO PATRONO ‖ SEVIRVM AVG ‖ MAGISTRO IVVENVM ITERVM. IVVENES ‖ LVCOFERO‖NENSES

PATRONO OB MERITA ‖ QVOD AMPHITHEATRVM COL. IVL. FELICI. LVCOFER. S. P. F ‖ DEDICAVITQVE. L. D. D. D. — Mazoch. *Tit. Camp. Amph.* p. 78. Morcelli *St.* 2. p. 55. Fabrett. p. 106, 251, loco non indicato. Lucus Feroniae, Lucoferonia, Colonia Iulia Felix Lucoferonensis prope Capenam. v. Cellarii *O. A.* T. 1. p. 586.

4100. T. PETRONIO T. F ‖ T. N. CLV. PROCVLO ‖ $\overline{\text{IIII}}$ VIR. AED. P. $\overline{\text{IIII}}$ VIR ‖ I. D. CVRATORI LV‖SVS IVVENVM V. F. G[1] ‖ IVVENES AVG[2] ‖ OB M. E.[3] QVI OB ‖ STATVE DEDICATI‖ONEM DEDIT IVVE‖NIBVS S. HS. $\overline{\text{XXX}}$ N ‖ ADIECTO PANE ET ‖ VINO EPVLANTIBVS ‖ L. D. D. D. — Ameriae (al. Romae.) Grut. 1028, 1.

1) Notae incertae; ap. Grut. 388, 3. V. F. C. praecedit verba *Curatori Lusus Iuvenum.* Haoenn. *Viro EGregio* legebat: alii *Vico Fiers Curarunt*, parum probabiliter. 2) Note hoc *Iuvenum Collegium*, *Augustalium* nomen habuisse. 3) *merita eius.*

4101. P. VEGELLIO P. F. PVB. PRIMO ‖ E. Q. R. $\overline{\text{II}}$ VIR. Q. ALIM. CVR. PIO ‖ ANNON. $\overline{\text{Q}}$. AERAR. ARCAE PV‖B. CVR. R. P. TREBANORVM EX‖SEMPLIS MVNIFICENTIAE SVA‖E OPTIME MERENTI COLLEGIVS[1] ‖ IVVENVM PATRONO DIGNISSIMO ‖ OB RENOVATAM AB EO LVSVS IVVE‖NVM QVOD VETVSTATE TEMPORVM ‖ FVERAT OBLITERATVM. OB QVAM HON‖ORIS HVIVS OBLATIONEM DIE NATA‖LIS SVI EIDEM COLLEGIO V. KAL. OCT… — Anaguiae. Mur. 652, 2.

1) *Collegius* pro *Collegium* etiam Mur. 525, 2. Observavi praeterea *Iuvenes Nepesinos Dianenses.* Grut. 262, 2. (vide Mon. histor. Commodus: N. 879.) *Colleg. Iuvenum Brixianorum.* Grut. 366, 6. et Mur. 524, 1. *Collegium Iuv. Puteolanorum.* Mur. 524, 2. *Quaestorem Iuvenum Ostiensium.* Gor. *Etr.* 1, 303. *Patronum Iuvenum Trebul. Mutuesc.* Grut. 19, 3. Antiquissimum videtur institutum in Italiae civitatibus, per Gallias quoque propagatum, (v. lapidem Aginnensem supra datum) ut Iuventutis sodalicium ludos celebraret et sacra communia haberet: sed perpauca eius rei apud veteres scriptores vestigia supersunt. Cfr. tamen Liv. 2, 18., ibique Gronov. Ciceronem *pro Plancio* C. 13. cum nostra adnotatione. Hinc originem videntur traxisse *Iuvenalia* Neronis Suet. *Ner.* 20. Tacit. *Ann.* 14. 15., ubi vide Lipsium; sed eiusdem Imperatoris *Augustani* ibidem memorati, neutiquam, ut fecit Gudius p. 49, 9., cum hisce Iuvenibus debent confundi. Confer denique Callistratum *Digestor.* L. 48. Tit. 19. 28, 3. *Solent quidam, qui vulgo se Iuvenes appellant, in quibusdam civitatibus turbulentibus* (al. *turbulentis*) *se acclamationibus popularium accommodare.* — *De Iuvenibus apud Callistratum ICtum Epistolam* A. G. Krameri *Kil.* 1814. 8. nondum vidi. Cfr. Callistrati locum laudantem, atque inscript. quoque utentem Lipsium *Epistolic. Quaest.* 1. 1. p. 451. Vesal. Tum consule Visconti *Lettera sopra un antico piombo Veliterno* Opere varie T. 2. p. 33. et Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 16.

4102. DIS. MAN. SACR ‖ C. OCTAVIO C. F. MAEC. VERO ‖ PRAEF. IVVENT. EQVO PVBLICO. AD‖LECTO IN $\overline{\text{V}}$. DECVRIAM. ORNATO ‖ MILITIAE. PRAEF. COHORTIS CAES ‖ FLAMINI VIRBIALI ET AVGVRI ‖ AEDILI. AVGVSTALI. QQ. IVVENVM. M ‖ POSTVMIA PROCVLA VXOR ‖ MARITO KARISSIMO ET ‖ OCTAVIA C. F. VERA FILIA ‖ PATRI OPTIMO FECE-

RVNT. — Neapoli. Grut. 445, 3. Est ex iis una, de quibus pronuntiare difficillimum est. Ante omnia Pighio debetur, cuius complures sunt suspectae. Habet praeterea mira quaedam, veluti Praefectum Iuventutis, Ornatum Militiae, Praefectum Cohortis Caesaris, Flaminem Virbialem; miro quoque modo miscentur Augur, Aedilis, Augustalia. Quinquennalem Iuvenum vix alibi reperies; M. omittunt alia exemplaria, quam notam, nusquam alias sic repertam, Scaliger parum probabiliter explicabat *Moderatori.* Quae si colligamus, vix aliter fieri poterit, quam ut cum Maffeio A. C. L. p. 340. lapidem istum pro supposititio habeamus. At cur tandem, et quemnam in finem fuerit confictus? Quomodo homo fraudulentus non sibi cavit a suspecto illo minus peritis, sed aliquoties tamen in lapp. sinceris reperiendo *Octavia C. F. Vera filia?* Sed in talibus quoque cernitur leve illud et argutum Italorum Seculi sexti decimi ingenium, qui huiusmodi deliciis tum excogitandis, tum undecunque conquirendis ultro delectabantur. Longe alia affectabant Hispani, alia etiam nostratium quidam, velut P. Guilielmus.

4103. D. M ‖ HAEC LOCA SVNT ‖ LANARIORVM[1]) ‖ CARMINATORVM ‖ SODALICI ‖ QVAE FACIVNT ‖ IN AGRO P. C ‖ AD VIAM P. LV. — ...scello, nunc Mutinae. Lama p. 100.

1) Aliud LANARIORVM Collegium Ortonae constitutum habes ap. Romanellium *Top.* T. 3. p. 64.

4104. TI. CLAVDIO SEVERO ET. C. AVFIDIO VICTO...[1]) ‖ ORDO CORPORATOR. LENVNCVLA .... ‖ PLEROMARIORVM.[2]) AVXILIARIOR. OSTEN... ‖ PATR(*oni duo.*) ‖ QQ. (*Quinquennales sex.*) ‖ PLEBS (*nomina* XVII.) — Alla torre di Bovacciano, ubi sita erat Colonia Ostiensis. Visconti *Opere varie Fasc.* 4, p. 56.

1) Coss. P. Chr. 200. 2) Hoc vocab. vix alibi reperitur. „*I* Pleromarj *doveano formare come suol dirsi l'equipaggio delle navi da guerra, in opposizione de'* Lenuncularj *che servivano nelle minori barche da trasporto.*" Visconti.

4105. M. IVLIVS VICTOR ‖ EX COLLEGIO LITICINVM. CORNICINVM. — Romae. Gud. 205, 2., *αὐτόπτης.*

4106. T. TESTIO LIBERTINO ‖ SEVIRO AVG. IDEM Q. Q ‖ ITEM PATRONO ET QQ ‖ CORPORIS T. REIECTVS ‖ MARMORIORVM[1]) ‖ IIII. TESTI[2]) HELPIDIANVS ‖ PRISCVS. PRISCIANVS ‖ ET FELIX. FILI ET HEREDES ‖ PATRI DVLCISSIMO. — Salerni. Grut. 473, 8.

1) *Traiectus marmorariorum* s. potius *marmorum* ipsorum, nisi maior error subest. 2) *Testii* quattuor.

4107. D. M ‖ C. TVRIVS C. F. LOLLIANVS QVIT‖QVIT EX CORPORE MENSORVM ‖ MACHINARIORVM[1]) FVNERATICI ‖ NOMINE SEQVETVR. RELIQVM PENES ‖ R. P. S. S.[2]) REMANERE VOLO EX CVIVS ‖ VSVRIS PETO A VOBIS COLLEGE VTI ‖ SVSCIPERE DIGNEMINI VI.[3]) DIEBVS SO‖LEMNIBVS SACRIFI-

CIVM MIHI FACIATIS. IDEST IIII. ID. MART. DIE NATALIS ‖ MEI VSQVE AD *4) XXV. PARENTALIS * XII S 5) ‖ FLOS ROSA * V. SI FACTA NON ‖ FVERINT TVNC FISCO STACIONIS ‖ ANNONAE DVPLVM FVNERATICIVM DARE ‖ DEBEBITIS. — Romae. Mur. 525, 5.

1) Cfr. Grut. 99, 1. 2) rempublicam (i. e. corpus) supra scriptam. 3) Lego VT. Hic. 4) denarios. 5) Semis.

4108. G. PETRONI. C. F ‖ POP. MARCELLINI ‖ INTER PRIMOS COLLEGI‖ATO IN COLLEGIO NAVICVLA‖RIORVM ARDELICENSIVM. CVI ‖ COLLEGIO DEDIT LEGAVITQVE ‖ S-S. N. II. AT (*sic*) SOLEMNIA CIBVS (*sic*) ‖ ET ROSARVM SIBI ET CONIVGI ‖ PETRONIA PIA PATRI ‖ PIENTISSIMO. — Pischeriae. (*Peschiera* olim Ardelica, Mannerto praetermissa, sed memorata Cluver. *Ital. Ant.* 1. p. 258.) Grut. 449, 6. Cfr. Maffei *Mus. Ver.* 117. *Ver. Illust.* T. 1. p. 180. Murat. 527, 1.

4109. CN. SENTIO. CN. FIL ‖ CN. N. TER. FELICI ‖ DEC. DECR. AEDILICIÓ. ADL. D. D. D. ADL ‖ Q. A.1) OSTIENS. II VIR. Q. IVVENVM.

HIC PRIMVS OMNIVM QVO ANNÓ DEC. ADL. EST ET ‖ Q. A. FACT. EST ET IN PROXIM. ANNVM II VIR. DESIGNAT. EST ‖ QVINQ. CVRATÓRVM NAVIVM MARINAR. GRÁTIS ADLÉCT ‖ IN. TER. (*sic*) NAVICVLAR. MARIS HADRIATICI. ET AD QVADRÍGAM ‖ FORI VINARI. PATRÓNÓ DECVRIAE SCRIBÁR. CÉRARIÓR ‖ ET LIBRARIÓR. ET LICTÓR. ET VIATÓR. ITEM PRAECONVM ET ‖ ET (*sic*) ARGENTARIÓR. ET NEGOTIATÓR. VINÁRIOR. AB VRBE ‖ ITEM MENSOR. FRVMENTARIÓR. CERERIS. AVG. ITEM CORPOR ‖ SCAPHARIOR. ET LENVNCVLARIOR. TRAIECT. LVCVLLI. ET ‖ DENDRÓPHORVM ET. TÓGÁTÓR.2) A FORO. ET DÉ. SACOMÁR ‖ ET LIBERTÓR. ET SERVÓR. PVBLICÓR. ET OLÉANÓR. ET IVVEN ‖ CISIANOR. ET VETERANOR. AVG. ITEM. BENEFICIARÍOR. PRÓC ‖ AVG. ET. PISCATOR. PRÓPOLAR. CVRÁTÓRI LVSVS IVVENALIS.

CN. SENTIVS LVCILIVS

GAMALA. CLODIANVS. F ‖ PATRI INDVLGENTISSIMO. — Ostiae, nunc Florentiae. Fabrett. p. 731, 450., accuratius ap. Gor. *Etr.* 1. p. 308, 50. In magno Collegiorum et artium numero, notandum in primis, scribas v. c. et alios, decurias, non corpora vel collegia constituisse Ostiae.

1) Decurionum decreto adlecto Quaestori Aedili. 2) lege *Rogatorum*.

4110. C. IVLIVS SABINIANVS ‖ NAVTA RHOD ‖ IN HONOREM ‖ NAVTARVM RHODANICOR 1) ‖ DAT ‖ DEDICATIONE ‖ DONI HVIVS ‖ OMNIBVS NAVIGANTIBVS * III.2) DEDIT ‖ L. D ‖ DEC. N. R.3) — Lugduni. Mongez in Millin *Mag. Encycl.* 1816. 1. p. 346.

1) Collegium Nauturum s. uegotiatorum Rhodanicorum, at nautae *Ararici*, *Parisiaci*, *Druentici* in aliis saxis. v. c. in Genevensi ap. Mur. 67, 7. *Ratiaris superiores* (Rhodanici.) 2) Denurios tres. 3) Decreto oautur. Rhodaaicor.

4111. ..[1]) CIVIVM ROMANORVM ‖ QVI MITYLENIS[2]) NEGOCIANTVR ‖ M. TITIO M. F. PRO. COS. PRAEF ‖ CLASSIS[3]) COS. DESIG. PATRONO ‖ HONORIS CAVSSA. — Mytilenis. Grut. 474, 8.

1) deest: *Collegium* vel Corpus. Alia apographa: *Cives Romani*, ut nihil desit. 2) Observa in saxo quoque, non solum iu Codd. Macr. v. c. Suet. *Caes.* 2., ita Mytileuurum nomeu scriptum. 3) de Classibus temporariis hic illic coustitutis proprioque nomine carentibus v. Oliv. *Marm. Pisaur.* p. 112.

4112. LOCVS BENE QVESQVENTIS MARCELLI ‖ PATRONI CORPORIS PASTILLARIORVM ‖ VIXIT ANNIS LXXII ‖ DEPOSITVS III. KAL. IANVAR ‖ DD. NN. THEODOSIO XV. ET VALENTINIANO IIII ‖ AVG. CONS.[1]) — Romae. Mur. 527, 5.

1) p. Chr. 435. Est titulus Christianus.

4113. * GENIO COLLEGI ‖ PAVIMENTARIORVM ‖ M. ALFIVS ONESIMVS ‖ DEDIC. K. MART ‖ M. SIL. L. NORB. COS.[1]) — Romae. Doni IX. 35. Mur. 527, 6.

1) p. Chr. 19. Mihi Ligorianu videtur. Ex antiquo MS. eam habait Donius.

4114. D. M ‖ Q. MARCIVS ITALICVS DECVRIALIS ‖ NEGOTIATOR F..I PECVARI[1]) ‖ SIBI ET SVIS V..VS FECIT ‖ LIBERTIS LI.....BVSQVE ‖ POSTERIS ... ‖ H. M. .... N. S. — Romae. Fabrett. p. 86, 157.

1) haec ita interpolata leguotur e schedis Manutiaois (s. Ligorianis) ap. Don. p. 342, 13. Mur. 528, 2.: NEGOTIATOR COLLEGII PECVARIORVM; id quod sensu caret. Tu supple FORI PECVARII.

4115. TI. CLAVDIO ESQVIL. SEVERO ‖ DECVRIALI LICTORI. PATRONO ‖ CORPORIS PISCATORVM ET ‖ VRINATOR. QQ. III. EIVSDEM CORPORIS ‖ OB MERITA EIVS ‖ QVOD HIC PRIMVS STATVAS DVAS. VNAM ‖ ANTONINI AVG. DOMINI N. ALIAM IVL ‖ AVGVSTAE DOMINAE NOSTR. S. P. P ‖ VNA CVM CLAVDIO PONTIANO FILIO ‖ SVO EQ. ROM. ET HOC AMPLIVS EIDEM ‖ CORPORI DONAVERIT HS. X. MILIA N ‖ VT EX VSVRIS EORVM QVODANNIS ‖ NATALI SVO XVII. KAL. FEBR ‖ SPORTVLAE VIRITIM DIVIDANTVR ‖ PRAESERTIM CVM NAVIGATIO SCAPHARVM DILIGENTIA EIVS ADQVISITA ‖ ET CONFIRMATA SIT. EX DECRETO ‖ ORDINIS CORPORIS PISCATORVM ‖ ET VRINATORVM TOTIVS ALV. TIBER ‖ QVIBVS EX SC. COIRE LICET. S. P. P. — Romae. Grut. 591, 1.

4116. IMP. C... ‖ M. AVR.... A.... ‖ AVG. P...., T.. ‖ POT.. COS II ‖ ANT..... A.. P..... F.. ‖ DIVI H.... N... ‖ DIVI .T... P... ‖ PRONEPOTI. DIVI ‖ NERVAE ABNEPOT ‖ CORPVS SABVRRARIORVM[1]) ‖ S. P. P[2]) ‖ CVRA AGENTIBVS ‖

PATRONO CLAVDIO BLASTIANO ‖ QQ. CLAVDIO EYTICHN ‖ MVNNENIO GAIANO. — Pisauri. Donati 2. p. 458, 5.

1) Ex hac primum innotuit Corpus Saburrariorum, qui saburras navibus importandae rursusque extrahendae destinati erant. 2) *Sua pecunia posuit.*

4117. M. OFANIVS ‖ ARISTIONIS ‖ D. XVI.[1]) FECIT ‖ SIBI ET M. OFA‖NIO PRIMO FIL ‖ COL. SCA.[2]) — Romae. Mur. 529, 1.

1) Decuria sexta decima. 2) Colleg. Scabillariorum. — *Corpus Suariorum et Confecturariorum* v. ap. Grut. 361, 4., apud nos in Capite de Provinciis.

4118. M. ATTIO M. F ‖ SER. DRACONI ‖ CLODIANO ‖ ANNAVO RVFO ‖ COLLEGIVM ‖ VENATORVM. — Prope Corfinium. Mur. 551, 2.

4119. COLLE. VTRI. CAB[1]) ‖ L. VALE. SVCCES. — In tessera Cabellici reperta. Donati 2. p. 470, 9. „Hanc vulgavit Cl. Calvetus (*Dissertation sur un monument singulier des Utriculaires de Cavaillon*) probavitque ex hac tessera, in cuius postica facie *utriculus* conspicitur, certissimam esse illorum coniecturam, qui *Utricularios* nautas utribus utentes fuisse existimant." Donat.

1) *Cabellicensium.*

4120. L. IVLIO SECVNDO ‖ VTRICVLARIO COR ‖ C. I. P. A.[1]) QVI LEGAVIT ‖ EIS TESTAMENTO ‖ SVO -X- CC. VT EX VSVR. EOR ‖ OMNIBVS ANNIS SACRIFIC‖IO EI PARENTETVR ‖ ITEM. NAVT. DRVENTIOR ‖ CORPOR.[2]) MOGITVMA ‖ EPIPODIVS FILIVS NA [3]) ‖ PATRI PIENTISS. (Asciae figura.) — Arelate. Grut. 547, 8.

1) Corporis Coloniae Iuliae Piae Arelatis. 2) Explica: *Item nautarum Druentiorum corporato*, et referatur ad *utriculario.* Hagenb. Mss. 3) naturalis h. l. spurium videtur significare.

4121. DEAE NEMESI ‖ AEL. DIOGENES ‖ ET SILIA VALERIA ‖ PRO SALVTE SVA ET ‖ FILIORVM SVORVM ‖ MATER ET PATER ‖ EX VOTO. A SOLO ‖ TEMPLVM EX SVO ‖ FECERVNT. COLLEGIO ‖ VTRICVLARIORVM. — Temisvarii. Mur. 551, 4. Hunc lapidem data opera illustravit Schwarz *Opusc.* p. 53.

4122. SANCTO DEO SILVANO. GENIO ‖ COLLEGI. ZEVNITORVM[1]) ‖ VITAL. IO. AVG. N. VERNA D. D. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 250.

1) *Zeuniti* fortasse *Ζεῦκται*, lat. *Iunctores.* id. p. 824.

4123. RVTILIA PRAEPVSA HVNC COLLEGIVM ‖ CONSTITVIT CONL. CORBARIO BONO ‖ CONIVGI SVO LIBERTIS LIBERTABVSQVE ‖ POSTERISQVE EORVM. — Romae. Donati 2. p. 237, 8.

COLLEGIA BENEVENTANA.

Singularia quaedam ad Collegia spectantia habent lapides aliquot Beneventani, quocirca iunctim eos, qui gravioris sunt momenti, hic exhibere visum est ex de Vita p. 159. et *Inscriptt.* p. 27.

4124. VESEDIO RVFINO ‖ V. P. ADVOCATO FISCI ‖ SVMMAE REI IVDICIO ‖ SACRO PROMOTO PATRO‖NO SPLEND. CIVITATIS ‖ BENEVENTI ET PVTEO‖LANORVM PATRONO STV‖DIORVM [1]) IIII. MARTENSIVM ‖ VERZOBIANVM ET MARTEN‖SIVM PALLADIANVM ET .... — de Vita 1.

1) *Studiorum* nomen pro *Collegii* vix alias observavi, quam hic et in lapide Pisaurensi apud Donatum 2. p. 457, 4. Quamvis autem epitheta illa Apollinaris et Palladiani docti quid habeant, nolim tamen cum De Vita studia ista inter veras literarum disciplinarumque scholas referre.

4125. NEBVLI ‖ C. VESEDIO RVFINO. PERF ‖ ET PRAESTANTISSIMO VIRO ‖ FILIO VESEDI IVSTI INLVSTR ‖ ET PRINCIPALIS VIRI BENE‖VENTANAE CIVITATIS ... ‖ ... ‖ .... .. D.. PR... ‖ .... ‖ PATRONO ‖ STVDIVM PALLADIANVM. — ib. 2.

4126. VERZOBI ‖ C. VMBRIO EVDRASTO C. F ‖ STEL. PATRONO COLONIAE ‖ BENEVENTANORVM LAR‖GISSIMO ADQVE (*sic*) HONORIFI‖CENTISSIMO VIRO ‖ QVOD IS A SOLO CANOPVM PRO‖PRIIS SVMPTIBVS PERFECERIT ‖ COLLEGIVM MARTENSIVM ‖ INFRAFORANVM MEMOR ‖ LIBERALITATIS ET HONORIFICENT. — ib. 3. et Mur. 2016, 4. De Canopis cfr. Spartian. *Hadrian.* C. 26. Hagenb.

4127. TVLLIDIO ARGOLICO ‖ ... DICIO ‖ ... ‖ SAC...SIMO ET ‖ COMITI FABRICARVM ‖ TOTIVS CIVITATIS ‖ BEN. VRBIS OB INSIG‖NIA MERITA EIVSDEM ‖ PATRONO VNIVERSI ‖ LEONTIANI STATVAM ‖ PONENDAM DVXERVNT. — ib. 4.

4128. CRESPINI ‖ C. VIBIO CRES‖PINO AB AVO ‖ ET MAIORIBVS ‖ COLLEGIVM [1]) CIVI‖TATIS PATRONO ‖ COLLEGIVM MAR‖TENSE VERZO‖BIANVM. — ib. 7.

1) *collegiorum.*

4129. C. VMBRIO VIBIO ‖ NVMISIO DRVSO ‖ PATRONO REIP ‖ GLOSSIMO [1]) CIR‖CA OMNES CIVES ‖ ET LIBERALISSI‖MO SEMPER CIR‖CA SE COLLEGIVM ‖ MARTENSE ‖ VERZOBIANVM. — Gud. 207, 4. Doni p. 551, 34. Murat. 525, 1., correctius ap. de Vita *Inscr.* p. 28, 9.

1) Gloriosissimo.

4130. Incertum est, an haec inscriptio Veliterna, in qua memorari videtur *Classis Fontanorum*, spectet ad aliquod genus Collegii eorum, qui fontium curam gererent, ut fere explicat Cardinalius:

CORNELIVS. MEPONIVS. IVN[1]) ‖ SE. VIBVM. QVOD. PROMISERAT ‖ CLASSI. FONT. PAVIMENTVM § ‖ ARIAE.[2]) STRATVRAM. EXHIBVIT ‖ PER. CORNELIVM. MEPONIVM § ‖ ET. VIBIAM. VICTORINAM. PARENITIRVS. (*sic*) ET. CORNELIVM. PROBI‖ANVM. FRATREM. IPSIVS. — Velitris. Marini *Iscriz. Alb.* p. 119, 1. Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 59.

1) Iunior. 2) Sic haud raro in lapp. pro *Area*.

4131. Hoc quoque inter singularia ista referendum putavi: HICREQVIESCITIN ‖ PACEIOVINVSDE ‖ SCOLACARRVCA‖RVMQVIVIXSIT ‖ ANNVSPLVSMINV‖SXXXETMENSISVI ‖ ETDIESVIIII. — Velitris. Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 198., quem consule.

4132. M. NASELLIVS M. F. PAL. SABINVS ‖ PRAEF. COH. I. DALMATAR. ET NASELLIVS VITALIS ‖ PATER. AVG.II QVINQ.[1]) PAGANIS COMMVNIB. PAGI LVCVL.[2]) ‖ PORTICVM CVM APPARATORIO[3]) ET COMPITVM A SOLO PECV‖NIA SVA FECERVNT ET IN PERPETVVM VI. ID. IVN. DIE NATALI ‖ SABINI EPVLANTIBVS HIC PAGANIS ANNVOS *.[4]) CXXV. DARI ‖ IVSSERVNT EA CONDITIONE VT NON. IVN. PAGVM LVSTRENT ‖ ET SEQVENTIBVS DIEBVS EX CONSVETVDINE SVA CAENENT ‖ ITEM VI.[5]) IVN. DIE NATALI SABINI EPVLENTVR. QVOD SI ‖ FACTVM NON ERIT TVM HIC LOCVS VT SVPRA SCRIPTVM EST ‖ CVM ANNVIS * CXXV IN PERPETVVM AD COLLEGIVM MEDICOR ‖ ET AD LIBERTOS N PERTINEAT VT II VI. ID. IVN. DIE NATALE (*sic*) ‖ SABINI HIC EPVLENTVR. — Beneventi. Fabrett. p. 232, 610. Mazoch. *Camp. Amphitheat.* 8. p. 154., correctius ap. de Vita p. 167.

1) *Augustalis. Iterum Quinquennalis.* 2) *Luculli* vel *Lucullíani* prope Beneventum. 3) v. Fabrett. l. l. et Marini *Atti* 2. p. 616. 4) *denarios.* 5) deest: ID. Notandum maxime *Collegium Medicorum*, quale alibi haud facile reperias.

Exempla decretorum a Collegiis factorum:

4133. IMP. CAES. M. AVRELIO ‖ ANTONINO PIO AVG ‖ FELICE VI M. PETRONIO SEPTIMI‖ANO COS.[1])

X. KAL. APRIL. IN TEMPLO[2]) COLLEGI FABRVM ‖ ET CENTONARIORVM REGIENSIVM ‖ QVOD REFERENTIB. P. SAENIO MARCELLINO ET C. AVFIDIO ‖ DIALOGO QVAESTORIBVS V F[3]) ‖ TVTILIVM IVLIANVM VIRVM ET VITA ET MODESTIA ET ‖ INGENITA VERECVNDIA ORNATVM ET LIBERALEM ‖ OPORTERE COLLEGI NOSTRI PATRONVM COOPTARI. VT ‖ SIT CETERIS EXEMPLO IVDICI NOSTRI TESTIMONIVM

Q F P D E R I C[4])

SALVBRI CONSILIO TAM HONESTAM RELATIONEM A QVAESTORIB ‖ ET MAGISTRIS COLLEGI NOSTRI FACTAM ET SINGVLI ET VNI‖VERSI SENTIMVS ET IDEO EXCVSANDAM POTIVS HONESTO VIRO ‖ IVLIANO HVIVS TARDAE COGITATIONIS NOSTRAE NECESSITAT ‖ PETENDVMQ AB EO LIBEN-

TER SVSCIPIAT COLLEGI N̄ PATRONAT ‖ HONOREM TABV-LAMQVE AEREAM CVM INSCRIPTIONE HVIVS DE‖CRETI IN DOMO EIVS PONI CENSVERVNT. — Regii Lepidi. Grut. 1101, 1., correctius ap. Mur. 563, 1.

1) p. Chr. 190. 2) Idem, quod alias Schola, Curia Collegi. 3) *serba fecerunt.* male Murat. *sisum fuerit.* 4) *quod fieri placuit, de ea re ita censuerunt.*

4134. Similia decreta, nec minus verbosa, adulationisque plena exhibet Murat. 563, 2. 564, 1. Romae: — IMP. GALLIENO AVG. IIII ET VOLVSIANO COS.[1]) XV. KAL. SEPTEMBRES. SENTINI IN TRICLINI DOMVS CC.[2]) NVMERVM HABENTIBVS SEQVELLA[3]) EIVSDEM COLLEGI. IBI REFERENTIBVS CASIDIO SEVERO PATRE N̄N̄.[4]) ET HELDIO PEREGRINO PARENTE. cet.

1) p. Chr. 261. 2) Collegii Centonariorum explicat Hagenb., ut Marini *Atti* 1. p. 305. In Triclinio s. in Tricliniaris s. Tricliniaribus domus Collegii Centonariorum, vel cum convenissent. 3) plebe, vel frequentia collegiatorum debitum numerum, quo decretum fieri licebat, habente. 4) nota hic quoque *Patrem Collegi.* — Quartum decretum est Mur. 565, 1. „P. Cornelio Saeculare II. et Iulio Donato II. Cos. Kal. Iulis. Sentini cum in scola sua frequens numerus Coll. Fabr. Sentinatium convenissent numerum abeotibus (*sic*) cet." (p. Chr. 260.)

4135. C. DOMITIO DEXTRO II.[1]) L. VALERIO ‖ MESSALA THRASIA PRISCO COS[2]) ‖ VI IDVS. IANVAR ‖ IN CVRIA BASILICAE AVG. ANNIAN ‖ SCRIBVNDO ADFVERVNT. A. AQVILIVS ‖ PROCVLVS. M. CAECILIVS PVBLICIVS ‖ FABIANVS. T. HORDEONIVS. SECVND ‖ VALENTINVS. T. CAESIVS BASSIANVS.

QVOD POSTVLANTE CN. GAIO PVDENTI ‖ O. V.[3]) DE FORMA INSCRIPTION. DAN‖DA STATVAE. QVAM DENDROPHOR ‖ OCTAVIO AGATHAE. P. C. N.[4]) STATVE‖RVNT CN. PAPIRIVS SAGITTA ET P ‖ AELIVS EVDAEMON. II VIR.[5]) RETTVI‖LERVNT. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C[6]) ‖ PLACVIT VNIVERSIS HONESTISSIM ‖ CORPORIS DENDROPHORORVM IN‖SCRIPTIONEM. QVAE AD HONOREM ‖ .... DARET. QVAE ‖ .....SERTA EST. — Neapoli. Grut. 444, 2. Cfr. Maffeii *Sigl. Gr.* p. 112.

1) Integro nomine C. Calpurnius Domitius Dexter. Cfr. Fabrett. p. 203, 508. 2) p. Chr. 196. de Thrasea cfr. Lips. ad *Tac. Ann.* 16, 20. 3) *Optimo Viro.* 4) *Patrono Corporis nostri* Reines. rectius quam Blanchinius in *Gor. Dec. Rom.* Vol. 3. p. 66. *Ponendam communi nomine.* Hagenb. 5) Duumviri, utrum Coloniae, an Corporis Dendrophorum? Duumviros tamen collegiorum nusquam reperire me memini. 6) *Quod de ea re fieri placuit, de ea re ita censuerunt.*

4136. Dolendum sane DOMINICI BRICHIERII COLOMBII „de Collegiis et corporibus libros duos, quibus ministeria singula Collegiorum et corporum, iura denique ac privilegia exponebantur", nunquam publici iuris factos esse. (Cfr. Savigny *Zeitschrift* 3, 3. p. 405.) Nos Collegiorum formam breviter ex Inscriptionibus, Sponii potissimum *Misc.* p. 52. Muratoriique Class. VII. p. 511. seqq. adumbrabimus.

Maxime igitur frequens est ipsum *Collegiorum* oomeo *); *Corpora* rarios utique dicuntur Mur. 519, 2. 527, 5., ot quae in tribubus potius oiemorentur Grut. 618, 3., 1115, 8. 711, 11.; interdum etiam *Sodalicia* Mur. 523, 3. 525, 2. 984, 7. Spectant autem vel ad religiooem, ut Collegium Aesculspii et Hygiae, Isidis, Silvani, Larum et Imaginum, Herculaninm et reliqua, quae loco suo dedita opera collegimus; vel ad rem militarem, ut Collegium Germanorum Mur. 523, 4. 5. Martensium 525, 1. Veteranorum sive Marteosium 531, 8.; vel ad lodos sceoicos et fortasse ad quaedam saerificia quoque in municipiis peragenda, quo refero Cnllegia Iuvenum passim memnrata; vel deoique ad artes et opificia, quorum maxime insignia sopra recensuimus. Quin etiam Pisaurensia quaedam et Beneventaoa ad literaria quoque certamina potius, qoam studia, videntur pertiouisse.

Complures autem ob fines eiusmodi instituebantor Cnllegia: religioois ante omnia caosa, ut, qui idem vitae genus essent amplexi, iisdem quoque sacris uterentur, ludos epulasque communes celebrarent, collegii sumptibus efferrentur, et, quemadmodom multis necessitudioibus in vita iuncti erant, ita unâ tandem tumularentur. (Cfr. Murat. 517, 1. Gud. *Praef. Append.* p. 35. Grut. 427, 3. Reines. 533, 53.) Sed et alia parata eraot corporatis commoda, in quibus sportulae ex fundorum legatorumque reditibus collegii populo subiode divisae, haud infimom locum tenebant. Hinc accedit, quod ipsa haec societas quum uoiversi sodalicii iura et privilegia, tum siogulorum quaestum quotidianum et facultates, patronorum conspicuorum praesertim ope, facilius tueri poterat ab homioom praepotentium vel litigiosorum libidine atque avaritia, cui alioquio opifices teoues et obscuro loco oati cootiooo fuissent exposiiti. An vero Collegiorum rectores ac magistri eo quoque officio functi siut, ut in ordioem cogerent castigarentqoe collegiatos desidiosos et artem suam prave exercentes; an sodalicia Romae ac per provioeias Latino sermone utentes etiam sub Imperatoribos civilibus vel muoicipalibus negotiis ultro sese immiscueriot tumoltusque ioterdom excitariot, quo oomine similes Graecarum urbium ἑταιρείας tanto opere reformidabat Traianus, ons quidem nescimus, nisi qnod opportune in mentem venit *monetariorum bellum* ab Aureliano aegre sedatum (Vopisc. *Aurelian.* 38.) Liberae quidem rei publicae tempore sodalicia eam quoque propter causam suspecta fuisse et aliquoties suppressa, vel ex Cicerone abunde notum est: titulique aliquot temporarii Pompeiis nuper reperti haod obscure testaotur, per comitia saltem muoicipalia, maxima fuisse collegiorom stodia huic vel illi aedilitatis petituri faventium.

Ut autem legitime coire possent, senatus coosulto, vel Principis permisso opus erat, unde frequens illa formula, *quibus ex S. C. coire licet.* Grut. 99, 1. Mor. 472, 3. 520, 3. Quod ad religionem attinet, babent Collegia *Genium* suum Mur. 527, 6. *Annos* (518, 4.) vel *Lustra*

---

*) COLLEGIVS quoque barbare dictum sub postrema Imperii Ro. tempora bis terve invenitur. v. Marini *Atti. Prefaz.* p. XL.

(511, 4. 518, 5.) ex quo primum tempore instituta sunt, computant; locus autem, ubi conveniebat Collegiatorum (Mur. 566, 2.) *Populus* s. *Plebs* (Gud. 206. Reines. p. 589.) s. *Sequela* (Marini *Atti.* p. 305. et 505.), *Schola* plerumque dicitur (Mur. 565, 1. cet.), vel *Curia* Grut. 18, 2. 471, 5. Interdum in domo quoque privata coibant (Gudius 207, 1. Oderic. p. 67. Marini p. 677.) epulandi potissimum causa.

Collegiatorum vero numerus vel indefinitus erat, vel definitus, veluti Collegio Aesculapio et Hygiae ne plures adlegerentur, quam sexaginta, testamento caverat Marcellina, et Plinius *Epp.* 10, 42. *Tu, Domine, dispice*, inquit, *an instituendum putes Collegium fabrorum, dumtaxat hominum CL.* Divisa autem erant in *decurias* et *centurias* Fabrett. 73, 72. Marini p. 174. Mur. 518, 4. Besutii in agro Mediolanensi:

4137. BERICAI CENIONI VALENTINI PONTIF. DECVRIA II. IX. DIII M. MACRINI ‖ VALERIANI CENTVRIA XII ‖ L. SCRIPONI PETRONIANI ‖ DECVRIA PR. LXXXIII ‖ SALVI VITALIS SECVNDI ‖ CENTVRIA PR ‖ CVRATORIB. AN. III. COLL. FABR. ET CENTO ‖ CARI. ANN. CXXXVII ‖ CONCORDIAI EORVM ‖ L. PARIVS HER..S. „Ad marmor hoc intelligendum conferenda sunt alia duo collegiorum Mediolanensium memoriam habentia, Fabrettianum p. 73, 72. et Gruterianum 477, 1. Ex utroque videbis τὸ CARI seu CAARI, quod Muratorium misere torsit, de Caristanis accipi non debere. Legendum enim est C. A. A. M., de quibus Coloniae Mediolanensis epithetis v. ipsum Mur. 1067, 4. (Col. Aeliae Augustae Med.) Rein. p. 1026, 28. habet CAAI unde Ç. A. A. F.(*elicis*) posset fieri, tacito Mediolani ipsius nomine. Ob collegia in centurias et decurias divisa ad Fabr. 73, 72. provocat ipse Mur. p. 522. Initio tento legere HONORI GENIO vel HONORI ET GENIO Iulii Valentini. Audaciam excusabunt duo saxa iam citata, formulam Genio et Honori in initio quoque sistentia. Hagenb. Mss.

Alia iam divisio est in *Immunes* (*receptos in Coll. Fabrûm*) Mur. 518, 1. et *Corporatos* 519, 2. s. *Incorporatos* Reines. 621, 36. Illi quidem honorarii erant *Collegae* Mur. 525, 3. vel gratis et sine oneribus *recepti* s. *adlecti;* hi artes ipsas, quas collegia singula nomine prae se ferebant, exercebant.

In tota autem Collegii forma constituenda, ut consentaneum erat, imitabantur municipia: unde dignitates in illis memoratae in titulis rursus distinguuntur in honorarias et cum munere coniunctas. Prius quidem ad genus referuntur:

1) *Patronus Collegii* Mur. 517, 2. In albo Collegii Fabrûm Iliciensium 522, 1. Patroni recensentur XV., in quibus maxime sunt conspicui, *Numisius Tacitus Pater Collegi.* *Bisellearius* et post alios in fine tabulae *Aurelius Glycerius Bisell. Dendrophor.*, unde discimus, *bisellii* honorem non solum magistratibus municipalibus, (Mur. 544, 1.) sed etiam Patronis s. Patribus collegiorum quandoque obtigisse. *Patroni Quinquennales* produnt quidem ex Mur. 543, 4.; sed praestat, ut opinor,

distinguere: tum *Patroni*, tum (Magistri) *Quinquennales*. — *Patronus et Defensor* Gud. 207, 11. in lapide suspecto, qui STVPPATORVM collegium, alias inauditum exhibet. De Grut. 12, 8. dubius haereo:

4138. I. O. M ‖ PRO SALVTE ‖ CL. POMPEIVS ‖ FAVSTVS. DEC ‖ COL. AQ.[1]) AEDIL ‖ II VIRAL. PRAEF ‖ COLL. FABR. ITEM‖QVE PATRONVS ‖ DVXIT.[2]) COLL. SS ‖ INAMBVLATI ‖ V. KAL. AVG. — Budae.

1) Aquinci. 2) leguot Scalig. et Gud. DVX: ITem COLLegii *Supra Scripti* inambulati. Sed inauditus est *Dux Collegii*, nec adv. *item* sic postponitur in lapp., nec *Collegium inambulatum* quid sibi velit, intelligo. Quidni longe facilius ita interpretemur: recuperata salute Cl. Pompeius Faustus cet. *duxit collegium supraescriptum in ambulationem*, pompam sollemnem cum epulo, puto, coniunctam *V. Kal. Aug.*? — Denique notandus *Patronus trium collegiorum*. Mur. 564, 1.

2) *Patrona Collegii* Mur. 517, 3. alibi *Mater collegii* 518, 2. 522, 1. Mariui *Atti* p. 94, b. *Fratres* quoque, *Sorores*, *Filios filiasque* collegiorum agnoscit.

Ad munera deinde et curationes pertinent sequentia:

1) *Rector tam Decurionum quam etiam Collegiorum omnium*. Auxani. Mur. 566, 1.

2) Alibi v. c. Ravennae, Perusiae: *Praefectus*. Mur. 10, 1. 520, 1. 1116, 6.

3) Alibi *Magister*: v. c. *Magister quartum* Mur. 531, 5. *Magister quinquennalis*. 511, 1. *Quinquennalis* simpliciter 2015, 7. Denique *Quinquennalis perpetuus*. Gud. 206. Mur. 515, 5.

4) *Mag. et Q.* i. e. *Quaestor*. Mur. 523, 3.

5) *Arcarius*. Maffei *Mus. Ver.* 256, 4.

6) *Curator*. Mur. 102, 1. 516, 6. 526, 2.

7) *Procurator*. Mur. 513, 3. 528, 5.

8) *Adiutores*. *Procuratores Corporis*. Don. 527, 52., e schedis Vaticanis suspectis.

9) *Decuriones*. Mur. 516, 3. Fabrett. 73, 72. Reines. p. 597, 3. Singularia sunt, vel corrupta et ex parte suspecta:

10) *Censor sigillorum Collegii Ligniferorum*. Colocsae. Mur. 2016, 2.

11) *Curatores Instrumenti Veronaes ex Colleg. Fabrûm*. Gud. 205, 1.

12) *Duumvir Collegii Siliginariorum*. Reines. Cl. 1, 254.

13) *Collegii IIII Vir. Quinq.* in saxo Ligoriano. Gud. 27, 4.

14) *Repunctor Collegiorum Fabrûm et Centonar.* Mur. 1067, 4., corruptum est pro *restitutore*. HAGENB.

Servos denique habebant Collegia; igitur et *libertos*.

Ceterum COLLEGIVM CALENDARIORVM, de quo mira narrant Lipenius in *Strenarum historia* p. 519. *Thes. Antiq. Graev. T.* 12., et Hase in Ebert *Ueberlieferungen* 2, 1. p. 57., nunquam exstitit. Nititur enim una inscr. Hispaniensi manifesto commenticia.

CAPVT XVIII.

ARTES ET OPIFICIA.

4139. L. ACCAVO L. L ‖ PHILEROTI ACV‖ARIO [1]) LOLLIA Ɔ. L ‖ FAVSTA POSÎT. — Pentomae. Mur. 935, 4.

1) Acuarii, acuum confectores, qui interdum memorantur, v. c. Fabrett. p. 308, 315. sunt potius AQVARII, servi. v. Mur. l. l.

4140. L. FVRIVS Ɔ. L ‖ OPTATVS ‖ AERARIVS ‖ SIBI ET PAPIRIAE ‖ PRIMAE. VXORI ‖ FVRIAE CLAR. FIL. — Placentiae. Grut. 1117, 3.

4141. IVNANO MARITO ‖ OPTIMO DE SE BENE M ‖ ONOMASTE CONIVX ‖ FECIT. VIX. AN. $\overline{XL}$ ‖ D. $\overline{VII}$. ACTORI ET ‖ AGRICOLAE OPTIMO. — Velitris. Grut. 1118, 4.

4142. C. ATEIO PHILADELPHO ‖ ALBARIO ‖ IN. FR. P. $\overline{XX}$. IN. AG. P. $\overline{XX}$. — Romae. Grut. 642, 11.

4143. C. LVCIVS PHILOMVSVS ‖ AMPVLLARIVS ‖ FRVGI. [1]) HIC EST ‖ SEPVLTVS. — Narbone. Grut. 643, 10.

1) Cfr. 645, 6. laudis est epitheton, *homo frugi*, non infrequens in lapp. Gallicanis.

4144. V. LOC. F. [1]) Q. MVS. L. Q. L [2]) ‖ PRIMI. ANVLARÎ ‖ IN FR. P. XIIII. IN AG. P. $\overline{XIIII}$. — Placentiae. Mur. 965, 6.

1] Vivus locum fecit. 2) Mur. ind. nom. Q. Mussius *Lucii Quinti* Lib. Primus. Non damno. Vereor tamen ne L. pro I sit exscriptum, inque lap. fuerit Q. MVSÎ. *Quinti Liberti* cet. Mussie gens frequentissime legitur, sed et Musiam olim fuisse Musidia docet in Grutero. Hegenb. *Ep. epigr.* p. 95. *Conlegium Anularium* habet. Mur. 2015, 5. id.

4145. L. VITRVVIVS. L. L. CERDO ‖ ARCHITECTVS. — Veronae sub arcn Gaviorum. Spuriam quidam iudicaverunt; defendit Maffei Art. Cr. L. p. 197. „neque tamen Vitruvius noster celeber ille de Architectura auctor est; ille *Pollio;* hic *Cerdo;* ingenuus ille, hic libertus." Id.

4146. ANTIGONVS GERMANICI ‖ CAESARIS ‖ ARGENTARIVS ‖ VIXIT AN. $\overline{XLII}$ ‖ AMIANTVS GERMANIC ‖ CAESAR. CAELATOR ‖ FECIT. — Romae. Grut. 583, 5. In hoc et similibus significatur libertus, qui post manumissionem vel argentarii vel caelatoris artem exercuerit. Perperam haec quoque Gruterus ad officia domus Augustae retulit. De argentariis, vasculariis v. Marini *Atti* 1. p. 249.

4147. D. M ‖ T. CLAVDIVS PHAEDE F [1]) ‖ ARGENTARIVS VASCVLARIVS ‖ FECIT SIBI ET LIBERTIS LIBERTABVS‖QVE ET ALVMNIS [2]) SVIS POSTE‖RISQVE EORVM. HOC MONVMENTVM ‖ HEREDEM FVTERVM [3]) NON SEQVATVR. — Romae. Mur. 945, 5.

1) l. PHAEDER Hag. 2) Horum rara mentio in sepulcralibus; nec tamen inde cum Muratorio in Ind. XII. fecerim *alumnos argentarios* quasi *Lehrjunges*, *garçons apprentis*. Hi enim *discentes* vocabantur: sed sunt ϑρεπτοί, ut alibi. Or. 3) l. EXTERVM, non FVTVRVM. Hagenb.

4148. MARCIA T. F. SEVERA ‖ AVRARIA ET MARGARITARIA ‖ DE VIA SACRA. LEGAVIT CODICILLIS ‖ TESTAMENTI ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS ‖ POSTERISQVE EORVM. — Romae. Don. p. 319, 13. Mur. 964, 1.

4149.

M. CAEDICIVS IVCVNDVS	CLODIA CYPARE
AVRIFEX DE	DVLCISSIMA SOROR
SACRA VIA. VIX. A. $\overline{XXX}$.	CAEDICIAES PRISCES. —

Romae. Grut. 638, 7. v. Walch *Xen.* p. 60. *Aurufex.* Grut. 639, 1.

4150. DIS. MANIBVS ‖ SACRVM ‖ P. AELIO ZENONI ‖ AVTOMATARIO ‖ KLEPSYDRARIO ‖ AELIA FORTVNATA ‖ CONIVGI ‖ BENE MERENTI ‖ FECIT. — Tibure. Donius p. 517, 9. v. Burm. *Sueton.* T. 1. p. 709. Grut. 636, 7. bis habet AVROMATARIVS pro Automatarius.

4151.

M. SERGIVS M. L.	M. SERGIO M. L.
EVTYCHVS	PHILOCALO
AXEARIVS [1]) SIBI ET	AXEARIO PATRON. —

Florentiae. Mur. 977, 7.

1) Axiam s. asserum negotiator vel fabricator.

4152. D. M ‖ PLAETORIAE ‖ AVGENI [1]) CONIVGI ‖ B. M. Q. V. A. $\overline{XXIX}$ ‖ FECIT ‖ HERMES BARBARICARIS [2]) ‖ MINISTRATOR L. [3]) — Romae. Vignolii *Inscr. Sel.* p. 303, 1. Mur. 971, 5. Gud. 282, 8.

1) Ita Gud. αὐτόπτης. Vignolius, alter αὐτόπτης, et Mur. *Augeni;* sed illud praestat a nom. *Auga*. 2) Ita Vignol. Gud. BARBARICARI, quod is separandum putabat *Barbari Cari* (nom. propr.) Mur. BARBARICARIVS, quod, ut artis nomen satis defenditur iis quae ad Gud. dant Kool et Hessel ex Ducangio. v. etiam Forcell. in h. v. 3) *Libertus*, non *quinquaginta* sc. ollas, ut volebat Vignolius.

4153. C. FVLCINIVS C. L ‖ HERMEROS ‖ BRACTEARIVS ‖ FVLVIA MELEMA ‖ VIXIT ANNIS XXXXVIII ‖ BRACTEARIA. — Romae. Mur. 954, 10.

4154. M. VLPIVS AVG. LIB ‖ DIONYSIVS ‖ BYBLIOPOLA ‖ F. S. ET S. — Sine loco. Fabrett. p. 717, 386. Alium bibliopolam, sed Ligorianum habes Mur. 943, 2.

4155. D. M ‖ DECIMIORVM FAVSTI ‖ ET FORTVNATI CABATORES ‖ DE VIA SACRA FECERVNT ‖ SIBI ET LIBERTIS LIBERTA‖BVSQVE. POSTERISQVE EOR‖VM. — Romae. Grut. 622, 1. v. Gud. et Walch. *Xen.* p. 60.

4156. D. M ‖ L. FVRIVS L. L. DIOMEDES ‖ CAELATOR DE SACRA VIA ‖ CORNELIAE L. L. TERTVLLAE ‖ VXORI. — Romae. Grut. 639, 11. Caelatura Clodiana. ib. ib. 12. Caelator anaglyptarius in marm. corrupto Hispaniensi. Mur. 981, 9.

4157. D. M ‖ FL. AQVILIO ‖ HEDONI ‖ CANDELABRARIO. VIXIT. AN. XXXIII ‖ MENS. IV. D. X. — Florentiae. Gor. *Etr.* 3. p. 130, 141.

4158. VIVONT ‖ L. OPPIO QVINTO ‖ CAPISTRARIO[1] ‖ MALIAE CARAE CONTVBER. PER ANNO...[2] ‖ SINE IVRGIO VIVONT. — Narbone Martio. de Schmidt *Opusc.* p. 398.

1) voc. *Capistrarius* addendum lexicis etiam post Furlanetti Append. Forc. 2) per annos multos. Schmidt.

4159. .... IIIIVIR. AVG ‖ L. VALERIO VOL ‖ PHILVMENO ‖ CARTARIO. — Nemausi. Grut. 480, 1.

4160. C. IVLIVS	C. IVLIVS FELIX
ANTIOCHVS	FABER TIGN.
CASSIDARIVS	COLLEGI. DEND. —

Romae. Mur. 959, 5. De cassidariis cfr. Marini *Atti* 1. p. 231.

4161. DIS MANIBVS ‖ LVCRETIA DAPHNE ‖ DE SVO FECIT SIBI ET ‖ L. PIARIO CERDONI ‖ CONTVBERNALI ‖ SVO CARISSIMO ‖ DE SE BENEMERENTI. — Romae. Grut. 648, 10. *Cerdo* tamen in 648, 9, 10. 11. 12. 1117, 7., non artis nomen, sed ut alibi saepe cognomen potius est. v. idem monentem Maffeium *Oss. lett.* T. 2. p. 313. Hagenb. Idem valet de nom. CHIRVRGVS. ap. Mur. 969, 9. T. Peticius L. F. Chirurgus.

4162. D MA ‖ RESPECTIO ‖ GRATIANO ‖ CILICIARIO ‖ CATIOLA ‖ CONIVX ‖ P. C. — Metis. Grut. 618, 6.

4163. L. TAMPIVS L. F. PECCIO ‖ CISIAR.[1] VIVOS FECIT SIBI ET ‖ MAXIMAE OPPIAE C. F ‖ VXORI ET Q. OPPIO C. F ‖ VIVIT. — In agro Senogalliensi. Mur. 979, 6.

1) *Cisiarius*, qui *cisia* conficit.

4164. VIVONT ‖ L. CERVIVS L. L ‖ ZETVS. CLAVAR ‖ MATERIAR.[1]) SIBI ET ‖ NOTAE LIBERT ‖ IVCVNDA L. FRVGI ‖ IN AGRVM PED... — Narbone. Maffei *Ant. Gall.* p. 75, 1. Mur. 944, 1.

1) qui clavos ligneos conficit.

4165. M. FVFICIVS M. L. EROS ‖ COCVS[1]) ‖ V.[2]) FVFICIA M. L. CHARIS ‖ CONLIBERTA. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 610.

1) fortasse, antequam foret manumissus. 2) Vivit. v. Viva. — In *Cod. Theodos.* L. 7, 13, 8. p. 521. *Ed. Hugo:* coci et pistores, velut minus honesti prohibentur militia, una cum famosarum ministeriis tabernarum.

4166. COCO OPTIMO ‖ HALICIVS ‖ COCO OPTIMO MARCIO IAVSIO ‖ LIBERTO SEVIR ‖ AVG. DENDROFORO ‖ ALBENSI ET TROM‖PHIMAE MATRI. — Albae. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 213.

4167. LOCVS FORTVNATI CONFECTORARI. — Romae. Mur. 954, 5. Christianus est titulus. Mur. *confectorarios* hic et ap. Grut. 361, 5. (*Corpus suariorum et confecturariorum*) Scaligero praeeunte explicat confectores, mactatores porcorum.

4168. V. F ‖ AVE ALCIME BENE TIBI SIT ‖ D. M C. ‖ IVLIO ALCIMO RAVENNATI ‖ CONPARATOR. MERCIS ‖ SVTORIAE ET VIRIAE ‖ MARCELL. CONIVGI OPTI‖MAE ET HERMIAE[1]) LIB. ET ‖ CAETERIS LIBERTIS LIBERT‖ABVS. QVE MEIS ‖ ET VIRIAE MARCELLAE[2]) ‖ H. M. H. N. S. — Mediolani. Grut. 649, 2. (Mur. 959, 4., minus correcte.)

1) Sic Smetius 168, 14. Grut. *Herminiae.* 2) Deleri haec iubet Zachar. *Exc. litt.* p. 82.

4169. P. PO‖MPO‖NIVS ANTE‖ROS ‖ COPO.[1]) — Mutinae. Grut. 646, 7.

1) Caupo, ut saepe Codd. Mss.

4170. L. GALLIO L. F. IANVARIO ‖ VIX. AN. LXI ‖ CLEOMENES CORIARIVS ‖ SVBACTARIVS. AM.[1]) B. M. CVR. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 273, 3.

1) amico.

4171. P. MARCIVS P. L. CHARID ‖ CORONARIVS. HEIC ‖ SITVS EST ‖ VIX. AN. XXII. M. III. D. VI. — Formiis. Grut. 651, 7.

4172. REMNIAE ‖ PRIMIGENIAE ‖ CORONARIAE ‖ IN AG. P. VI. — In agro Florentino. Mur. 974, 3.; cum hac confer:

4173. D. M	D. M.
CORNELIA A. L.[1])	ACHILLES GALL. A. L.
ACTE COROLLARIA	A RATIONIBVS PATRIMO. —

Pisauri. Oliv. Marm. Pisaur. p. 62, 152. Mur. 999, 8.

1) Siglae A. L. hic non quod vulgo solent *Auli Libertam*, sed Augustae significare

mihi videntur; puto Corneliae Saloninae, uxoris Gallieni, quia parte sinisteriore est Gallieni *Augusti Libertus*. cfr. Mur. 991, 2.

4174. °M. MANNEIVS M. L. APPELLA CVLLEARIVS cet. Fabrett. p. 152, 222., e schedis Barberinis plures propter rationes suspectissimus est.

4175. Q. TIBVRTĪ. Q. L ‖ MENOLANI ‖ CVLTRARĪ. OSSA ‖ HEIC SITA SVNT. — Capuae. Grut. 640, 11.

4176. D. M ‖ EVGENIAE ‖ FILIAE DEFVNCTAE IVLIVS VICTOR CVPARIVS ‖ ET SACCARIVS. ET ‖ ACCEPTINAE. CONIVGI. ET. FLORENTIO ‖ FILIO. VIVIS VIVS (*sic*) ‖ FECIT. — Treviris. Huepsch p. 52, 27.

4177. D. M. S ‖ L. CORNELIO ‖ CAMPESTRO ‖ CVPARIO ‖ CLAVDIA IAPAEZVSA VXOR ‖ VI... XXV. — Catanae. Donati 2. p. 595, 12. Torremuzza p. 62. V.

4178. T. FLAVIO AVG. LIBERTO ‖ EPAPHRODITO ‖ CYRNEARIO[1]) A VIC. PVB ‖ FLAVIA AVG. LIBERTA ‖ TYCHE MAR. OLL. D. — In Via Ostiensi. Grut. 643, 2.

1) a cirneis, irneis vel hirneis, quae sunt vasa potoria. Reines. p. 604. (?)

4179. D. M ‖ L. VIRIO LIBERALI ‖ DOMITORI ‖ T. VIRIVS ‖ PROCLVS ‖ PATRI ‖ DE SE ‖ B. M ‖ FECIT. — Romae. Grut. 1118, 5. Ut ineditum dat Mur. 1286, 5., omisso v. 4. *domitori*. Hagenb.

4180. P. CLODIVS A. ET CLODIAE L. BROMIVS EBORARIVS ‖ CVRIATIA AMMIA CONCVBINA MEI AMANTISSIMA ‖ HILARO P. ET CVRIATIAE DELICIAE ‖ P. CLODIVS P. ET CVRIATIAE L. P. CLODIVS P. ET. CVRIATIAE L ‖ RVFIO ANTEROS ‖ P. CLODĪ. P. L. HERACLIDA SVAVIS CVRIATIAE L. — Romae. Grut. 640, 8.

4181. LVCRINÁE IVCVNDÁE ‖ P. LVCRINIVS P. L. THALAMVS ‖ Á CORINTHĪS. FABÈR ‖ LOC. EMP. EST. ° ψ M̄. ARGENT.[1]) SIBI ET SV.[2]) POS. — Romae. Grut. 639, 8. Marini *Atti* p. 712., eadem misere corrupta ap. Mur. 930, 10.

1) denariis mille argenti. 2) suis. Pro EMP. Marini habet ENT.

4182. M. AVIDIVS M. L. AESOPVS SIBI ET ‖ AVIDIAE M. L. ZOSIMAE CONIVGI
FABR. (*Imago Fabri cum securi ad tabulam stantis*) INTESTIN.
H. M. S. S. E. H. H. N. S.[1]) — Capuae. Mur. 939, 7. Cfr. 929, 6. Fabri intestinarii, secundum Budaeum, ex ligno opera conficiebant minutioris artificii, quibus tantum locus est intra aedes. v. Mur. cet.

1) Hoc monumentum sive sepulcrum exteros herades non sequitur.

4183. V. L. HOSTILIVS L. L. AMPHIO ‖ FABER LECTARIVS ‖ AB CLOCA (*sic*) MAXIMA SIBI ET ‖ Θ. L. HOSTILIO PAMPHILO PATRONO ET ‖ HOSTILIAE BASSAE CONLIBERTAE ‖ VIX. A. XXXV. ET SVIS. — Romae. Mur. 956, 7.

4184. M. AELIVS ‖ APOLLONIVS ‖ FABER TIGNVARIVS ‖ MAG. IN FAM. PRAEF. DEC[1]) ‖ VIXIT AN. LX. — Romae. Mur. 936, 9. Oderic. p. 148.

1) Magister in familia, Praefectus Decariae. Cfr. Mur. 947, 8.

4185. DIS. MANIBVS ‖ L. LICINIO L. F. STATORIANO ‖ C. LICINIVS L. L. PATROCLVS ‖ FABER OCVLARIARIVS[1]) ‖ FRAT. CARISS. F. — Romae. Grut. 645, 1.

1) v. Reines. p. 632. qui explicat *Brillenmacher*, *fabbricatore d'occhiali*, sed HAGENB.: qui oculos argenteos statuis inserendos facit. Cfr. Spon p. 232, 4. Infra N. 4224.

4186. MAVRENCIVS.[1]) FABRICENSIS ‖ VNA CVM CONCORDIA ‖ VXORE SVA. SARCOFAGVM ‖ VIVI SIBI ORDINAVERVNT. — Spalati. Donati 2. p. 320, 8.

1) lege *Marcus Aurencius*. id.

4187. V. L. STATILIO. NESIMI[1]) ‖ FAENARI[2]) ‖ DOMITIA SP. F. MAXIMA. — Puteolis. Gud. 332, 5.

1) l. Statil. Onesimi HAG. 2) Collegium Faenariorum est ap. Grut. 175, 9.

4188. D. M ‖ PRIMIONIS ‖ FERRARIAR[1]) ‖ VITALIS CONTVBER. — Nemausi. Mur. 972, 10.

1) ministri ferrariae s. ferrifodinae.

4189. CASATO. CARATIO ‖ FICTILIARIO. FELICI P. C. — Grut. 643, 1. Cfr. Schoepflin. *Alsat.* 1. p. 527.

4190. MEMORIAE ‖ C. LVTATI ‖ C. F. PANSIAN ‖ FIGVLI AB ‖ IMBR.[1]) V. A ‖ XXXXIX. M. I ‖ IN F. P. XII. S[2]) ‖ IN A. P. XII. S. — Ferrariae. Mur. 963, 2.

1) ab imbricibus. 2) Semis.

4191. D. M ‖ AGATOBOLVS. F.[1]) L. PYRRHVS ‖ FIGVLVS. SIGILLATOR.[2]) — Pisauri. Marm. Pis. p. 63. CLIV. Mur. 936, 2.

1) Fausti. 2) Sigillorum fictor: ut *Hercules fictilis* Martialis *Apoph.* 178.

4192. D. M ‖ SELLIAE NICES ‖ VIX. ANN. XXXV ‖ MENS. VI. DIEB. XXI ‖ C. SELLIVS ONESIMVS ‖ FLATVRAR. DE VIA. SAC ‖ CONIVGI B. M. F. — Romae. Grut. 638, 5. Don. p. 329, 61. Mur. 976, 7. Walch. *Xen.* p. 58.

4193. L. VILONIVS	VILONIA
L. ET D. L.	L. ET D. L.
L. TYIRIVS.[1])	QVINTA
FLATVRARIVS	VIX. A. XXV.

DE SACRA VIA A. L | L. VILONIVS SPENDO V. A. VII. V. S. —
Romae. Mur. 983, 5.

1) an TITYRVS? Haoens.

4194. Anagnini. Foen(*eratores*) in lap. fracto Septimio Severo dicato ap. Grut. 264, 2., nisi potius sunt *Faenarii.*

4195. L. CANIDIVS. EVELPISTVS ‖ GENIARIVS. POS. AED. CAST[1]) ‖ FECIT L. CANIDIO PRISCO ‖ PATRONO SVO. INDVLGENTISS. — Romae. Don. p. 453, 12. Mur. 943, 4.

1) geniarius, qui geniorum simulacra conficiebat. Alium geniarium post aedem Castoris exhibet Grut. 25, 1. Gor. ad Don. l. l.

4196. MEVIAE MODESTAE ‖ FILIAE PIENTISSIMAE QVAE ‖ VIXIT ANNIS XIX ‖ MENSIBVS X. DIEB ‖ XXIIX. HOR. VII. L. MEVIVS ‖ DEC.[1]) GERVLVS TYCHIICVS[2]) PATER FECIT ‖ IN TITVLO. — Romae. Grut. 696, 4. Don. p. 148, 50. Mur. 958, 2.

1) Decurialis; v. Grut. 1009, 12. 2) Observa inter nomen et cognomen interponi officium. v. Fabrett. p. 300, b. H. Haoens.

4197. L. MARCLEIVS. L. L ‖ PHILARGVRVS (*sic*) ‖ GLADIARIVS. — In Albe. Cardinali *Iscriz. inedite* p. 60, 381.

4198.
P. CLODIVS. P. L METRODORVS GLVTINARIVS | CLODIA. P. L. PHILARGYRIS CONCVBINA ANNIA. M. L. DIONYSIA. | P. RVTILIVS. P. L AMPHIO \
„Iscrizione di bellissimo carattere già nell' architrave d'una camera sepolcrale presso la porta di S. Giovanni di Roma. Glutinator *si ha in* Grut. 594, 6., *qui vi ha anche il* Glutinarius." Haec mihi Io. Labus, V. Cl. *Glutinarius* distinguendus videtur a *glutinatore;* ut sit is, qui gluten conficit, *Leimsieder.*

4199. A. AEMILIVS A. L ‖ NICEPOR. HARVNDINARIVS.[1]) — Romae. Reines. p. 617, 27. Gorii Xenia p. 14. XVII.

1) arundinum viscatarum usus in aucupio, hamatarum in piscatura. Arundinea interdum quoque calami scriptorii, sed usu vocabuli magis poëtico. Arundinarius igitur qui arundines vel viscatas, vel hamatas venumdat. Haoens.

4200. PASCASIVS ORTOLANVS ‖ ID. IVLIAS DECI.[1]) V. C. COS. — Romae. Mur. 420, 5.

1) p. Chr. 529. *Supra Hortou* est Fabrett. 40, 214.

4201. PHILOMVSVS ‖ TERI[1]) L. INAVR.[2]) — Romae. Mur. 971, 1.

1) corruptum videtur. 2) Inaurator.

4202. ADIECTO ‖ SEX. AVIDI ‖ EVTYCHI ‖ SEPLASIAR ‖ NEGOTIANTIS ‖ SER. INSTITOR ‖ COMMVNIS .. ‖ AMIICO B. M. — Florentiae. Mur. 935, 7.

4203. FAVSTVS POPILLIVS ‖ INSTITOR VNGVENT. — Romae. Grut. 636, 8.

4204. C. IANVARINVS ‖ SEXTVS ‖ INTERPRES ‖ VIVOS SIBI ‖ FECIT. — In vico Rummel agri Silvaeducensis. Mur. 957, 2.

4205. T. CLOELIO ‖ NARCISSO LANARIO ‖ DE VICO CAESERIS (*sic*) ‖ MARCIA PRISCA ‖ VXOR FECIT. — Florentiae. Gori *Etr.* 1. p. 137, 26., correctius quam apud Murat. 1096, 4.

4206. D. M ‖ BALLONIAE ‖ LIVITTIANAE ‖ M. BALLONIVS ‖ M. L. LARIS‖CVS LANARIVS ‖ COACTILIARIVS [1] ‖ CONIVGI CARISSI‖MAE B. M. FEC. — Romae. Grut. 648, 4.

1) Idem qui in lap. Brix. Grut. 648, 3., *lanarius coactor.* πιλοποιός. Coctiliarius contra, coctorum lignorum negotiator. v. Scalig. *ad Euseb.* p. 227., qui tamen in nostro lap. errorem commisit.

4207. ACCEPTO CHIAE SERVO ‖ LANARI. PECTINART [1] ‖ SODALES POSVERE. — Brixiae. Grut. 648, 2.

1) qui lanas pectunt.

4208. D SALVSTIO AC‖CEPTO OPIFICES ‖ LAPIDARI ‖ OB SEPVLTVRAM ‖ EIVS. — Vasione. Mur. 975, 9.

4209. VIBIA L. L. CHRESTA MON ‖ FECIT SIBI ET SVIS ET C. RVSTIO ‖ C. L. THALASSO FILIO ET VIBIAE ‖ D. L. CALYBENI LIBER‖TAE LENAE ‖ ABS [1] ASSE QVAESITVM ‖ LVCRO SVO SINE ‖ FRAVDE ALIORVM H. M. H. N. S. — Beneventi. Grut. 652, 1. De Vita *Inscriptt.* p. 54, 115.

1) Sic de Vita. Grut. *ab.*

4210. P. CORNELIVS CELADVS ‖ LIBRARIVS AB EXTR. PORTA ‖ TRIGEMINA. VIX. ANN. XXVI. — Nunc Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 130, 5. Mur. 948, 5.

4211. CN. POMPEIVS ‖ PHRIXVS ‖ DOCTOR LIBRARIVS DE ‖ SACRA VIA ‖ FECIT SIBI ET. LIB ‖ LIBERTABVSQVE ‖ POSTERISQ. EORVM. — Romae. Reines. p. 650, 125. Qoid significet *doctor librarius* (nisi ludibrium est fraudulenti hominis) nec Reines. neque Hagenb. exputare potuerunt. Forsitan qui librarios *καλλιγραφίαν* cet. docet.

4212. *Scribae Librarii.* reperiuntur *forenses:* velut. Librarius *Praefecti* Iuri dicundo. *militares:* librarius legionis, centuriae. Inter *artifices* ingenui v. c.: L. VOLVSIO AEGIALEO ‖ SYRILLO LIBRAR ‖ ROGATV VOLVSIAE ‖ EROTIDIS. — Romae. Fabrett. p. 214, 541. Alii inter servos: DIONYSIAE ‖ TI. CAESARIS AVG ‖ ORNATRICI. MTERN ‖ POSVIT ‖ TERTIVS LIBRARIVS ET ANTA CONSERVI. — Romae. Fabr. p. 213, 540. *Libraria* contra idem est quod *Lanipenda* (Reines. XI. 38.) partiendis pensis praefecta. (Iuven. 6, 475.) v. c. Memphis Pompeiae *librariae* V. A. XX. Fabrett.

p. 211, 547. SCR*iba Libraria* est Grut. 594, 3., ubi tamen leg. SER*va* Libraria.

4213. * DIS. MANIBVS ‖ M. ANTONIO M. LIB ‖ APOLLONIO ‖ LIMBOLARIO ‖ M. ANTONIVS M. L. PATROCLVS SOL.ARIVS AMIC. OPTIM. P. — Sine loco. Doni p. 322, 27., ex schedis Vaticanis. Murat. 937, 8. Mihi conficta videtur a Ligorio, qui rarum limbolarii opificium ex Plauto (*Aul.* 3, 5, 45.) in lapides transferre gestiret. Etiam nimis elegantia illa nomina Apollonii et Patrocli fraudem produnt.

4214. C. CASSIVS ‖ SOPATER LINARIVS ‖ SIBI ET CASSIAE C. L ‖ DOMESTICAE LINAR ‖ PATRONAE ET ‖ CASSIAE SVAVI L ‖ ET CVSSIAD.[1]) PRIMIGENĪ. L. — Mediolani. Grut. 649, 3.

1) *Cusaioe* schedae Cantorii.

4215. MANIBVS ‖ REBVRRĪ VIRILIS ‖ LINTEARĪ. — Nemausi. Mur. 973, 12. Alios *lintearios* dat Marini *Atti* 1. p. 346.

4216. C. BAEBIO MVSAEO ‖ MACHINATORI ‖ C. BAEBIVS SYMBICES[1]) ‖ FRATRI ET CONLIBERTO ‖ MERITISSIMO. — Romae. Grut. 642, 4.

1) al. SYMBIOTES.

4217. P. CLAVDIVS P. F ‖ IVSTVS MANCIPS (*sic*) ‖ OFFICINARVM ‖ AERARIARVM ‖ QVINQVAE (*sic*) ‖ ITEM FLATVRAE ‖ ARGENTARIAE. — Loco incerto, ex Brummero dat Conradi *Scripta min.* T. 1. p. 200.

4218. IVLIA SCHOLE FECIT SIBI ET ‖ C. ASPANIO CLYMENO ‖ VIRO SVO. MARGARITARIO ET ‖ T. CLAVDIO ARCHELAO ET ‖ LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE EORVM ‖ ET A. COTTIO. EVNOMO. H. M. H. N. S. — Romae. Grut. 1116, 9.

4219. IMP. CAES. M. AVREL. COMMODO ‖ ANTONINO AVG. PIO. P. P ‖ IIVIR. QVINQVEN ‖ FL. PHANEAS[1]) MARMORARIVS. — Neapoli. Grut. 1085, 7.

1) al. Pytheas. Φανέας est ap. Murat. 559, 2.

4220. IOVI ET NEMAVS ‖ TITVLVS[1]) HERM. EXACTOR OPER ‖ ...LICAE MARMO‖RARIVS ET LAPI‖DARIVS. — Nemausi. Mur. 2015, 5.

1) Quid de TITVLVS fiat, dubius sum, neque quidquam iuvant indices Muratoriani. Si appellative capias *Iovi et Nemauso titulus* sacratus, quem sacravit *Hermes* cet. peregrinum quid durumque sentio. TITVLLVS frequens Nemausi cognomen: quod hic uno L puto sculptum (v. Rein. V. 14. p. 362.) Neque tamen bene coëunt cognomina de uno homine TITVLLVS HERMES; quare accipio de duobus: TITVLLVS et HERMes Exactores Operae publicae, Marmorarius et Lapidarius: scil. Titullum fuisse marmorarium, Hermen autem vel Hermetem lapidarium. Hagen. Quod ad nomina attinet, facit huc alius titulus Nemausensis ap. Millin *Voyage* 4. p. 246.

4221. D. M.

TITIAE T. FIL.	SEXTIAE SEX F.	M. LI...
TITVLLAE	CARISIAE	HE...
SOCRAE	VXORI	

M. LICINIVS HERMES V. P.

Opera publica recte se habet. Cfr. Grut. 624, 6., *ab opera publica* scil. servus. Eo tamen propendeo, ut de uno Titullo Hermete sermonem esse censeam. Or.

4222. *ΣΤΗΛΑΙ*	TITVLI
ΕΝΘΑΔΕ	HEIC
ΓΥΠΟΥΝΤΑΙΚΑΙ	ORDINANTVR ET
ΧΑΡΑΣΣΟΝΤΑΙ	SCVLPVNTVR
ΝΑΟΙΣΙΕΘΡΟΙΣ	AIDIBVS SACREIS
ΣΥΝΕΝΕΡΓΕΙΑΙΣ	CVM OPERVM
ΔΗΜΟΣΙΑΙΣ	PVBLICORVM.

Panormi. Ignarra *Pal. Neap.* p. 51. *γυπουνται* pro *τυπoῦνται*. *ιεθροις* pro *ἱεροῖς*.

4223. D. M ‖ TITVLOS SCRI‖BENDOS VEL ‖ SI QVID OPE‖RIS MARMOR‖ARI OPVS FV‖ERIT HIC HA‖BES. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 693.

4224. M. RAPILIVS SERAPIO. HIC ‖ AB ARA MARMOR ‖ OCVLOS REPOSVIT STATVIS ‖ QVA. AD. VIXIT BENE. — Florentiae. Fabrett. p. 641, 357. Spon *Misc.* p. 232, 4.

4225. D. M ‖ M. IVNIO DIONYSIO ‖ MEDICO DE LVCIL-LIANIS ‖ TITVLENA IVSTA ‖ CONIVGI B. M. ET SIBI ‖ ET SVIS. LIB. LIBERTABVSQVE ‖ POSTERISQVE ‖ EORVM. — Romae. Grut. 634, 6. — Artis medicine (*sic*) doctiss. ib. 633, 6.

4226. M. LIVIO CELSO TABVLARIO ‖ SCHOLAE MEDICO-RVM ‖ M. LIVIVS EVTYCHVS ‖ ARCHIATROS.[1]) OLL. D. II ‖ IN FR. PED. IIII. — Romae. Grut. 632, 4. Mur. 924, 15.

1) Archiater etiam Grut. 632, 5. v. Fabrett. p. 300. Oliv. ad *Marm. Pisaur.* p. 152.

4227. D. M ‖ T. AELIVS AMINTAS ‖ AVG. LIB. MEDICVS ‖ AVRICVLARIVS[1]) FE‖CIT SIBI ET AELI‖AE IEXI.[2]) CONIVGI ‖ ET FI. LS. LIBVSQVE.[3]) POSTERISQVE EORVM. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 275, 6., correctius in *Memorie della Soc. Colombaria* p. 283, 13.

1) Olim quidam medici alicui corporis parti medendi scientiam profitebantur, ut legitur in Digestor. L. 1. Tit. 13. L. 1. §. 3. quique ibi legitur *auricularius*, eum ab intempestiva correctione Perrenonii (*ocularius*) iam defendit Burm. *ad Petron.*, C. 43. Notissimi ex saxis antiquis *medici ocularii*; contra auricularius in nullo antea saxo lectus. Hagenb. 2) l. LEXI. 3) i. e. Filiis, Libertis Libertabusque. Male ap. Maffeium l. l. FILS. LIBVSQVE. In.

4228. DIS. MANIBVS ‖ M. LATINIVS M. L ‖ MEDICVS ‖ OCVLARIVS ‖ HERMES VIXIT ANNOS ‖ XXXX. — Bononiae. Fabrett. p. 300, 277. Reperiuntur praeterea: *medici chirurgi-clinici*. Grut. 400, 7. Reines. 611, 7. — *Ab oculis* Grut. 635, 3. Notandum insuper cognominis a praenomine et nomine, interposito officio, seiuncti exemplum, cuiusmodi passim exstant.

4229. *Ex albo, ni fallor, collegii alicuius, reperto A. 1785. in Paludibus Pomptinis:*

L. PAPIVS L. L. PHASELVS MERCATOR VINARIVS
A. TETTIVS A. L. STLATTA. NVMVLARIVS
M. THORIVS M. L. AVCTVS. LANIO
AP. QVINTIVS. AP. L. NICEPHOR. MEDICVS IVMENTARIVS
T. CVRVIVS T. L. HELIADES. IN QVO NVNQVAM IN. DORMIVIT (*sic*) TIMOR. — (Reliquis undecim nominibus nihil aliud subiungitur.) Marini *Atti* 1. p. 62. Nota *medicum iumentarium*.

4230. IVLIA ‖ TYE ‖ MEDICA. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 65.

4231. D. M ‖ TERENTIAE ‖ NICENI TERENTIAE ‖ PRIMAES MEDICAS[1]) LI‖BERTAE. FECERVNT ‖ MVSSIVS ANTIOCHVS ‖ ET MVSSIA DIONYSIA ‖ FIL. M. B. M. — Romae. Fabr. p. 497, 7.

1) Sic Fabiaes — Popiliae — Priscae cet. Obstetricis expl. Fabr. — Obstetrices v. Grut. 636, 4, 5. 6. cet.

4232. D. M ‖ VALERIAE BERECVNDAE. IATROMEAE[1]) ‖ REGIONIS SVAE PRIMAE - - VALERIA VITALIS FILIA MATRI cet. — Romae. Grut. 1110, 1.

1) Editores Indicis inter cognomina retulerunt τὸ *Iatromeae*; mihi appellatio ab officio seu professione est. *Ἰατρομαια*, quod mulierum morbis mederetur, simulque obstetricaretur. Reines. *ad Rup.* p. 269. Idem *Inscriptt.* p. 637.

4233. De Inscriptionibus pharmaceuticis, varia remedia exhibentibus cfr. Christoph. Saxii *Ep. de veteris medici ocularii gemma sphragide prope Traiectum ad Mosam nuper reperta.* Trai. 1774. 8. Ea sic habet: in quattuor lateribus:

C. LVCCI ALEXANDRI DIA‖LEPIDOS ADASPRITVDINE.
C. LVCCI ALEXANDRI LENE ‖ AD OMNEM LIPPITVDINE.
C. LVCCI ALEXANDRI AD CALICINES (*sic*) ED SCARTIAS (*i. e. scabritias*) OMNES.
C. LVCCI ALEXANDRI CROCODES AT ASPRITVDINES. — v. *Observat. on certain Stamps or Seals used antiently by the Oculists, by R. Gough.* Archaeologia. T. 9. p. 227., ubi similia afferuntur. Alia etiam hic habes:

4234. C. SVLP. HYPNI STACTVM OPOB. AD C.[1])
HYPNI CROCOD. DIALEPID. AD ASPRI.[2])
HYPNI LISIPONVM AD SVPPVRATIONEM.
HYPNI COENON AD CLARITATEM.

— Mandeure. Caylus *Recueil d'antiq.* I. p. 230. Mongez in *Mémoires de l'Institut national.* T. 5. p. 385.

1) opobalsemum ad claritatem. 2) crocodes dialepidium ad aspritudinem. Similia medicorum programmata leguntur in Grivaud de la Viacelle *Recueil de monumens antiques.* Peris 1817. Tab. XXXVI. v. c. IVNI TAVRI AVTHEMERVM. AD EPIPHOR. ET OMNEM LIPPITVDI. — IVNI TAVRI DIASMYRNES POST INPETVM LIPPITV. — L. CAEMI PATERNI STACTON AD CALIGINEM. SCABITIEM *(sic)* ET CLARITATEM. — *M. VLPI HERACLETIS CYCNARIVM AD IMPERATOREM* (hoc corruptum) v. Battely *Antiqq. Rutupinae* Ed. 2. p. 106. cet. Tredecim eiesmodi tabulae e. 1817. in oppido *Naïe* repertae sunt.

4235. M. AEL. M. F. RVSTICVS. RECT‖IMM. II. HON. III[1]) ‖ IN. DIEM. VITAE. SVAE ‖ MESORIB. *(sic)* MACH. F. P[2]) ‖ QVIB. EX. S. C. COIRE LICET ‖ CASTORES.[3]) DD ‖ ET. OB. DEDICATIONE *(sic)* ‖ DEDIT. SING. ° II ‖ L. FAENIO. FIDELE ‖ QQ. II ‖ D. DIE. XV. KAL. IVN ‖ SATVRNINO. ET. GALLO. COS[4]) — Romae. Grut. 99, 1. Visconti *Ienkins* p. 77.

1) Immunis iterum, honocales tertium. 2) *mensoribus machinoriis Fori Piscarii* explicat Visc. 3) Imagunculas, sigille Castoris et Pollucis. 4) p. Chr. 198.

4236. L. CALPVRNIO L. F. C. CALPVRNIO L. F ‖ CAPITOLINO ‖ MERCATORES QVI ALEXANDR. ASIAI SYRIAI NEGOTIANT*(ur)* — Puteolis. Ignarra *Pal. Neap.* p. 289. — *mercator venalicI.* Grut. 637, 5. cet. *mercator sagarius.* ib. 650, 2.

4237. P. IVNIO THEOPHILO ‖ P. IVNIVS DIONYSIVS ‖ LIB. MYROBRECHARIVS ‖ OL. D. S. D.[1]) — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 275, 4.

1) ollam de seo dedit.

4238. D. M ‖ CALOCASIO ‖ VERNAE DVLCISS‖ET MVSICARIO[1]) ‖ INGENIOSISSIMO ‖ QVI VIX ANN. XV ‖ BENEMERENTI FECIT ‖ DAPHNVS. — Romae. Grut. 654, 1.

1) Recte Almelov. in *Add. Holth.* legend. coniicit MVSIVARIO; musivarii pictoribus, sculptoribus, statuariis inaguntur in Lege 2. Cod. Theodos. *de Excusationibus Artificum.* — MVSEIARius est Grut. 586, 3. — *Opus museum* Mur. 478, 7.

4239. In fragm. lap. Tunetani ap. Spon *Misc.* 39, 1. et Gor. *Etr.* 1. p. 8, 5.: — CAMERAM SVPERPOSVIT ET OPERE MVSEO EXORNAVIT. *(opus albare* ib. *opus albarium* Grut. 172, 2. Lingonis. ap. Spon *Misc.* p. 40, 1: OPVS QVADRATARIVM ‖ AVGVRIVS CATVLLINVS ‖ VRSAR. D. S. P. D.)

4240. P. RVBRIVS TROPHIMVS ET ‖ RVBRIVS AGATHOS C. L. ATRIVM[1]) ‖ REFECERVNT ET VERMICVLVM[2]) ‖ STRAVERVNT. ITEM PAVIMENTVM SPICAM[3]) STRAVER. ET SEDILIA ‖ CIRCVM ITEM[4]) REFECERVNT. INPENSA SVA ‖ L. NONIO TORQVATO ASPRENATE ‖ T. SEXTIO MAGIO LATERANO COS.[5]) — Romae. Bimard de la Bastie in *Mém. de l'Acad. des Inscript.* T. 15. p. 436., quem vide omnino. Mur. 314, 2.

1) pro AGATHOS C. L. ATRIVM Bimuedas coniicit AGATHO SOLARIVM. 2) cfr. Plin. 35, 11. 3) spicatum. Vitruv. 7, 1. 4) CIRCVITVM Mur. 5) Cosa. p. Chr. 94.

4241. DEC. IIIIII VIR ‖ AVGVST[1]) ‖ P. OLITIO APOLLONIO ‖ IIIIII VIR AVG ‖ ET NAVIC ‖ C. I. P. C. N. M ‖ OB MERITA ‖ ET LIBERALITATES ‖ EIVS ‖ QVI HONORE DECRETI VSVS ‖ INPENDIVM REMISIT ET ‖ STATVAM DE SVO ‖ POSVIT. — Narbone. Grut. 445, 6.

1) Decreto Sevirûm Augustalium (honos habitus) P. Olitio, Seviro Augustali et navicutario Coloniae Iuliae Paternae Claudiae vel Constantis Narbonensis Martiae. Male Noris. *Cen. Pis.* Diss. 1. 6. et Sax. *Peric.* p. 12. de Seviro naviculariorum cogitarunt. Hagenb.

4242. D. M ‖ Q. CAPITONI PROBANI[1]) SENIORIS DOMOROM[2]) ‖ IIIIII VIR AVG. LVGVDVN ‖ ET PVTEOLIS ‖ NAVICLARIO MARINO ‖ NERIVS ET PALAEMON ‖ LIBERTI PATRONO ‖ QVOD SIBI VIVVS INSTI‖TVIT POSTERISQ. SVIS ‖ ET SVB ASCIA DEDICAV. — Lugduni. Maffei *Ant. Gall.* p. 22. *Mus. Ver.* 412, 2. correctius quam apud Mur. 195, 3.

1) Nomen eius videtur fuisse *Q. Capitonius Probanus.* Aliquoties post genitiv. sequitur dativus, ut hic *Naviclario.* 2) i. e. Domo Roma. Ap. Maff. per errorem est DOMORVM.

4243. D. M ‖ L. HILARIANI CINNA‖MI CIV. LVG. NAVT ‖ RHODANICO RHO‖DANI NAVIGANTIS[1]) CVRATORIS EIVSDEMQVE ‖ CORPORIS NEGOTIATO‖RIS Q. HAR . . . . Q. MAS‖PETIVS SEVERIANVS Q ‖ SER . . . . ‖ HEREDES P. C. ET SVB ‖ ASCIA DEDICAVERVNT. — Lugduni. Maff. *Ant. Gall.* p. 75. (*Mus. Ver.* p. 415.) Mur. 1055, 2.

1) scil. corporis, quod petendum est ex seqq. v. Hagenb. *Epist. epigr.* p. 37.

4244. D. (*asciae figura*) M ‖ ET MEMORIAE AETERNAE ‖ C. LIBERII DECIMAN ‖ CIVI. VIENNENSI. NAVT ‖ ARARICO HONORAT ‖ VTRICLARIO LVGV‖DVNI CONSISTENTI ‖ MATRONA MARTIA ‖ N̄I. CONIVGI KA‖RISSIMO. QVI CVM ‖ EA VIXSIT ANNIS X̄V. ‖ MENSIBVS ĪĪĪ. DIEBVS ‖ XV. SINE VLLA A‖NIMI LAESIONE ‖ PONENDVM CV‖RAVIT. ET SVB AS‖CIA DEDICAVIT. — Lugduni. Grut. 428, 10. Spon *Lyon.* p. 99. cum levi varietate.

4245. Huc pertinent etiam sequentia:
MENSORES NOS PORTVENSES. QVIB. VETVS FVIT CVM CAVDICARIIS DIVTVRNVMQ. LVCTAMEN cet. — In lap. Romano ap. Grut. 462, 1. iidem: *Codicarii navicularii* ib. 440, 3. 1086, 6. Mur. 504, 1. Contra: *Exercitores ratium Vlpian*(arum) in fragm. Grut. 492, 5. ad rem militarem potius videntur pertinere. — *Fabri navales* Gr. 448, 5. — *Lenuncularii auxiliarii Ostienses* ib. 598, 7. Mur. 158, 1. — *Lintrarii* in lap. Hispan. corrupto 345, 4. — Mur. 1096, 2. *Scapharii qui Iuliae Romulae negotiantur* — (Tarracone) ib. 258. *Nautas scapharios Romulenses* inter plures alios nautas habet Mur. 1076, 6. cfr. 1050, 3. — *Portitores* sunt in duobus saxis Ligorianis, quae mihi spuria videntur, ap. Murat. 955, 4, 982, 1.

4246. C. RVBRIVS C. L. HILARIO ‖ RVBELLA NEGOTIATOR ‖ GALLICANVS ET ‖ ASIATICVS TESTAMENTO ‖ FIERI IVSSIT. — Mevaniae. Mur. 974, 8.

4247. PRO SALVTE IMP. M. AVIIREL . . . ANTONINI ‖ PII. FELICIS ‖ FORTVNAE. REDVCI ‖ LEG. XXII. PR. P. F. C. GE. NIIVS. VICTOR. VET. LEG. ‖ XXII. PR. P. F. M. H. M. NEGOTI‖IATOR. GLADIARIVS ‖ TESTAMENTO FIERI ‖ IVSSIT. AD. HS. N. VIII. MIL. — Mogontiaci. Huepsch p. 53, 51.

4248. V. F ‖ VERSINIA Ɔ. L ‖ TYCHE ‖ P. ALFIO ERASTO ‖ NEGOTIANTI ‖ MATERIARIO ‖ COIVGI BENE ‖ MERITO. — Florentiae. Gor. *Etr.* 3. p. 142. *faber materiarius* exstat Grut. 642, 6.

4249. D. M ‖ TI. CLAVDIVS DOCIMVS ‖ FECIT SIBI ET SVIS LIBERTIS ‖ LIBERTABVSQVE ‖ POSTERISQVE EORVM ‖ NEGOTIANS SALSAMENTARIVS ET VINARIARIVS. MAVRARIVS.[1] — Romae. Gori *Symbol. Flor.* 5. p. 21.

1) fortasse vini e Mauritania advecti. (?) Gorius.

4250. PERPETVAE ME.[1] SECVRIT. TIB ‖ CLEVPHAS IIIIII VIR. AVG. NEGOTIATOR ‖ ARTIS PVRPVRARIAE. QVI VIXIT ‖ ANNOS LXXVI.[2] SENILIAE LASCIVAE ‖ CONIVGI ET CLAVDIAE FORTVNENSI ‖ ET EPIGONO APRO FILIIS VIVIS VIVOS ‖ FECIT. — Augustae Vindel. Grut. 649, 10. Raiser *Augsburg.* p. 72.

1) *memoriae.* 2) haec post Cleuphae mortem demum incisa fuisse, liquet; numerum enim annorum suorum is vaticinari non poterat.

4251. M. ANTONIVS TROPHIMVS ‖ AVGVST.[1] PVTEOL. ET NEAPOLI. NEGO‖TIATOR SAGARIVS SIBI ET IVLIAE IRENE (*sic*) CONIVGI RARISSIMI EXEMPLI ET ANTONIAE ‖ IVCVNDINAE F. LIBERTIS LIBERTABVSQVE ‖ SVIS POSTERISQVE EORVM ET IVLIAE ‖ EVPHEMIAE POSTERISQVE EIVS. — Puteolis. Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 237.

1) nota duarum coloniarum Augustalem.

4252. A. PLVTIO EPAPHRODITO ‖ ACCENSO VELATO ‖ NEGOTIATORI SERICARIO ‖ LIBERTE[1] PATRONO ‖ OB MERITA ‖ EIVS. — Gabiis. *Bibliothek der alten Lit. und Kunst.* Fasc. X. p. 5.

1) *Libertae.* circa a. p. Chr. 170.

4253. A. HERENNVLEIVS ‖ CESTVS NEGOTIATOR ‖ VINARIVS. A SEPTEM ‖ CAESARIBVS. IDEM. MERCATOR ‖ OMNIS. GENERIS. MERCIVM ‖ TRANSMARINARVM. LICTOR ‖ VIVOS. SIBI. FECIT. ET. LIBERTIS ‖ LIBERTABVSQVE. SVIS ‖ POSTERISQ. EORVM. — In Agro Reatino. Marini *Atti* 1. p. 245. Habet iam Giovenazzi: *Scholia in T. Livii fragm.* p. XLIX.

4254. T. PONTĪ ‖ MAIORIS ‖ NEGOTIATORIS LENTIARĪ.[1] ET ‖ CASTRENSIARĪ ‖ MARIA IVST ‖ TACCI FIL ‖ CONIVNX MARIT ‖ INCOMPARA ‖ ET GRATVS ‖ GEMINIAE[2] FIL ‖ AMICO. — Mediolani. Grut. 649, 5.

1) leg. *lintearii* Gud. Sed Hagenb. comparat Mur. 935, 5. ubi *Negotiatrix leguminaria* memoratur. 2) Ita Zach. *Exc. lit.* p. 80. 54. Grut. GEMINAE. Re-

liquos *negotiatores* et *negotiantes* variarum mercium quaere in Indd. Grut. Mur. cel. *negotiatio fabaria.* Mur. 132, 3.

4255. DIIS MANIB ‖ M. CORNELIO ‖ EVHODO ‖ NVMVLARIO ‖ CLAVDIA ‖ CRANE CONIVGI ‖ BENEMERENTI FECIT. — Romae. Grut. 637, 6.

4256. M. SALVIO M. L. SECVNDO ‖ NVMMVLARIO DE CIRCO ‖ FLAMINIO ‖ SALVIA M. L. PHAEDIME PATRON ‖ .... SVISQVE. — Romae. Mur. 975, 8. ex Vignolii *Inscr. sel.* p. 341.

4257. IVNIA CROCALE ‖ OFFICINATRIX ‖ VIX. AN. XXX. — Pisauri. Donati 2. p. 320, 10.

4258. M. LVCILIO M. L. ‖ DIOCLI TIBICIN ‖ ARTIFIC. ORGAN[1]) ‖ LIBERTIS ET LIBERTAB ‖ EIVS ARBIT[2]) .... ‖ M. OFILI TERTII. — Beneventi. de Vita *Inscriptt.* p. 37, 11.

1) *organico*, vel ut vult de Vita, *organorum.* 2) *arbitratu.*

4259. VALERIVS ‖ FELICISSIMVS ‖ PERNARIVS[1]) ‖ D. D. — In Genii sigillo Ostiae reperto. *Giornale Arcadico* 1825. *Dic.* p. 358.

1) pernarum confector.

4260. MESTRIVS MARIINVS[1]) ‖ PICTOR CONSTITVIT ‖ PRO SALVTE SVA ET ‖ SVORVM ‖ FANVM DOMINAR.[2]) — Albae Iuliae. Grut. 90, 4.

1) f. Martinus. Hag. 2) Eaedem, quae alias Metres, Matronae. v. Cuper. *ad Lactant.* p. 255.

4261. DIS. MANIB ‖ L. CALPVRNIO ‖ FESTO PICTORI. VIXIT. AN. XXI. — Puteolis. de Iorio *Tab.* 2, 15.

4262. D. M ‖ TI' CLAVD' I' SOTERIS ‖ PICTORIS QVADRI‖GVLARI, CARISIA ‖ IVCVNDA', FECIT ‖ SIBI ET ‖ CONIVGI BENE‖MERENTI. — Pisauri. Zaccariae *Excursus* p. 14.

4263. C. IVLIVS AVG.[1]) LIBERTI ‖ LIBERTVS EROS ‖ PISTOR CANDIDARIVS ‖ PER ANNOS QVOS INTER ‖ MORTALIS FVIT. ANTE EVM DIEM ‖ QVI FVIT VI. IDVS MAI. VIXIT ‖ ANNOS L. HVIVS[2]) SACRAVIT ‖ IVLIA GLAPHYRA COLLIBERTA ‖ ET PRAESTITIT OFFICIA ‖ M'. AEMILIO LEPIDO. T. STATILIO ‖ TAVRO COS.[3]) — In Castello Gandulfo. Mur. 304, 3. Gor. *Etr.* 2. p. 145.

1) *Iulii* ante *Aug. Liberti* subintelligit Mur. 2) deesse videtur *ossa* vel *cineres.* Id. 3) p. Chr. 44. v. Mur.; quamvis esse possent Consules suffecti anni incerti. Nihil de his habet Marinius.

4264. DIS. MANIBVS ‖ M. IVNI PVDENTIS ‖ PISTORI MAGNARIO PERSIANO ‖ CLAVDIA EARINE ‖ CONIVGI CARISSIMO ET SIBI FECIT ‖ CVM QVO VIXIT A VIRGINITATE ANNIS XXXV ‖ SINE VLLO DOLORE NISI DIEM (*sic*) MORTIS EIVS. ET ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM. — Romae. Guasco T. 2. p. 92.

4265. MARCELLINVM. AED. LIGNARJ (*sic*) ET PLOSTARJ (*sic*) ROG. VT. F. — Pompeiis. Romanelli *Viaggio a Pompei* T. I. p. 276. Est inscriptio temporaria comitiorum causa insculpta. *Marcellinum Aedilem lignarii et plaustrarii rogant, ut faciatis.* Notanda forma literae J.

4266. D. M. ‖ FECIT MINDIA HELPIS. C. IVLIO THALLO ‖ MARITO SVO. BENEMERENTI QVI EGIT[1]) ‖ OFFICINAS PLVMBARIAS TRASTIBERINA ‖ ET TRIGARI[2]) SVPERPOSITO[3]) AVRI MONETAI ‖ NVMVLARIORVM.[4]) QVI VIXIT ANN. XXXIII. M. VI ‖ IT. C. IVLIO THALLO FILIO DVLCISSIMO. QVI VIXIT ‖ MESES IIII. DIES XI. ET SIBI POSTERISQVE SVIS. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 102.

1) praefuit officinis plumbariis, ad fistulas praesertim aquaeductuum flandas destinatis. Ita *Officinatores plumbarii* Grut. 132, 9. 2) locus in Regione nona, a triga. Glossae gr. lat. *Trigarium*, τόπος, ὅπου ἵπποι γυμνάζονται. 3) i. q. Praeposito. 4) i. e. auri, et monetae aestimatorum; v. Marin. l. l.

4267. P. AELI ‖ NYMPHODOTI ‖ PLVMBARI. — Neapoli. Bianchi *Marmi Crem.* p. CXLVII.

4268. C. IVLIVS EPAPHRA ‖ POMAR(*ius*) DE CIRCO ‖ MAXIMO ANTE ‖ PVLVINAR.[1]) SIBI ET ‖ VENVLEIAE. GN. CN. L ‖ HELLENAE CONIVGI SVAE. — Romae. Oderic. p. 74.

1) *pulvinar.* v. Suet. *Claud.* 4. *spectare eum circenses ex pulvinari non placet nobis.* v. Odericum.

4269. VIV ‖ P. ALBIVS Ɔ. L ‖ CINVS PROPOLA ‖ AL.[1]) SIBI ET ‖ LANIAE M. F. TERTIAE ‖ ϴP.[2]) LANIAE M. F ‖ SECVNDAE. AGRO PEDV. XV. — Narbone. Grut. 646, 4.

1) f. *alimentorum;* nisi corruptum est. 2) Pro praenomine mulieris habet Scal. *Ind.* 19. sed potius latet hic corruptela. *Θ.* hanc mortuam iam esse significat.

4270. C. VOLCACI. C. L. ANICETI ‖ DEDIT ‖ M. CAECILIO HILARO ‖ PVGILLARIARIO. — Romae. Mur. 984, 2.

4271. L. PLVTIO L. L. EROTI ‖ PVRPVRARIO DE VICO TVSCO ‖ PLVTIA L. L. AVGE ‖ FECIT SIBI ET ‖ VETVRIAE C. C. L. ATTICAE. — Sub Marino. Fabrett. p. 701, 231.

4272 D. M. ‖ Q. C.[1]) PETRONIO M. C. PETRONII F. VI. VIRO AVG ‖ PROC. BAPHII[2]) CISSAE HISTRIAE. ET COLLEG ‖ PVRPVR. CISSENS. HISTRIAE PATRONO ‖ T. COR. CHRYSOMALVS PVRPVRARIVS AVG. LIB. — Punta Cissana in Histria. Archaeologia T. 3. p. 358.

1) Cornelio. 2) Forcellinus non habet nisi *Baphia, orum.*

4273. D. M. S ‖ CASIVS VICTORINVS ‖ RETIARIVS[1]) AN ‖ XXXV. H. S. E. S. T. T. L. ‖ ANTONIA SEVERA ‖ F. C. — Emeritae. Ponz *Viage* T. 8. p. 143.

1) H. l. et Grut. 649, 6. dubium est, utrum retiarius gladiatorem significet, an potius eum, qui retia facit venditque; v. Forcellin. s. h. v.

4274. STLACCIVS C. L. A . . . ‖ MENSOR. IDEM. SACOMA[1] . . ‖ SIBI ET SVEIS ‖ STLACCIVS A. L. MARIO ‖ MENSOR. EIDEM. SACOM . . . ‖ SIBI ET SVEIS. — Neapoli. Mur. 979, 4.

1) sacomarius, librator. Mur. vel potius ponderum confector et exactor.

4275. D. M ‖ P. VETTI GEMELLI ‖ SAGARI ROMANENS[1] ‖ VIXIT ANN. XXI ‖ MENSIBVS VIII. D. X ‖ P. VETTIVS ‖ PROFVTVRVS FILIO ‖ PIENTISSIMO ‖ SIT TIBI F.[2] TERRA ‖ LEVIS. — Viennae Allobrog. Grut. 650, 6.

1) qui saga conficit, ad usum Romanom, *à lo Romaine;* ita *Pistor Romaniensis.* Grut. 41, 7. *Tignarii Romanenses.* Fabrett. p. 343, 529. nisi hoc potius significat, tignarii, qui ex more Romano, collegium s. corpus constituunt. 2) Fili.

4276. CRITONIA Q. L. PHILENIA ‖ POPA DE INSVLA ‖ Q. CRITONI. Ɔ. L. DASSI ‖ SCALPTORIS VCLARI[1] ‖ SIBI SVISQVE POSTER ‖ EOR. — Romae. Mur. 948, 9.

1) Fabrett. p. 17, 75. habet VILARI, idque mirum in modum interpretatur; neque vero audiendus Mur. *Viri clarissimi* explicans. Ap. Mur. 814, 1. VASCLARIVS est pro *vascularius;* an hic opificium latet scalptoris vascularii, qui variae imagines vasculis insculpit?

4277. M. VLPIVS AVG. LIB. PLOCAMVS ‖ EX DOMV AVG. SCASOR[1] ‖ ET IVLIA CHELIDO CONTVBER ‖ EIVS C. IVLIO RVFO FIL. PIISSIM ‖ FECERVNT ET SIBI ET POSTERISQ ‖ SVIS. VIXIT ANN. XVIIII. M. V. D. XV. — Romae. Reines. IX. 66. et Mur. 2046, 6.

1) Quid *Scasor* sit, nemo adhuc expulavit. v. Forcell. in h. v. Gothofr. in *Glossar. Nom. Cod. Theod.* s. h. v. legi iubet *Scansor*, quod tamen loco ipsi *L.* 2. *de Excus. artif. lib.* 13. *t.* 4. minime convenit; neque admittendus Reinesii STATOR. Ceterum, quamvis e Ligorianis sit, mihi quidem suspecta non videtur; Codicem enim Theodosianum ab isto homine expilatum fuisse non puto.

4278. SILVANO ‖ SACR . M ‖ SECTORES ‖ MATERIARVM ‖ AQVILEIENSES ‖ ET INCOLAE ‖ POSVERVNT ‖ ET MENSAM. — Aquileiae. Marini *Atti* 2. p. 588.

4279. D. M. ‖ C. TVDICELIO FEL ‖ AFRO . . . IGILLARIO[1] ‖ VIX A. XXXVI ‖ M. III. D. VI ‖ C. OPPIA PRIMILLA FEC. — Al Borghetto prope Ocriculum. Grut. 1035, 3.

1) *Sigillorio. Sigillariarius* est apud Don. Class. VIII. 15. item Reines. Cl. XI. 89. :

4280. T. FLAVIO T. F. LARGONIO ‖ HEROTI. MALACA. FABRO ‖ FLATVRARIO. SIGILLA‖RIARIO. VIX. ANN. LXXVI ‖ T. FLAVIVS IOCVNDVS ‖ FR. PIISS. FEC ‖ IN AGRO PED. IX. IN FR. P. XIII. — Via Praenestina.

4281. C. RVFIVS.[1] S.[2] FINXIT. — Perusiae, in ima basi inaguncula argillaceae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 466.

1) *Rupius* in textu, sed in figura incisa RVFIVS. 2) expico *Sigillarius.*

4282. MAETIO APRILI ARTIFICI SIGNARIO. QVI VIXIT ‖ ANNIS XXXII. MENSES DVO. DIES V. BENEMERENTI. IN P.[1] — Romae. Mur. 963, 4.

1) in pace. Videmur hic habere statuarium Christianum.

4283. M. MINVCIVS M. LIBERTVS ‖ LAMPADIVS SIMPVLARIARIVS ‖ VIVVS FECIT S. ET SVIS ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQ. EORVM. IN FRONTE PED. XVI. ‖ IN AGR. P. XXV. — Romae. Mur. 965, 2.

4284. C. POMPONIVS APOLLONIVS ‖ SPECLAR.[1] V. A. XLV. — Romae. Mur. 972, 3.

1) specularius, speculorum fabricator. Mur.

4285. DIS. MANIBVS ‖ TI. CLAVDIVS ONESIMVS ‖ STRVCTOR[1] FECIT ‖ IVLIAE POTITAE CONIVGI ‖ SVAE ET CLAVDIAE ONESIMAE ‖ FILIAE SVAE. VIX ANN ‖ IIII. MENSIBVS II. ET ‖ SIBI POSTERISQVE SVIS. — Romae. Grut. 616, 6.

1) vid. Oliv. ad *Marm. Pisaur.* p. 25.

4286. C. ATILIVS C. F. ‖ IVSTVS ‖ SVTOR CALIGARIVS ‖ SIBI ET ‖ CORNELIAE EXORAT ‖ VXORI PI.[1] — Mediolani. Grut. 649, 1.

1) piissimae. *Solearius* est Grut. 648, 13.

4287. D. M ‖ Q. MVNNI SE‖CVNDI NIPI PO[1] ‖ TABERNARIO ‖ Q. BAEBIVS ‖ COCITATVS MACINARIVS.[2] — Faventiae. Mur. 965, 7.

1) corrupta sunt ista. 2) si recte habet, est *molitor;* sed Mur. haud male leg. coniicit *machinarius.*

4288. P. MARCIVS P. L. ‖ PHILODAMVS ‖ TECTOR[1] SIBI ‖ SVEISQVE. HIC ‖ IVCVNDA SEPVLTA ‖ EST . DELICIA EIVS. — Beneventi. Grut. 642, 10.

1) v. Cic. *pro Planc.* Ed. nostrae p. 265. et cfr. de Vita Inscriptt. p. 36, 10.

4289. IVLIA FELICISSIMA LVCILIO VICTORINO CONIVGI ‖ OPTIMO ET INNOCENTISSIMO CVM QVO PER ‖ ANNOS XVI. SEMPER BONA VITA BIXI DE PARBVLA ‖ MEDIOCRITATEM NOSTRAM DIGNO FECI OMNIVM ‖ HOMINVM SODALICII MAGISTER ET HORTATOR ‖ MIRE BONITATIS ET INNOCENTIE OMO DEPOSITVS ‖ XVII. KAL. AVG. HIC ARTIFEX ARTIS TESSALARIE[1] ‖ LVSORIE. — Romae. Mur. 958, 4.

1) *tessellariae.* Vides, nec tales artes aspernatos fuisse Christianos.

4290. D. M ‖ VIRINO ‖ VERECVNDI F. ‖ THERMARIO. — Metis. Grut. 636, 13. Ad servos Verecundi F. referri nequit; etsi cfr. *Tabul. Antiat.* ap. Gnaseum T. II. p. 154.

4291. L. FAENIO ‖ L. Ɔ. L ‖ FAVORI ‖ THVRARIO. — Florentiae. Mur. 952, 6. cfr. Marini *Atti* 1. p. 338.

4292. M. CVRIVS EVPOR ‖ TIBIARIVS DE SACRA VIA. — Romae. Ficoron. *de Larv. scen.* p. 15.

4293. D. M ‖ FORTVNATI ‖ TOPIARI ‖ VALERIA VXOR ‖ ET TERTIVS ‖ DISCENS. — Comi. Grut. 651, 9. Zach. *Exc. lit.* p. 94, 17. cfr. Marini *Atti* 1. p. 116.

4294. PACVVIA PRIMIGENIA ‖ PAENI IVCVNDI LIB. ‖ VIXIT ANNIS XX ‖ VESTIARIVS A COMPITO ‖ L. SEMPRONIVS MENANDER ‖ HAEC VIVA TESTAMENTVM FECIT ‖ ET HEREDEM EX ASSE FECIT ET EFFERI (*sic*) SE ‖ IVSSIT ARBITRATV SVO. BENEMER. CONIVG. SVAE FEC. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 269, 3. pro PAENI Hagenb. leg. suspicatur PACVI vel PACVVI. Sed contraria ratione Donatus 2. p. 321, 2. habet PAENIA Primigenia cet.

4295. P. FANNIVS P. L ‖ APOLLOPHANES. DE ‖ VICO TVSCO VESTIARIVS ‖ CLODIA ALISCA .... — Romae. Grut. 1117, 6.

4296. TI. CLAVDIVS ‖ TI. L. ‖ SYNTROPHVS ‖ VESTIARIVS ‖ CENTONARIVS ‖ H. S. E. — Aquileiae. Mur. 946, 1.

4297. * P. AVCTIVS P. L. LYSANDER ‖ VESTIARIVS TENVIARIVS ‖ MOLOCHINARIVS VOT. SOL. — Romae. Ex Donio VIII. 79. dat Mur. 939, 6. ac si initio fractus esset lapis, cuius rei in Doniano libro nullum exstat vestigium. v. Hagenb. *de Diptycho Brix.* p. CXXXXIII. Ego vero hic rursus fraudem Ligorianam depreheudere mihi videor. Ut enim supra *limbolarium* nobis dedit ex Plauti *Aulul.* 3, 5, 45., sic ex eodem loco v. 40. *molochinarium* mutuum sumpsit, ut rarum exsculperet titulum. Verum si iniuriam ei fecero, ignoscant mihi hominis versutissimi Manes! Quid? quod eiusdem farinae mihi videntur *Damiocles vestispex.* Don. p. 12, 42. Mur. 940, 7. et *Ianuarius vestisp.* Mur. 972, 1. it. 970, 10. ubi, nisi tertia fraus Ligoriana subest, VESTIPI emendandum erit VESTIPLicus. v. Marini *Atti* p. XL.

4298. VIVONT ‖ A. TVRRANIVS ‖ NIGER. VIMINARIVS ‖ TVRRANIA MONTA ‖ VXOR. ‖ IN. A. P. X. — Narbone. Grut. 642, 3.

4299. D. M ‖ ET MEMORIAE AETERNE IVLII. ALEXSADRI (*sic*) NATIONE AFRI. CIVI CARTHAGINESI (*sic*) OMINI. OPTIMO. OPIFIICI ARTIS VITRIAE (*sic*) cet. — Lugduni. Donati 2. p. 335, 5. *Vitriae* i. e. *vitriariae*.

4300. * M. POBLICIVS ‖ NICANOR VNG.[1] ‖ DE SACRA VIA ‖ MAXIMVS ‖ ACCENSVS ‖ VELATVS. — Romae. Don. p. 327, 51. ex adversariis suspectis Ach. Statii. Mur. 971, 7.

1) unguentarius.

4301. D. M. ‖ LICINIAE PRIMIGENIAE ‖ VNGVENTARIAE ‖ LIC. AMOMVS F. MATRI ‖ B. M. VIX. A. LXXI. — Neapoli. Mur. 962, 2. De unguentariis v. Marini *Atti* 2. p. 516.

4302. Huius generis plura etiam colligere licet Lexicographis potius quam nobis: veluti sequentia:

Alipilus (v. Sen. *Epist.* 56.) *a Tritone* (habitationis nomen) Grut. 812, 6. incertus est, quia lapis ipse habere dicitur ALIPHVS. A TR. — *Aluminarius* 642, 9. — *Ars Cretaria* 641, 2. 3, 4. — *Balneator* 637, 2, 3. — *Calcariarius* 641, 1. *Exonerator calcariarius* 1117, 5. —

Negotiator artis macellariae 647, 5. *Paenularius* 112, 12. *Parmularius* 1087, 6. — *Pigmentarius* 1033, 1.

Lapidarius. Maff. *Mus. Ver.* 130, 1. — *Lorarius* ib. 295, 3. *Carbonarius.* Mur. 1820, 1. *Gemmarii de sacra via.* Mur. 941, 2. ex Don. p. 320, 20. Fabr. p. 33, 158. — *Lanius.* Mur. 932, 3.

Fossor. ap. Marini *Atti* p. 345. et 695.

Argentarius — faber argentarius — tritor argentarius. Spon *Misc.* p. 218 et 219. — *Artis Caracte. Iari* (Lugd.) id. 220. — *balneator* ibid. — *faber eburarius* id. p. 222. — *lapidarius* p. 223. p. 231. — *propola* ib. *refectar pectinarum.* — p. 232. *scapularius* vox est nihili, corrupta ex nom. propr. *Scapulanus* cfr. Reines. IX, 52. p. 232. — *Speciaria* p. 234. — *SVNTONATOR Regis Tholomei* (?) ibid. *Vinariarius in castris Praetoriis.* Sed haec sufficiant.

CAPVT XIX.

VITA COMMVNIS.

4303. Sententiae:

a) HOMINES EGO MONEO NI QVEIS DIFFIDAT SIBI. — Reate. Mur. 492, 6.

b) POTISSIMA DOS IN PRINCIPE ‖ LIBERALITAS ET CLEMENTIA. — ib. 8.

c) ANIMAL INGRATIVS HOMINE NVLLVM EST. — Romae. ib. 10.

4304. Strenae:

ANNVM NOUVM (*sic*) FAVSTVM FELICEM MIHI ET FILIO.

4305. ANNVM ‖ NOUVM ‖ FAVSTVM ‖ FELICEM ‖ TIBI. Strenae in latere cocto. Caylus *Recueil* T. IV. p. 286.

4306. ANNV ‖ NOVVM ‖ FAVSTV ‖ FELICE‖TIR. (*sic*) — In calicis fictilis fundo ap. Fabr. p. 500, V.

4307. ANNV̄ ‖ NOVM ‖ FAVTVM (*sic*) ‖ FIILICII.[1]) in lucerna Mus. Borg. Marini *Atti* 1. p. 38.

1) *felicem*, non *feliciter*, ut volebat Marinius. De his ac similibus consule Petrum Viscontium in *Memorie Romane* 1, 1. p. 14.

4308. Inscripta in poculis ac pateris ex Morcellio *St.* 1. p. 413. seqq.

1) VIVAS. VALEAS. VINCAS.

2) NVGAS. VIVAS.

3) HILARE. SEMPER GAVDEAS.

4) AVRELIVS CERVIANVS ‖ VTERE FELIX.

5) A. SEPTVNOLENA. PETR. MAISIO. DONO.

6) VAL. NATALIS PII. C. VIII.

4309. In calicibus:

1. SITIO. 2. BIBE. 3. DA BIBERE. 4. MITE MERVM. 5. MISCE. Vide Hasselti *explicationem tituli calicis antiqui* in *Actis Soc. Traiect.* 1. p. 258.

4310. **Inscripta in lucernis vasisque fictilibus** ex Morcellio *St.* 1. p. 425. seqq.:

1) VOT. V ‖ ANTONIN ‖ A. N. — i. e. Votis quinquennalibus Antonini Augusti nostri.

2) OB CIVIS SER.

3) IOVI SERENO SACR.

4) PALLADI VICTRICI.

4311. Inscriptiones vasis aerei figurati, reperti in alveo fluminis Sabrinae (*Severn*) in Britannia:

1) SCYLLA METENS CRINEM MEREATVR CRIMINE .....

2) ARMIGER ECCE IOVIS GANYMEDEM SVSTVLIT ALIS
PORRIGAT VT CYATHOS DIS CONVIVALIBVS APTOS.

3) LEGIBVS INFERNI MOTIS PROSERPINA REDDI
EVRYDICEN IVSSIT. SED EAM MORS ATRA REDVXIT.

4) MATER LARGA CERES MISERATA FAME PEREVNTES
TRIPTOLEMI MANIBVS COMMISIT SEMINIS VSVS. —

Bulletin des sciences historiques. *Novembre* 1827. p. 370.

4312. **Inscriptionum variorum instrumentorum solitae formulae:**

VTERE FELIX. — Aug. Raurae. Hagenb. *Helv.* 1. p. 297. VTAMVR FELICES. Mur. 501, 11. VTERE FELIX CVM GAVDIO. v. not. ad Gud. 368, 12. p. XVII. b.

4313. VNI AMBROSIA. VENENVM CAETERIS. — Florentiae in heliotropio. v. Gor. *Etr.* I. p. 71. 80. Mur. 492, 7. Morcelli *St.* 1. p. 110.; ubi et haec ex gemmis et anulis afferuntur: AMO TE ‖ AMA ME. — PIGNVS AMORIS HABES.

Inscriptio panis in Herculano reperti.

4314. SELIGO[1]) C. GRANII ‖ E CICERE.

1) Iuven. *Sat.* 5, 70. *Et tener et niveus molli siligine factus Servatur Domino* (panis.) Gori *Symb.* II. Vol. 2. p. 139.

4315. **Tesserae lusoriae:**

a)

VICTVS	o	LEBATE[1])
LVDERE	o	NESCIS
DA LVSO	o	RI LOCVM

b)

SEMPER	o	IN HANC
TABVLA	o	HILARE
LVDAMV	o	S AMICI

v. Lup. *Epit. Sev.* p. 59. Mur. 661, 4, 3.

1) *lebate*, leva te. Italice *levati.*

4316. SI TIBI ‖ TESSELLA FAVET ‖ EGO TE ‖ STVDIO ‖ VINCAM. — Romae. Mur. 2020, 3. ex lectione Hagenb.

4317. PETRONILLA ‖ LVDE FELIX ‖ SALVO CYRIACO ‖ CVM TVIS OMNIBVS. — In talo eburneo. Maffei *Mus. Ver.* 256, 9.

4318. In *aereis anulis* signatoriis nomen vel primo, vel secundo casu, literis vel exstantibus vel cavatis sculptum erat. v. Maff. *Mus. Ver.* 428. a. L. SEMPRONIVS APER. b. T. VETTI AGENORIS.

4319. FVGI TENE ME ‖ CVM REVOCA‖VERIS ME DM ‖ ZONINO ACCIPIS ‖ SOLIDVM (*in collari argenteo canis.*) Maffei *Mus. Ver.* 262, 4.

4320. CAVE CANEM. — Nuper reperta Pompeiis, in atrio domus, plane ut apud Petronium C. 29.

4321. CLODI HER‖MOGENIA‖NI. VC. EXP‖REFECTO ‖ VRBI. DE‖ORTVM IP‖SIVSSVM. in altera parte eiusd. laminae aereae: DE HORT‖VOLYBRI ‖ V. C. PREFE‖CTI PRET‖ORISVM ‖ NOLI MET‖ENERE NO‖N TIBI EX‖PEDET.[1]) Inscriptio affigenda collo canis Q. Clodii Hermogeniani Olybrii Praef. Praet. et Vrbis (p. Chr. 368.) — Romae. Fabrett. p. 523, 369., sed accuratius in Caylus *Recueil.* T. VI. p. 314.

1) expediet.

4322. Equorum varia nomina habes ap. Gor. *Etr.* 1. p. 38. Mur. 624. 1. Elegans est hoc Equae epitaphium:
D. M ‖ GAETVLA HARENA PROSATA ‖ GAETVLO EQVINO CONSITA ‖ CVRSANDO FLABRIS COMPARA ‖ AETATE ABACTA VIRGINI ‖ SPEVDVSA LETHEN INCOLIS. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 67.

4323. Proclama locandarum aedium:
IN PRAEDIIS IVLIAE SP. F. FELICIS ‖ LOCANTVR ‖ BALNEVM VENERIVM ET NONGENTVM ‖ TABERNAE PERGVLAE ‖ COENACVLA. EX IDIBVS AVG. PRIMIS IN IDVS ‖ AVG. SEXTAS. ANNOS CONTINVOS QVINQVE. S. Q. D. L. E. N. C.[1]) ‖ ADEAT SVETTIVM VERVM AEDILEM.[2]) — Pompeiis. Spangenberg p. 378. Wiener-Jahrbücher XX. p. 12. Romanelli T. 1. p. 81.

1) si quis dominam eius loci non cognoverit. 2) *adeut* cet. non habet Romanellius.

4324. INSVLA ARRIANA ‖ POLLIANA GN. ALIFI NIGIDI. MAI ‖ LOCANTVR EX I. IVLIS PRIMIS. TABERNAE ‖ CVM PERGVLIS SVIS ET COENACVLA ‖ EQVESTRIA ET DOMVS CONDVCTOR ‖ CONVENITO PRIMVM GN. ALIFI ‖ NIGIDI MAI. SER. — Pompeiis. Romanelli *Viaggio a Pompei.* T. 1. p. 88.; qui tamen quaedam pessime est interpretatus. Ego sic accipio: Insulae duae Arriana et Polliana Cn. A. N. Maioris locantur ex Idibus Iuliis primis i. e. proximis cet. Nisi forte pro I. leg. K., Kalendis Iuliis, qui dies locationum et conductionum sollemnis erat. v. Suet. *Tib.* 35. cum Ernestii *Excursu.* *Equestria*, quod voc. is iungit cum v. *coenacula*, solitam significationem retinere credo sedilium, locorum equestrium in theatro, quae simul cum aedibus locarentur. Is autem, qui conducere cupit,

convenito, adeat primum Alifii *servum*, vel *servos*, ut de locationis pretio certior fiat, aedesque ipsas sine domini molestia visat. SER. non attigit Romanellius.

4325. M. TVLLII. M. F. ‖ AREA. PRIVATA. — Pompeiis prope templum Serapidis. E schedis Mss. Sic privati fundum suum terminabant a locis vel publicis, vel sacris.

4326. THERMAE M. CRASSI FRVGI ‖ AQVA MARINA ‖ ET BALN. AQVA DVLCI ‖ IANVARIVS L. — Pompeiis. *Pitture d'Ercolano* T. 5. p. 386.

4327. M. AR. VINCENTIO. V. RP ‖ TARRACONENSIS. AC. SVMI ‖ OMNES RELIQVI PRAESIDES IVS‖TISSIMO.[1]) RESTITVTORI ‖ THERMARVM MONTANARVM ‖ MESIVS MARIANVS ‖ CVR. RP. TARRACONENSIS. — Tarracone. Ponz *Viage* T. 13. p. 186.

1) Corrupta haec: fuitne V. A. PR. *(Vicem agenti Praetoris Provinciae) Tarraconensis ac super omnes reliquos praesides iustissimo?*

4328. Tabernae, Cauponae, Balinea:
IN PRAEDIS ‖ C. LEGIANNI. VERI ‖ BALINEVM MORE VRBICO LAVAT ‖ OMNIA COMMODA PRAESTANTVR. — Bononiae. Marini *Atti* 2. p. 532. In alio simili programmate reperto prope Romam (Capobianco) legimus (ibid.) „omnis humanitas praestatur."

4329. MERCVRIVS HIC LVCRVM ‖ PROMITTIT. APOLLO SALVTEM ‖ SEPTVMANVS HOSPITIVM ‖ CVM PRANDIO. QVI VENERIT ‖ MELIVS VTETVR POST ‖ HOSPES VBI MANEAS PROSPICE. — Lugduni. Spon *Misc.* p. 302. 1. Mur. 2013, 12.

4330. L. AFRANIVS CERIALIS L ‖ EROS IIIIII AVG. DOMO TA‖RACONE OSPITALIS A GALLO ‖ GALLINACIO AFRANIA CERIA‖LIS L. PROCVLA VXOR AFRANIA ‖ L. L. VRANIE F. ANNORVM XI ‖ HIC SITA EST. — Narbone Martio. de Schmidt *Opusc.* p. 392. (Spon *Misc.* 199. 2. Gud. 109, 9.) Veteres igitur, ut nunc, deversoriis insignia animalium appendere soliti erant.

4331. IN HIS PRAEDIIS ‖ INSVLA SERTORIANA ‖ BOLO[1]) ESSE AVR. CYRIACETIS ‖ FILIE MEAE. CINACVLA (*sic*) N. VI. TABERNAS ‖ N. XI. ET REPOSSONE SVBISCALIRE[2]) ‖ FELICITER. — Romae. v. Birger. Thorlacium in Friedemanni *Misc. Crit.* 1, 4. p. 735. seqq.

1) *solo.* 2) *repositiones subscalares* interpretatur Thorlacius.

4332. Terminorum inscriptiones:
QVISQVIS ‖ HOC SVSTV‖LERIT AVT ‖ LAESERIT ‖ VLTIMVS ‖ SVORVM ‖ MORIATVR. — Inscriptio termini in agro Albano. Gud. 65, 1. (Ligorio non citato.)

4333. IN AGRO ‖ P. PACILI ‖ TERMINVS ‖ TOTVS EST ‖ CONLOCAT. — Sic bis in eod. termino. Marini. Vignolius p. 324. quem vide. Minus accurate Mur. 481, 2. Inter fundorum et prae-

diorum nomina notanda ex Grut. 209, 2. K. OPPIANA. — K. POSTVMIA. K. VELLIANA id est: Kasa Oppiana cet. a priore aliquo possessore sic nuncupata. Sic apud Ciceronem pro Tullio §. 16. *Est in eo agro centuria, quae Populiana (s. Popiliana) vocatur*, etsi aliter explicat Beier, ego deduco a Populio s. Popilio pristino possessore. K. autem *Kasam* potius significare in illa inscriptione quam *Centuriam* docuit me Ilnschkius.

4334. GALLICLES ET GALLIOLE[1]) FILIVS TERMINIIOS LAPIDARES[2]) DE OFFICINA PANDIONIS ‖ CALLISTI AVG. L.[3]) SVB MARTIALE SERVO ‖ DONVM ERCVLI[4]) FF. EX ASIA GRAECIAE.[5]) — Tuderte. Lauri *Epistol.* p. 243.

1) corruptum. 2) voc. *lapidarie* non habent Lexica. 3) l. L(ib.) 4) Ita in saxo Sponiano: ERQVLI. 5) haec quoque corrupta videntur.

4335. HORTVLVS HIC VARI EST OPVS ALCINOI. — Romae. Visconti *Museo Pio-Clem.* 3. p. 172.

4336. IN HOC ‖ POMARIO ‖ GESTATIONIS ‖ PER CIRCVITVM ‖ QVINQVIENS ‖ EFFICIT PASSVS ‖ MILLE. — Extra Romam. Grut. 201, 9.

4337. COMMVNE EST ‖ PVTEVM ET ITER ‖ AD TRICLEAM. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 257. 6.

4338. ITER PRECAR ‖ Q. GAVĪ. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 169, 14. „*Iter est ius eundi ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi*" (quod dicebatur *actus*.) Vlpianus D. 8, 3, 1.

4339. PRIVATVM PRECARIO ADEITVR. — Neapoli. *Pitture d'Ercolano* T. V. p. 388., ubi de latrina interpretantur; male, puto.

4340. HIC HABITAT FELICITAS. — Pompeiis. Romanelli *Viaggio* T. 1. p. 125. Sic plerisque domibus Pompeiis habitatorum nomina sunt inscripta.

4341. Ratio computandorum dierum:
D. M ‖ L. ANNAIO FIRM. ‖ VIXIT ANNIS V̄. ‖ M. ĪĪ. D. V̄Ī. H. V̄Ī. ‖ QVI NATVS EST NONIS IVLIIS ‖ DEFVNCTVS EST ĪĪĪĪ. IDVS ‖ SEPTEMBRIS. ‖ ANNAIA FERVIISA VERNAE SVIIO KARISSIMO. — Oxoniae. Marm. Oxon. p. 39. *Maitt.* Fabrett. 547. 8. qui sine causa hanc inscriptionem trium dierum errorem continere arbitrabatur. Sed ex solito more Romanorum dies hic memoratos, Nonas Iul. et IV. Idus Sept., non solum intermedios numero complexus est, qui eam composuit: ita erunt dies LXVI. i. e. menses duo triginta dierum, et dies VI. Persaepe in his haeserunt etiam Editores scriptorum veterum, cuius rei illustre habemus exemplum in Ciceronis *Philipp.* 2, 13.

4342. Pondera et mensurae:
IMP. CAES. ‖ VESPAS. COS. ĪV̄. ‖ TITI F. ĪĪĪĪ. ‖ MENSVRAE ‖

EXACTAE IN CAPITOLIO ‖ P.[1]) X. — Gori *Symb.* II. Vol. 2. p. 144.

1) Pondo.

4343. C.[1]) TI. CLAVD. CAESAR. AVG. COS. III ‖ PONDERA EXACTA CVRA AED. — Pompeiis. Millin *Mag. Encycl.* 1818. 4. p. 111.

1) pondo ce tum. Ibid. in libra: IMP. VESP. AVG ‖ EXACTA IN CAPITO*(lio)*

4344. C. CAESIVS C. F. OVF. SILVESTER ‖ P. P.[1]) PONDERARIVM[2]) S. P. P. S. F[3]) ‖ ET CHARISTIONEM AEREVM POS ‖ STATERAM ET PONDERA QVAE ‖ ANTEA RESP. EMIT. PRO QVIBVS ‖ SILVESTER PEC. SOLVI IVSSIT ‖ MENSVR. LIQVARIAS ANTEA POSITAS ‖ A CAESIO PRISCO IN EODEM CONTVLIT. — Albacinae Fabriani. Don. 86, 67. Grut. 1020, 10.

1) Praefectus. s. Praepositus. s. Primus Principalis. s. Patronus Plebis. v. Gud. *Ind.* 23. p. CI. 2) v. Forcellini in *Ponderarium.* 3) *Solo privato* pecunia sua fecit Gud. *Ind.* 23. Sua pecunia poni solvi fecit. Gor. ad Don.

4345. Ponderis marmorei Mogontiaci reperti inscriptio: EX AVCTORITATE Q. IVNI. RVSTICI. PREF. VRBIS. — Bonnae. Dorow *Denkmäler* Stuttg. p. 109.

4346.

ANXANVM
EMP. FRENT[1])
L. ARIO
ET M. GAVIO
COSS.[2])

AERE

L NVND D
CONCILIAB[3])
FISIO EVSAN
FELTRO ROTAE
FILIO ET AV
D DO[4]) D[5])

Anxani in pondere publico aereo. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 62.

1) Emporium Frentanorum. 2) p. Chr. 165. 3) Nundinae, Conciliabulum. 4) Homines hos, ut ex nominibus liquet, servilis conditionis pro Quattuorviris annonariis habet Romanellius; mihi potius videntur servi publici, ponderarii curam gerentes. 5) longe L. D. D. D. id est hoc loco: pondus probatum Decurionum decreto, quum eiusmodi ponderi LOCVS DARI proprie non potuerit.

4347. In modio Florentiae asservato:
MENSVRAE AD EXEMPLVM ‖ EARVM QVAE IN CAPITOLIO SVNT ‖ AVCTORE SANCTISSIMO AVG. N. ‖ NOBILISSIMO CAES. ‖ PER REGIONES MISSAE CVR ... D. SIMONIO ‖ IVLIANO PRAEF. V... C. V. — Gor. *Etr.* 3. p. 2.

4348. A. CLODIVS A. F. FLACCVS M. ARCAEVS[1]) N. F. ‖ ARELLIANVS CALEDVS ‖ D. V. I. D. MENSVRAS EXAEQVANDAS EX DEC. DECR. — Pompeiis. Romanelli *Viaggio* T. 1. p. 156., quem consule omnino.

1) Male Romanellius: *Narceo (sic) Arelliano Caledo figlio di Narceo*, quum sit potius *Marcus*, vel si in titulo ipso N., *Numerius* Arcaeus N*(umerii)* F*(ilius.)*.

4349. A. CAESENNIVS GALLI ‖ L. HERMA ‖ A. CAESENNIVS ITALICVS ‖ CAESENNIA L. L. EROTIS VXOR ‖ FECERVNT SIBI ET SVIS ‖ LIB. LIBERT. POSTERISQVE EORVM ‖ SEPVLCHRVM MACEREIS CIRCVM. CLVS M. (*sic*) ‖ IN FR. P. C̄C̄C. IN AGR. P. XC̄V̄Ī. Q. F. IVG.[1]) — (In Episcopio Portuensi.) Fabr. p. 223, 595.

1) *qui faciunt iugerum pedum scil. quadratorum* 28800.

4350. D. M ‖ LIBERORVM AC CON‖IVGIBVS PVBLICI CALIS‖TI ET IPSIVS CONSECRATVM ‖ CVM BESE VINEAE AREP.[1]) ‖ EX CVIVS REDITV OMNIB ‖ ANNIS PROLIBARI VOLO NEMINVS[2]) X̄V̄. V. S. E ‖ H. T. H. N. S.[3]) — Deae Vocontiorum. Grut. 897. 18. admodum corrupte. Mur. 1206, 9. cum omissionibus; correctius ib. 2018, 2.

1) *cum besse vineae arepennis;* v. Columellam 5, 2. *Galli semiiugerum quoque arepennem* (arpent) *vocant — partes duae tertiae, pedes decem novem millia et ducentos hoc est bes.* cfr. Bimard. *Proleg. in Mur.* p. 61. 2) i. e. NE MINVS (H. S.) XV. cfr. N. 4419. 3) *Vivus sibi erexit. Hic tumulus heredem non sequitur.* Hagenb.

CAPVT XX.

SEPVLCRALIA.

§. 1. IVRA DEORVM MANIVM. S. SEPVLCRORVM. DISPOSITIONES TESTAMENTARIAE VARII GENERIS. TVTELA SEPVLCRORVM. ITVS AMBITVS CET. VSTRINVM. H. M. H. E. N. S. RESTITVTIO SEPVLCRI. PARENTALIA. MVLTAE SEPVLCRALES. EXCEPTIONES.

— *μέχρι περ ἂν πρὸς τέλος ἁπάσης πολιτείας ἐπεξελθὼν ἴδῃ τις τῶν τελευτησάντων τίνα δεῖ τρόπον ἑκάστοις γίγνεσθαι τὰς ταφὰς καὶ τιμὰς ἅς τινας αὐτοῖς ἀπονέμειν δεῖ.*

Plato.

4351. L. CARTORIVS P. F. FAB ‖ HIC SEPVLTVS EST ‖ HIC LOCVS PATET IN FR. P ‖ XX. ET A MEDIA FORINS ‖ PRO.[1]) P. XXV. HVNC LOCVM ‖ MONIMENTVM DIS MANIBVS ‖ DO. LEGOQ. — In agro Patavino. Grut. 905, 14. Reines. p. 822, 29. Mur. 1652, 5. 1653, 12.

1) FORIS IN AGR. Mur. 1652, 5. cum var. lect. FOSS. IN. Contra 1653, 12. FOSSINERO VERS. Reines., qui interpolatam habet e schedis Langerm. i. e. Ligorio: *Ped. XX. et retrovers. XXV. Aemilia Fosine.*

4352. AP. FA..... NVMISINAE CONIVGI ‖ CASTISSIMAE ET INCOMPARABILI ‖ ADFECTIONE FEMINAE CVM QVA ‖ VIXIT ANN. XVII. MENS. XI. DIEB. XVII ‖ CVIVS DE OBSEQVIIS REFERRE MINVS ‖ SVPLET (*sic*) DOLOR. HVIC OB MERITA ‖ OTI.... HERCVLANVS MARITVS ‖ VNA CVM PIGNERIBVS[1]) SVIS ‖ DEFANATIS DIS[2]) MANIBVS LOCVM ‖ CONSACRAVIT. — Pacentri. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 166.

1) filiis. 2) Singulare plane hoc: defanatis, profanatis, impiis Diis M.

4353. LIBERTI. LIBERTAE ‖ PRISCI AVG. L. GAMIANI ‖ EX TESTAMENTO DESCRIPTV. ITA VT ‖ CAVTVM ERAT. SVB-

SCRIPSER ‖ LOCVS MONVMENTI SIVE AGER EST VIA LATIN ‖ AD MILLIARIVM V̄. SVPRA PONTEM AD ‖ MONIMENTVM GAMI. CAESARIS. AGATHOCLIANI ‖ DO. LEGO LIBERTIS MEIS VTRIVSQVE SEXSVS ‖ POSTERISQVE EORVM. ET IIS QVOS MANVMITTI ROGAVI. IBIQVE TABERNAM FIERI ‖ INQVE EAM REM CONSVMI HS. N. IↃↃↃ ‖ ARBITRATRV AGATHANGELI COL-LIB. — Ravennae. Marini *Atti* 1. p. 270. Morcelli St. 2. p. 115.

4354. C. IVLIVS CAE‖DVS LIB. SAMIARIS ‖ QVINTIANVS[1]) SALVTEM ‖ CVM PETIERITIS A ME ‖ VT SI CVI QVID VESTRVM ‖ HVMANITVS ACCIDERIT ‖ IS IN LOCVM QVI EST IN ‖ FVNDO AESCHINIANO MEO ‖ INTRANTIBVS AVIA PARTE ‖ LAEVA AMONVMENTO TES‖TACIO[2]) PER LONGITVDINEM ‖ PEDVM CLXXV. LATITVDIN ‖ AMACERIA INTRORVRSVS[3]) ‖ PEDVM XXV. INFERATVR ‖ ID IVS CONCEDERE ME ‖ HAC EPISTVLA NOTVM ‖ VOBIS FACIO. BENE VALERE ‖ VOS CVPIO ‖ DATA XIII. K. IVLIAS IN HORTIS ‖ STATILIAE MAXIMAE ‖ CEIONIO COMMODO ET ‖ CIVICA POMPEIANO COS.[4]) ‖ SAMYARIS DORYPHORION. — Romae. Grut. 874, 5.

1) Corrupta haec. Pighii Ms. DVOB. LIB. LAMIARI ‖ QVIRITIALI. 2) i. e. *testaceo.* 3) *introrsus* v. Hagenb. *Diptych. Quir.* p. 197. 4) p. Chr. 136.

4355. D. M ‖ ARRIAE APOLLONI‖AE PARENTI ET PATR. ET ‖ ARRIAE THELESPHORIDI ‖ CONIVGI VIRGINEAE Q. V ‖ ANNIS XXXXV. FECIT CN ‖ ARRIVS ABASCANTVS ‖ SIBI ET ARRIAE PHONE FILIAE SVAE ET LIB ‖ LIB. Q. POST. Q. EOR. IN HOC MONVMENTO SIVE ‖ SEPVLC. CORP. PER AEDIL. INFERRI LICEBIT.[1]) — Romae. Grut. 932, 8.

1) *Permissu Aedilium*, ut Grut. 662. *corporibus tralatis perm*(issu) *Trib. Pl.*

4356. Q. POMPEI‖IVS (*sic*) Q. F. PVB[1]) ‖ SEVERVS ‖ VER.[2]) MIL. LEG ‖ XIIII. G. M.[3]) V ‖ AN XL. STIP. XIX ‖ H. S. E. T. F.[4]) I. H. F. C.[5]) — Mogontiaci. Fuchs 1. p. 144.

1) Publilia. 2) Verona. 3) Geminae Martiae. 4) Testamenti formula, ut omnibus literis legitur ap. Fuchs. 1. p. 141. Rarissima haec est nota in lapp. sepulcr. v. c. Grut. 540, 1. 5) Ipsius heres fieri curavit.

4357. C. ALYPIVS DADVCHVS PAETVS ‖ FECIT SIBI ET ‖ LIBERTABVS[1]) SVIS POSTERISQVE ‖ EORVM ‖ ET LEG. PHILEMONI ET HELLADI ‖ AMICIS IVS VNIQ.[2]) AEDICVL. ET ‖ C. RVFO ET APOLLONIO HELLOPI ‖ COL.[3]) MEIS SING. IVS SING. AEDIC. ET ‖ TROPIDI ET SYNTROPIO CRESCENTI ‖ IVS SINGVLAR. AEDICVL. T.[4]) T. MARCIO ‖ ET PHILEMO IVRA C. SEMPRONII. AMICI ‖ ET CONLIBERTI.[5]) FIDEI VESTRAE COM‖MITTO. NE QVIS VENDAT AVT ABALIE‖NET. SED VTI HIS. QVI SVPRA SCRIPTI ‖ SCRIPTAEVE SVNT. PER ME ET MEOS ‖ POSTEROSQ. SINGVLA HAEC BENEFICIA ‖ FACIENDA PRAESTABVNTVR.[6]) ‖ H. M. H. N. S. — Romae. Grut. 856, 6.

1) Cur omittit *Libertis?* 2) unicae. 3) Collibertis. 4) f. ET. 5) Vocativus videtur. 6) nota soloecismum.

4358. D. M ‖ M HERENNI ‖ PROTI. V. A. $\overline{XXII}$ ‖ M. $\overline{II}$. D. $\overline{V}$. FECERVNT PARENTES ‖ M. HERENNIVS AGRICOLA ET ‖ HERENNIA LACENA FILIO ‖ CHIROGRAPHVM. OLLARIA N. $\overline{IIII}$ ‖ CINERARIA N. $\overline{LIII}$. INTRANTIBVS PARITE LAEVA QVE SVNT IN MONVMENTO ‖ T. FLAVI ARTEMIDORI QVOD EST VIA ‖ SALARIA IN AGRO VOLVSI BASILIDES ‖ IENTIBVS AB VRBE PARTE SINISTRA DO‖NATIONIS CAVSA MANCIPIO ACCEPIT ‖ M. HERENNIVS AGRICOLA DE T. FLAVIO ‖ ARTEMIDORO HS. N. I. LIBRIPENDE M ‖ HERENNIO IVSTO. ANTESTATVS EST.[1]) TI ‖ IVLIVM. EROTEM. INQVE VACVAM POSSESSIONEM EARVM OLLARVM ‖ ET CINERARIORVM T. FLAVIVS ARTE‖MIDORVS HERENNIO AGRICOLE IRE ‖ AVT MITTERE OSSAQVE INFERRE PER‖MISIT SACRVMQVE QVOTIENS FACE‖RE VELLIT HERENNIVS AGRICOLA ‖ HEREDESVE EIVS PERMISIT CLAVISVE EIVS MONVMENTI POTESTATEM FACTV‖RVM SE[2]) DIXIT DOLVMQVE MALVM ‖ HVIC REI ABESSE AFVTVRVMQVE ‖ SE HAEC RECTE DARI FIERI PRAESTARI ‖ QVE STIPVLATVS EST. M. HERENNIVS ‖ AGRICOLA SPEPONDIT. (*sic*) T. FLAVIVS ‖ ARTEMIDORVS. ACT. XVIII. K. IANVAR ‖ C. CALPVRNIO FLACCO L. TREBIO ‖ GERMANO COS.[3]) — Repertum Romae, nunc Londini. *Philosophical Transactions* 1736. Vol. 39. p. 212. Mur. 337, 5. et 439, 1. v. *Observatt. ad vetus Chirographum Thes Murat., quas praeside* Christoph. Saxe *defendet* Gerard. van Lom. *Traiecti ad Rh.* 1757. 4. Corrupte in quibusdam apud Spangenberg p. 154.

1) scil. Herennios Agricola. 2) Galeus et Sax. volunt *sic*. Hagenb. Mss. erat, ita ut ES absumptam ait similibus literis in AFVTVRVMQVE SE. 3) Mur. refert ad a. p. Chr. 174., Saxius intra annos 197 — 205. Consules hos suffectos. — Ceterum inter testamenta, quae ad nos pervenerunt, eminet DASVMII, repertum propter Viam Appiam in vinea *Sancti (?) Ammendola*, ac novissime editum a Puggé V. Cl. in *Rhein. Museum* 1. 3. p. 249. Est tamen nimis mutilum, quam ut hic recipi potuisset. Notanda ex eo formula sic suppleta a Puggé. *Haeres esto, si se nomen meum laturum promiserit*, et PHILVRAM CALCVLATOREAM: pro libro s. tabulis calculatoriis.

4359. (EXEMPLVM CODICILLORVM)[1]) ‖ HAVE. MICHI. DOMINE. PATER ‖ VALE. MICHI. DOMINE. PATER ‖ CVM. AD. IF.[2]) HAEC. DICTAREM. INFELI‖CISSIMVM. IF. AESTIMAVI. VT. ERAS ‖ CVM. ME. HOC. MITTERES.[3]) PETO. VT ‖ MONVMENTVM. MIIII. FACIAS. DI‖GNVM IVVENTVTI. MEAE. A. TE. PE‖TO. EVTICHIANVM. ALVMNVM ‖ MEVM. MANVMITTAS. VINDICIA‖QVE. (*sic*) LIBERES. ITEM. APRILEM. SE‖RVVM. MEV. (*sic*) QVI. SOLVS. EX. MINIS‖TERIOMIO.[4]) SVPERAVIT. SCRIPSIT.[5]) XV ‖ KAL. APRIL. SIRMI. L. CALPVRNIO ‖ PISONE. P. SALVIO. IVLIANO.[6]) — Cephaloedii in Sicilia. Bulletin *des Sciences*, Février 1827. p. 152. Exemplum hoc codicillorum vel pater defuncti, vel potius grati liberti, quorum nomina insunt, videntur incidi curasse.

1) Uncis inclusa haec sunt in Diario illo. Marchio Haus suspicatur, initio deesse quaedam. 2) Videntur literae ligatae. Ceterum recte utrobique Haus legit: TE. 3) Sive sensu idem: *ut eros cum hoc mitteres*. Est potius. „ut eras infelix, quam

(v. c. in militiam Pannonicam profecturo) mihi valedicens, me HVC, scil. Sirmium mitteres." 4) l. MINISTERIO MEO. Haus. Recte. 5) l. SCRIPSI. 6) Coss. p. Chr. 175. In Fastis *Almel.* est *M. Salvius Iulianus.* Locramur hinc praeterea Calpurnii Pisonis praenomen, quod excidit e Fastis.

4360. IVLIANI ‖ POSTVMIO IVLIANO C. M. V.[1]) OB MERITVM AMOREM ET RELIGI‖ONEM QVAM ERGA CIBES VNIVERSVS (*sic*) HABERE SATIS DIG‖NATVS EST QVIQVAE (*sic*) TESTAMENTO SVO MEMOR ‖ HONORIFICENTIAE N . . . . E[2]) MEMORIAE RETI‖NES[3]) (*sic*) TESTAMENTOQVE . . . . . SA[4]) CVI VOCABVLVM ‖ EST FVLGERITAM TER . . . . . NESTINO[5]) NOBIS VNI‖VERSIS CIBIBVS QVOS MAGNA ADFECTIONE DI‖LIGEBAT RELIQVIT CVIQVE OB EADEM CONTEMPLA‖TIONE DIGNISSIMO PATRONO CVIVS OMNES REQVI‖MVS[6]) DEFENSIONEM ET VINDICIVM (*sic*) STATVAM PROMP‖TO ANIMO ERIGENDAM CENSVIMVS ADQ. OB[7]) NIMIO ‖ AMORE CIVICO SECVNDVM[8]) IN ANNO VEL AMPLIVS VNIVERSI ‖ CIVVES (*sic*) PRAE.[9]) AEPVLVM CELEBRATVRI EXPL. TESM.[10]) PARTIS ‖ POS. IVLIANVS V. C. SANVS SALBVS SANA QVOQVE MENTE IN‖TEGROQVE CONSILIO MEMOR CONDICIONIS OMANE (*sic*) TESTAMENTVM ‖ FECI. INTER CETERA CIVIBVS PRAE. OMNIBVS DARI BOLO (*sic*) EX ‖ MASSA PRAE. KASAM CVI VOCABVLVM EST FVLGERITA ‖ REGIONI CAMP. TERR[11]) ‖ PRAE. ITA VT AD MEMORIAM ‖ MEAM PER SINGVLOS ANNOS SINE DVBIO COLANT ‖ SPIRITVM MEVM.[12]) ITA TAM.[13]) VT CONLOCENT STATVA NOMINE ‖ MEI IN FORO ET HOC IPSVM EXPL. TESTAM. ASCRIBANT IBI ET NON ‖ HAET.[14]) POTEST DEXTRAENDI (*sic*) VT SI QVADO (*sic*) ALLIENARI BOLVERINT ‖ FISCVS POSSIDEAT ‖ *In latere basis dextro:* DEFVNTVS (*sic*) XVI. KAL. DEC ‖ D. N. ARCADIO AVG. ET BAVTONI ‖ V. C. CONSS ‖ DD. DIE IV NONAS ‖ MAR. COSS. SS.[15]) — Praeneste. Foggini *Fasti* p. VII.

1) *clarissimae memoriae Viro.* 2) f. *nostrae.* 3) *retinens.* 4) *kasam.* 5) *territorio Praenestino.* 6) *requirimus.* 7) *adque obitum* Fogg. Male, si quid video. Est potius *atque ob nimio amore*, ut supra *ob eadem contemplatione.* 8) i. e. bis. 9) *Praenestini.* 10) *Exemplum testamenti.* 11) *regionis campestris*, i. e. in planitie positae, *territorii Praen.* 12) nota hominem gentilem iam uti loquendi modo, qui Christianismum aliquatenus redoleat. 13) *tamen.* 14) *habeant.* 15) Consulibus supra scriptis p. Chr. 386.

4361. C. APIDIVS. PRIMVS. SIBI. ET ‖ ARISTIAE. ARCHE ‖ PATRONAE. VXORIQVE. SVAE. ET ‖ SVIS. TESTAMENTO. SVO. POSTERISQ ‖ EORVM. ET. OSSVA. EORVM. QVANDO ‖ QVIQVE. EORVM. DECESSERIT. IBI ‖ CONDI. IVS. POTESTASQVE. ESTO. — Ex Passioneo p. 62. 10. Polcastro p. 153. 36.

4362. D. M ‖ Q. REMMIVS ‖ IANVARIVS F. ‖ SIBI ET MEMMIAE ‖ ZELE. VXORI KARI ‖ CVM QVA VIXI ‖ A. XXXII. TE ROGO ‖ FILI. KARISSIME ‖ NE QVIS VELIT ‖ AMPLIVS POST ‖ ME IN HOC TVMV‖LO ALIVT. (*sic*) INFERRE ‖ ET VOS LIB. LIBQVE ‖ IVBEO PRAEST.[1]) — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 1-5.

1) Marinius supplet *praesto esse;* quidni *praestare?*

4363. DIIS MANIBVS ‖ L. CALPVRNI RESTITVTI ‖ EX TESTAMENTO ‖ FACTVM ARBITR[1]) ‖ HEREDVM ‖ CALPVRNIA ‖ RESTITVTA ‖ HIC.[2]) — Romae. Grut. 863, 14.

1) arbitratu. 2) Sic aliquoties pro *hic situs s. conditus est.* Murat. 1720, 10. 1754, 11. Fabr. p. 147, 179. Mur. 1574, 10. 1296, 3. 1680, 9. HIC EST ut Grut. 995, 3.

4364. ANTALCIDES ‖ AVGVSTORVM ‖ LIBERTVS ‖ AELIAE ‖ CONIVGI ‖ ET SIBI ‖ ITA VT POST MORTEM MEAM ‖ PERTINEAT HOC SEPVLCRVM ‖ AD POSSESSIONEM ‖ FVNDORVM NAEVIANI ET CALPVRNIANI. — In agro Tusculano. Morcelli St. 2. p. 103.

4365. T. HELVIO T. F. BASILAE ‖ AED. PR. PROCOS. ‖ LEGATO CAESARIS AVGVSTI ‖ QVI ATINATIBVS HS. CCCI ƆƆƆ CCCIƆƆƆ CCCIƆƆƆ CCCIƆƆƆ LEGAVIT VT LIBERIS EORVM ‖ EX REDITV DVM IN AETATEM ‖ PERVENIRENT FRVMENTVM ‖ ET POSTEA SESTERTIA ‖ SINGVLA MILLIA DARENTVR ‖ PROCVLA FILIA POSVIT. — Atinae. Candidi-Dionigi *Viaggi* p. 60.

4366. Custodia sepulcrorum vel libertis committebatur, vel in sepulcri vicinia aedificium vel taberna construebatur, ea conditione, ut, qui inhabitaret, sepulcrum tueretur. Fragmentum Nemausi repertum. Grut. 496, 7.: SIQVIS EX IIS QVI SVPRA SCRIPTI SVNT CVM ‖ MORIAR. NON VIVET. SIVE POST MORTEM ME‖AM MORIETVR TVM QVI RELIQVI ERVNT IN ‖ EORVM LOCVM QVI MORTVI ERVNT ALIOS PER SVF‖FRAGIA SVBSTITVANT QVOS DIGNISSIMOS ‖ PVTAVERINT. DVM NON MINVS INPERPETV‖VM TRIGINTA SINT. LICEATQVE IIS QVI PRAE‖SENTES ESSE IIS DIEBVS NON POTERVNT IN ‖ LOCVM SVVM CONVIVAM EX AMICIS SVIS ‖ MITTERE EIVSQVE MAESOLEI CLAVES DVAE PE‖NES ALIQVEM LIBERTORVM MEORVM ET CVRA‖TOREM CVIVSQVE ANNI SINT. (Sequuntur *substitutorum* nomina novem.)

4367. CHARITO ‖ LIB. ‖ PROC. ‖ CVSTODIAE ‖ SEPVLCRI. — Romae. Fabrett. p. 393, 268.

4368. D. M ‖ MINDIA TYCHE FECIT SIBI ET SVIS ET ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQ ‖ EORVM CVM AEDIFICIO ET TABERNA ‖ CVSTODIAE TVTELAEQVE CAVSA. — Sine loco. ibid. 267.

4369. DIIS MANIBVS ‖ SACRVM ‖ TI. CLAVDIO ACVTO ‖ AEDITVO AEDIS ‖ CONCORDIAE QVI VIXIT ‖ ANNIS LXXXVI. SINE VLLA ‖ OFFENSA IVLIA CLASSICA BENE ‖ MERITO ERGA SE..... LIBERTIS ‖ LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM ‖ LOCVS SEPVLCHRI CONTINET ‖ PER CIPPOS DISPOSITOS IVGER ‖ QVATTVOR ET NVBILARE.[1]) LOCVS HABITATIONIS ‖ TVTELA MONIMENTI. — In Villa Pinciana. Zaccaria *Istituzione* p. 340.

1) alias *nubilarium* v. Varr. *R. R.* 1, 13. Colum. 1, 6.

4370. VELIVS FIDIVS IVBENTIO CELSO[1] ‖ COLLEGAE SVO SALVTEM. DESIDERI[2]) FRATER ‖ ARRI. ALFII.[3]) ARRIAE FADILLAE. DOMINI N ‖ IMP. ANTONINI AVG. MATRIS. LIBERTI LIBEL‖LVM TIBI MISI. COGNITI MIHI EX LONGO ‖ TEMPORE. PRIMAE IVBENTVTIS. ETIAM MIRA‖TVS CVM[4]) AB AEDIBVS ESSEM. QVOT EO LO.[5]) SE ‖ CONTVLISSET. A QVO DIDICI CAVSAS REQVI‖TIONIS.[6]) SET ET RELIGIONIS. MAGNOPE.[7]) A DO‖MINO N. IMP. IMPETRASSE. ITA NE QVA MO‖RA VIDEATVR. EI PER NOS FIERI LIBELLVM ‖ SVBSCRIPTVM. PER EVDEM[8]) PVBLICVM SINE ‖ MORA MIHI REMITTAS. OPTO TE SALVOM ET ‖ FELICEM ES.[9])

EXEPLV. LIBELLI DATI.

CVM ANTE HOS DIES COIVGEM ET FILIVM ‖ AMISERIM. ET PRESSVS NECESSITATE CORPORA ‖ EORVM FICTILI SARCOFAGO. COMMENDAVE‖RIM[10]) DONIQVIES[11]) LOCVS. QVEM EMERAM AEDI‖FICARETVR. VIA FLAMINIA INTER MILIAR. II ‖ ET III. EVNTIBVS AB VRBE PARTE LAEVA CV‖STODIA MONVMENTI FLA. THVMELES. A. MESO‖LO. M. SELI. ORCILI.[12]) ROGO. DOMINE PERMITI‖TAS MIHI IN EODEM LOCO. IN MARMOREO SAR‖COFAGO. QVEM MIHI MODO COMPARAVI. EA ‖ CORPORA COLLIGERE. VT. QVANDONE.[13]) EGO ESSE DESIER.[14]) PARITER CVM EIS PONAR.

FERETRVM FIERI PLACET. IVBENTIVS CELSVS ‖ PROMAGISTER. SVBSCRIPSI. III. NON ‖ NOEMB. ANTIO POLLIONE ET OPIMIANO ‖ KOS. ORDINARIS.[15]) SEVERO ET SABINIANO ‖ COS. — Romae. Grut. 607. 1., cuius typum dedi. Murat. 572. 1.

1) *Celso* om. Mur. 2) Est compellatio blanda Velii Fidii ad Iuventium Celsum collegam, quem secum promagistrum vocat fratrem. Iuventius fuit, puto, multinominis, etiam *Desiderius* dictus. Hagenb. 3) *Alphii.* Mur. 4) CVM SE AB AEDIBVS. Mur., quod Hagenb. explicat: *quum seorsim ab aedibus essem*, quum abessem ab aedibus; nescio quam bene. 5) *eo loco*, in eum locum: Hagenb. 6) requisitionis. 7) magnopere. 8) FVDEM. Mur. Sed praestat: *eundem* servum publicum. 9) *esse.* Corruptus hic est Mur. typus. 10) Cfr. Pandect. l. 14. §. 4 *D. de relig.: Si quid ad corpus custodiendum, vel etiam commendandum factum sit impensae.* 11) *doniquum eis* Hagenb. Ego praeferam: *donique is.* 12) Flaviae Thymeles a mausolaeo M. Sellii Orcilii. Corrupta haec ap. Mur. 13) Sanum videtur pro *quandocunque.* 14) desiero. 15) Ordinariis iunge cum Severo et Sabiniano p. Chr. 155. Rarissimum hoc, ut Consules et ordinarii et suffecti una memorentur.

4371. COTTIA A. COTTI F. GALLA ‖ TESTAMENTO FIERI IVSSIT ‖ A. COTTIO PATRI PRO. COS ‖ HISPANIAE ET PACVLLAE MATRI ET ‖ A. COTTIO FRATRI. QVAESTORI. AED. ‖ PLEBI. ET MEMMIAE GALLIAE AVIAE ‖ HVIC MONVMENTO TVTELAE[1]) NOMINE ‖ CEDVNT AGRI PVRI IVGERA DECEM ET ‖ TABERNA. QVAE PROXIME EVM LOCVM EST. — Romae. Grut. 399, 1.

1) „tutela, ἀσφάλεια, ad securitatem et impensas, quibus sarta tecta integraque monomenta praestantur; v. Varr. *R. R.* 1, 14." Gud.

4372. LIBERTORVM ‖ C. ARRENI MARCIANI ‖ ET POSTERIS

EORVM ‖ ET QVI IN HOC MONVMENTVM ‖ TVENDVM CONTV-LERVNT. — Romae. Grut. 952, 5.

4373. CAECILIAE D. D. CAECILIOR ‖ TROPHIMI ET LOGI LIB. HELPIDI ‖ D. CAECILIVS VINDEX AVIAE PIENTISS ‖ FECIT ET LIBERT. LIBERTABVSQ. POSTE‖RISQVE EIVS. ET PRAECEPIT VT AD ID ‖ SEPVLCHRVM HORTVS QVI EST CINCTVS ‖ MACERIA ET DIETA AIVNCTA. IANVAE ‖ CVSTODIAE CAVSA SEPVLCHRO CEDAT ‖ ET ITVM ADITVM AMBITVM SACRIFI‖CĪQVE FACIVNDI CAVSA PROXIMIS ‖ EIVS RECTE LICEAT. — Romae. Grut. 964. 2. cfr. Wunderlich *de usu inscriptt. Rom. in iure*, Quedlinb. 1750, 4. et Walch ad Gorii *Xenia* p. 51.

4374. L. APISIVS C. F. SCAPTIA. CAPITOLINVS ‖ EX TESTAMENTO FIERI IVSSIT MONVMEN ‖ ARBITRATVM (*sic*) HEREDVM MEORVM. SIBI ET SVIS

· · · · · · ·	NVTRICI . . .	NE . . TAE[1])
C. APISIO C. L EPAPHRAE. PATRI C. APÍSIO C. F CAPITÓNI FRAT C. APÍSIO C. L FÉLÍCÍ TATAE HVIVS MONV DOLVS MAL ABESTO ET IVRIS. CONSVLT[2])	OSCIAE Ↄ. L PRIMIGENIAE MATRI	APISIAE C. F RESTITVTAE SORORI ET LIBERTIS LÍBERTÁBVSQ MEÍS. POSTERISQ EORVM. IN AG. P. $\overline{XII}$ IN FR. P. $\overline{XXIV}$

IN. HOC. MONVMENTO. ITVS. ADITVS. AMBITVS. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE MEIS. OMNIB ‖ PATEAT. H.. ES... RVEM.[3]) DATO. AD SACRIFICIA FACIENDA. QVOTIENS. QVOMQVE. OPVS ERIT. — Romae. Grut. 662, 5. 857, 13. Marini *Iscr. Alb.* p. 63.

1) bene meritae. 2) cfr. Grut. 903, 12. *Ab iis omnibus dolus malus abesto et ius civile*, quod immerito suspectum erat Maffeio *Art. crit. lap.* p. 246, v. Marin. l. l. et eund. *Atti* 2, p. 556. 3) *Heres etruem dato.* Marini.

4375. P. IVLIO P. F. FESTO ‖ P. IVLIVS FESTVS ‖ DAT DONVM LIBENS ‖ AGRVM ET PVTEVM ‖ MACERIA CLAVSVM ‖ NEPOTI CARISS ‖ EX TESTAM. — Romae. Mur. p. 477, 6.

4376. ARRIAE ONFALE ‖ L. ARRIVS FARVSE[1]) ‖ T. CLAVDIVS STAFILVS ‖ CONIVGI B. M. FECERVNT ‖ ET LIBERTABVS[2]) POSTERISQ ‖ DONATIO DATA PARTIS DIMIDIAES[3]) ‖ L. MVMIO FORTVNATO. — Perusiae (non Romae.) Grut. 759, 5. Mur. 1301, 13. Vermiglioli *Iscris. Per.* T. 2. p. 318.

1) l. FARVS ET; nota unius mulieris coniuges duo. 2) mire omittitur *libertis*, ut supra N. 4357. 3) Sic *ex partibus aequis* ap. Reines. Cl. II. 37.

4377. LIBERTIS ET FAMILIAE ‖ TI. TI. CLAVDIORVM ‖ EROTIS ET FELICIS ‖ AVG. L. A RATIONIBVS ‖ POSTERISQVE EORVM ‖ STABVLVM CVM PRAESEPIIS ‖ ET CELLIS HVIC LOCO ‖ MACERIA CLVSO CEDIT ‖ ET PVTEVS ET PISCINA CVM ADITV COMM. DEPVB.[1] — Romae. Grut. 588, 3.

1) communi de publico.

4378. C. VALERIO ANTHIOCO
PATRI LAEVIAE ET MARI. VERO
SVPER. FLV. ATHESIS
HVIVS MONVMENT. EMPTIONI
ACCESSIT ITER. AC IVS
AD PVTEVM HAVSTVS. AQVAE
EX SVBVRBANO RVTILIANO. — (Veronae.) Aldi *Orthogr.* p. 532. 12. Haec quia sensu eassa sunt, omissa fuisse videntur a Grutero eet. Murat. quidem 1283, 3. priorem particulam ita dedit: „Veronae in Burgo Saneti Zenonis. E schedis Capponiis: C. VALERIO ‖ ANTIOCO ‖ PATRI ‖ LAEVIAE ‖ T. F. MATRI." Unde manifestum fit, mira illa in medio titulo sepulcrali *Vero-Athesis*, ridiculo quodam casu ita fuisse illata, quum nihil aliud esset nisi inscriptio fragmenti sepulcralis ad Athesin reperti: *Huius-Rutiliano.* Haec posteriora laudaverunt Cniaç. Lib. XIII. *Observatt.* C. 36. et ex eo Brummer. p. 232. (habetque Murat. 490, 5. Or.) Usus aquae in inferiis. cfr. similia ap. Maff. *Mus. Ver.* 259, 2. Hagenb. Mss.

4379. D. M ‖ P. AEL. AVG. LIB. IOBACCHVS FECIT. ET ‖ PEDATVRAM DEDIT ANTE TITVL. P. XXX ‖ ANTE FRONTE. P. XXX. ET IN AGRO QVOQ ‖ P. CENTENOS. YACINTHO VERNA SVO ‖ ET SIBI LIBER. LIB. LIBERTABVS SVIS POS‖TERISQVE EORVM. EXCIPIT ITVS ACTVS ‖ ADITVS AMBITVS ITEM AQVAE AERAM ‖ FVNEM PISTRINI. FVRNI. VIRGAR. LIGNI ‖ SACRIFICIIS FACIVNDIS ET CETERA QVAE ‖ IN LEGE PVBLICA CONTINENTVR. HOC MO‖NVMENTVM HEREM NON SEQVITVR ‖ H. M. D. M'. A, B, M, M, C'.[1] ORFITO' ET' PRISCO' COS'.[2] — Romae. Donati 1. p. 168, 1.

1) Huic monum. dolus malus abesto. Bene merenti memoriae causa. 2) p. Chr. 149.

4380. D. M ‖ CLATIA MEGISTE ‖ L. SATRIO BASSO ‖ MIL. LEG. III. CYRENAEICAE ‖ 7. CAPITONIS ‖ CON. B. M. FECIT ‖ ET SIBI POSTERISQVE EORVM ‖ ITV. AMBITV ‖ CORONARE. SACRIFICARE. — Romae. Grut. 560, 5.

4381. D. M ‖ P. SERVILIVS PHILETVS ‖ SERVILIAE TYCHE ‖ LIB. SVAE ‖ ET ‖ IVLIVS EVPHEMVS ‖ FECERVNT ‖ BENEMERENTI ‖ VIXIT ANNIS XXV ‖ ITV. AMBITV. SACRIFICIVM ‖ FACIVNDI.[1] — Romae. Grut. 951, 7.

1) cfr. Fabr. p. 265, 104. Salmas. *ad Capitolin.* ed Hack. T. 1. p. 298. Brummer p. 234. Hagenb.

4382. D. M ‖ ACVTIA TYCHE. IVLIA ARCHE ‖ VIX A. XXIIX ‖ ET IN EO MON ‖ ITV. ACT. AMB. IN ‖ LAT. MORT. MORT ‖ INFERRE. CORON ‖ SACRIF. SACRIF. FAC. EI. A. Q. ER. PP. R. L[1]) ‖ FIL. PIENTISSIMAE ‖ IN F P VII. IN A P. VI. — Romae. Fabrett. 7, 29.

1) i. e. „et in eo monumento itu actu ambitu ialatos mortuos mortuasve inferre coronare, sacrificare, sacrificium facere ei aut qui erunt proximi, recte licet;" ita Fabrett.

4383. D. M ‖ SEX. VINIO DAMA ‖ ET NAEVIA TYCHE ‖ FECIT FLAVIVS ‖ PRIMIGENIVS ET ‖ ADITVM DIDIT. (*sic*) — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 163, 10. *itum*, *ambitum dedit*, in aliis.

4384. DIS. MANIB ‖ ANNIVS SOCRATES GAMIGENIS[1]) ‖ SVAE FECIT ‖ HVIC MONVMENTO VSTRINVM ‖ APPLICARI NON LICET.[2]) — Romae. Grut. 755, 4.

1) f. *Gamiceni.* 2) cfr. Grut. 1044, 8.

4385. - - AD. HOC MONVMENTVM ‖ VSTRINVM APPLICARI NON LICET. — Romae. Fabr. p. 230, 608. it. p. 176, 351. Grut. 656, 3. cet.

4386. D. M ‖ M. AVRELIVS ROMANVS ET ‖ ANTISTIA CHRESIME VXOR EIVS ‖ FECERVNT SIBI. ET LIBERTIS LIBERTAB ‖ POSTERISQ. SVIS. ITEM LIBERTIS LIBERTABVSQVE ‖ POSTERISQ. EORVM MONVMENTVM CVM AEDIFICIO ‖ SVPERPOSITO. HOC AVTEM MONVMENTVM CVM ‖ AEDIFICIO NEQVE MVTABITVR. NEQVE VAENIET ‖ NEQVE DONABITVR. NEQVE PIGNORI OBLIGABITVR ‖ SED NEC VLLO MODO ABALIENABITVR. NE DE ‖ NOMINE EXEAT FAMILIAE SVAE. — Romae. Grut. 762, 5.

4387. D. M ‖ P. SVLLIO NARCISSIANO ‖ FILIO BENEMERENTI FECIT ‖ TERENTIA SECVNDILLA ‖ ET SIBI ET SVIS. POSTERISQVE ‖ EORVM. ITA NE DE NOMINE ‖ LIBERTORVM LIBERTARVMVE ‖ MEORVM POSTERISQ. EORVM. EXEAT. — In villa Pelucchi. Oderic. p. 227.

4388. D. M. A. LARCIVS ‖ ADIVTOR. FECIT ‖ MONVMENTVM ‖ SIBI. SVIS. LIBE‖RTIS. LIBERTABVS‖QVE. POSTERISQVE ‖ EORVM. HOC. M ‖ VETO. VENIRI. VETO ‖ DONARI. — Romae. Ex Marang. *App.* p. 146. Polcastro p. 139, 4.

4389. A. PHVRIO PHOEBO ‖ VIX. AN. X. M. III. D. XXIIX ‖ PHVRIA DIOGENIA MATER ‖ ET CN. POMPONIVS EVCARPVS ‖ PATER ‖ FILIO. PIENTISS. ET SVIS ‖ L. L. P. E[1]) ‖ HOC MONVMENTVM HEREDEM ‖ NON SEQVITVR ‖ H. M. D. A.[2]) — Romae. Grut. 700, 12.

1) Libertis libertab. posteris eorum. 2) Huic monumento dolus abesto. Nota filium a matre nominatum.

4390. Huic demum inscriptioni subiungimus antiquum illum, nec Ligorianum iocum *Huic monumento dolus malus et Ius civile* vel *Iuris Consultus abesto*, quem supra iam tetigimus. N. 4374.

ACILIAE. C. F. LEPIDAE ET ‖ C. AVRELIO C. F. ARN. PRISCO ‖ C. AVRELIVS CRESCENS L ‖ PATRONO BENEMERENTI ‖ FECIT. ET EORVM LIBERTIS ‖ LIBERTABVS. POSTERISQ. EORVM ‖ H. M. D. M. ET. I. C. A. — In Villa Corsini. Marini *Atti* 2. p. 556. cfr. Grut. 662, 5.: HVIC MONVMENTO DOLVS MAL. ABESTO ET IVRIS CONSVLT. — Gori *Etr.* 1. p. 195. Marini *Iscriz. Alb.* p. 64., ubi hoc refertur saxum Musei Zeladiani:

4391. ITER PRIVATVM A VIA PVBLICA ‖ PER HORTVM TRANSIENS PERTINENS ‖ AD MONVMENTVM SIVE SEPVLCRVM ‖ QVOD AGATHOPVS AVG. LIB. INVITATOR ‖ VIVENS ET IVLIA EPICTESIS FECERVNT ‖ AB IIS OMNIBVS DOLVS MALVS ABESTO ET IVS CIVILE. — *Lis abeat* ap. Grut. 903, 12. mihi admodum est suspectum, quamvis non dubitante Marinio l. l. Est enim inscriptio Hispaniensis Stradae, plura singularia et vix sincera exhibens.

4392. L. HOSTILIVS FORTVNATVS ‖ SIBI ET ‖ HOSTILIAE IANVARIAE FILIAE ‖ ITEM LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS ‖ POSTERISQ. EORVM FECIT ‖ EXTERAE FAMILIAE ADITVS NON DATVR ‖ NEC IVRE QVIS IN HOC MONVMENTO ‖ OLLAS EMET. — Romae. Reines. p. 665, 45. Fabrett. p. 95, 212.

4393. TREBELLIA Ͻ. L. TERTIA ‖ SIBI ET ‖ SILIAE L. ET Ͻ. L. FELICIAE DELICIO ‖ LIBERTABVSQVE SVIS. ITA NE QVIS VBI ‖ EGO CONQVIESCO COMBVRAT. AVT CINERES ‖ SVAS PONAT. QVAE ADVERSVS FECERIT. VIRGINIBVS ‖ DAMNAS ESTOD. HS. ∞. II. M. HN. S. — Oxoniae. Marm. Oxon. *Chandl.* p. 132, 18.

4394. P. EGVLLEIVS. APOLLONIVS ‖ SEVIR. AVGVSTALIS ‖ MVNATIA. C. L. NOBILIS ‖ AMABILIS. DELICIVM. VIXIT ‖ ANNOS XII ‖ ALIVS. HOC. INFERETVR. NEMO. — Romae. Ex Marang. *App.* p. 170. Polcastro p. 140, 6.

4395. D. M ‖ ANTONIAE CLEMENTI‖NAE VX. P. RVFFIVS FL‖AVS.[1] M. F. ET S. VIV ‖ INQ. MEMORIAM ‖ PERPETVAM ‖ HORTOS COHERENTES SIVE SVB‖VRBANVM TRADIDIT LIB. LIBERI‖TABVSQ. EX FAMILIA VX. MARVLLO ANTROCLO. HELENAE TERI‖TVLLINAE. EXCEPITQ. NE QVIS ‖ EOS VENDERET. SET PER GENVS ‖ IPSORVM POSSESSIO DECVRRERET ‖ VEL PER ATNATOS (*sic*) VEL MANV‖MISSOS. — Tarracone. Grut. 755, 8.

1) Flavus.

4396. D. M ‖ ANNIA. CRESTINA ET ‖ C. SEXTILIVS MARIVS V. SIBI P. ‖ PETIMVS NE QVIS NOS ‖ INQVIETET EX ARCA NOSTRA ‖ NEQVE AB. ANTE. ALIAM PONAT. NEC ‖ COMMVTET. ID. QVOT. D. F. S-H. C.[1]) — Ravennae. Grut. 754, 16.

1) *Idem quotannis det fisco Sestertios centum.* Scalig. parum probabiliter; f. *Idem* (pro *item*) *quotannis divisio fiat sestertiorum centum*, in parentalibus.

4397. L. ALFIVS L. ET Ɔ. L. FELIX ‖ ALFIA L. L. ATHENAIS ‖ VIVOS FECIT SIBI ET SVIS ‖ ET LIBERTIS LIBERTABVS POSTERIS‖QVE EORVM ‖ HOC MONVMENTVM HEREDEM SEQVITVR[1] ‖ IN F. P. XIIII. IN AG. P. XII. — In Villa Corsina. Fabr. *αυτοπτης* p. 91, 180.

1) Rarissima haec est formula. Cfr. tamen Grut. 693, 3. 897. 4. H. M. Hrn. S. *Mus. Ver.* 291, 9. H. M. SS. E. H. NOSTRVM SEQVETVR. i. e. hoc mon. sive sepulcrum est, heredem. — In negativa formula frequentissime obvia interdum post *heredem* additur *exterum*. Fabr. p. 94. 205. Alias variatur ita: Hoc monumentum (ad) heredem non pertinet: Notae H. M. A. H. N. P. ib. 209. p. 95, 210. *Haec aedicla alium* (sic) *nomen non sequetur* ib. 211. *Exterus familiae aditus non datur: nec iure quis in hoc monumento ollas amet* ib. 212. H. M. S. S. H. N. S. i. e. *hoc monum. sive sepulcrum heredem non sequitur.* Cfr. Horat. *Serm.* 1, 8, 13.

4398. P. CÓCIDIVS ‖ SECVNDAE L. HEDISTVS ‖ FECÍT SIBI ET QVIBVS ‖ SECVNDA PATRONA EIVS ‖ ADSIGNÁVERIT CÁVERITQ ‖ ET IPSE. — Romae. Grut. 969, 8.

4399. C. IVLIVS IASON ET ‖ COCCEIA TRYPHAENA ‖ FECERVNT SIBI ‖ ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE ‖ SVORVM DVMTAXAT QVI ‖ EX FAMILIA EORVM FVISSENT ‖ IN FR. P. VI. IN AGR. P. VIIII. — Oxoniae. Fabrett. p. 151, 209. Marm. Ox. p. 40, 97. *Maitt.*

4400. AREA QVAE ANTE SE.[1]) EST MAHCERIA CINCTA HVIC M. C[2]) ‖ LONG. P. XLIIX. LAT. P. XXXIX ‖ L. CINGONIO APRONIANO ‖ ATLENA (ALTENIA Don.) NICE MATER ‖ FILIO PIENTISSIMO FECIT ‖ SIBI ET SVÍS LIB. LIBERTABVSQ ‖ EIS QVIBVS IN TESTAMENTO MEO ‖ HONOREM RELIQVERO ET CONIVGI. — Romae. Fabrett. p. 152, 221.

1) sepulcrum. 2) huic monumento cedit, ut ib. p. 223, 594.:

4401. LICTORIAE CHERVSAE. VIXIT ANNIS XV ‖ MENSIBVS VII. DIEBVS V. FECER. L. VETVRIVS PVDEN ‖ VIR ET LARCIA AVCTA MATER. HVIC MONIMENTO ‖ CEDIT CVM VINIOLA SOLA SVO FINE VINIAE ‖ ET E REGION. PISCINAE ET CANALIS VSQVE AD ARIAM ‖ ET AREA CVM EDIFICÍS ET HORREO ET CISTERNAE IN ‖ SOLAR. ET E REGION. EIVS VSQVE AT. AD ARVNDINETVM CVM ITIN ‖ QVAE SVN. DETERMINATA ET COLLIGE. IVG.. (i. e. et colligent iugerum) — (In civitate Castellana) cfr. p. 152, 222.: — lib. libertabusque meis posterisq. eorum quos testamento honoravero. In hoc monumento socium habeo nullum. Constat cum loco HS. XVI. cet.

4402. DIS. MANIBVS ‖ POMPONIVS ATIMETVS FECIT ‖ SIBI ET SVIS ET ‖ HELVIAE NEREIDI CONIVGI ‖ BENEMERENTI ET ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQVE ‖ MEQVM. QVOS TESTAMENTO ‖ HONORAVI ‖ ET POSTERISQVE EORVM. — Romae. Grut. 817, 12.

4403. P. MARCIVS P. F. MAXIMVS ‖ ET MESSENIA L. F. VALERIA ‖ FECERVNT SIBI ET SVIS LIBERTIS ‖ LIBERTABVSQ.

POSTERISQ. EORVM ‖ VT VSQVE AD VNVM EX DOMO EORVM ‖ QVI EXTITERIT POSSIDEAT. NE AT EXTERVM ‖ PERVENIAT. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 109.

4404. BAEBIVS. GEMELLVS. SASSINAS. MVNICIPIBVS SINGVLEIS INCOLEISQ. LOCA SEPVLTVRAE C. S. P.[1]) DAT. EXTRA[2]) AVCTORATEIS ET QVEI SIBI LAQVEO MANVS ATTVLISSENT ET QVAEI QVAESTVM SPVRCVM PROFESSI ESSENT. SINGVLEIS IN FRONTE P. X̄. IN AGRVM P. X̄. INTER PONTEM SAPIS ET TITVLVM SVPERIOREM. QVEI EST IN FINE FVNDI FANGONIANI. IN QVEIBVS LOCEIS NEMO HVMATVS ERIT. QVEI VOLET SIBI VIVOVS MONVMENTVM FACIET. IN QVEIBVS LOCEIS HVMATI ERVNT EI D. T.[3]) QVI HVMATVS ERIT. POSTERISQ. EIVS MONVMENTVM FIERI LICEBIT. — Prope Sassinam. Reines. VII. 20. Spon *Misc.* p. 264. Fabrett. p. 673, 11. Murat. 1773, 8. Recte Hag. Mss. ad Fabr. l. l. hunc titulum, ut sincerum contra Fabrettum defendit.

1) centum sua pecunia. 2) Omnia clara sunt, ubi *extra* illud explices, *extraquam*, *exceptis*. 3) dumtaxat. Versuum divisio incerta est.

4405. IN IIS AEDIFICĪS ET LOCIS ‖ PVRIS ADIACENTIBVS AEDIFICĪS SIVE IS LOCVS AGER EST ‖ AELĪ RVFINI MILITIS ‖ . . IVS (*cuius*) SE POSSESSOREM ESSE EX CAVSA EMPTIONIS. P ‖ AELĪ ABASCANTI PATRIS SVI ALFENIO SENECIONI SVBPRAEF ‖ CLASSIS PR. MIS. PROBAVIT ET MERVIT SENTENTIAM. QVAM IVS‖SV EIVSDEM SENECIONIS SVBPRAEF. HVIC TITVLO PROSCRIPSIT ‖

SENECIO C. C. C.[1]) DIXIT ‖

NECESSARIAM FVISSE INSPECTIONEM AEDIFICIORVM ET ‖ LOCI DE QVIBVS APVEME (*sic*) ACTVM EST. RE IPSA MANIFESTATVR ‖ CVM IGITVR AEDIFICIA SOLO PVRO POSITA DEPREHENDE‖RIM NEQVE VLLO SEPVLCHRO SVPERPOSITA VEL CONIVNCTA. AP‖PARET VENDITIONEM EORVM IVRE FACTAM IDEOQVE AD AELIVM ‖ RVFINVM MILITEM EX CAVSA EMPTIONIS PERTINERE VIDENTVR ‖ LOCI VERO SIVE AGRI QVEM ADIACENTEM AEDIFICIIS AELIVS ABAS‖CANTVS PATER RVFINI AB HEREDIBVS PATVLCĪ DIOCLETIS AEQVE ‖ MERCATVS EST. QVVM (*sic*) HABEAT PLVRIMA ET DISPERSIS LOCIS SEPVL‖CHRA. IVS PER VENDITIONEM TRANSFERRI AD EMPTOREM ‖ NON POTVISSET.[2]) CVM PATER RVFINI ET POSTEA RVFINVS QVAM‖QVAM NON IVRE FACTA EMTIONE SEMPER IN POSSESSIONEM ‖ FVERINT NVLLO IVRE EVM LOCVM VINDICARE SIBI PATVLCII POS‖SVNT. PLANE CVM IN RE PRAESENTI INSPEXERIM LITVRATVM AG. ET ERASVM PATVLCĪ DIÇVNT REMANERE IN STIPVL. CAPITA QVAEDAM EXPRIMENTIA HAEC VERBA. ACTIVS DIOCL. PATVL. DIOC. F. CVM FRATRIB. QVI NVNC HIC ADSVNT VENDVNT P. AELIO ABASCANTO ‖ LOCVM PVRVM IN QVO NVLLA SEPVLCHRA IACTA

SVPERPOSITA NEQ. CONIVNCTA ‖ APPARENT. LIB. NEP. PRONEP. Q. ET RELIQVA OB CONTEMPTVM TAMEN RELIGIONIS ‖ RVFINVS P. AELI ABAS. F. AGRO PRIVETVR FIETQ. PVB. SEPELIENDOR. MILITVM ‖ CLASS. PR. MIS. IN VSVM. HEREDES VERO PATVL. DIOC. MVLCTENTVR SORTE ‖ VNA CVM ANATOCISMO BINAE CENTESIMAE VSVRAE PROPTER NEGLECTAM ‖ RELIGIONEM SEPVLCHRORVM CLAM DIRVTOR. PAVPERESQVE MILITES ‖ CLASS. PR. MIS. DONATI SINT DVM AEGRESCVNT ET MORIVNTVR. NE AERE ‖ CONLATO CVRENTVR SEPELIENTVRQ. QVAM SENTENTIAM SANCTAM ESSE ‖ OMNES SCIVNTO IDQ. TOTVM TESTATVR MARMOR. — Neapoli. Grut. 208.

1) Calumniae Cavendae Caosa. 2) *potuit et* Gud.

4406. D. M. S.[1]) (*Asciae figura*)[2]) FL. PROBINCIA FECIT SIBI ‖ T. AELIVS[3]) SENTINIANVS FOR ‖ COR.[4]) 7 COH. II. VIG. PETIT A PONTIFFICES (*sic*) VT SIBI PERMITTERENT ‖ REFICERE N.[5]) MONVMENTVM ‖ IVRIS SVI. LIB. LIBERTABVSQVE ‖ SIBI ET SVIS POSTERISQVE EORVM. — Romae. Grut. 518, 4. Fabrett. p. 264, 94.

1) Habeut hoc Mazoch. 64, 5. Fabrett. l. l. 2) notanda dedicatio sub ascia in monumeolo Romano s. potius hominis Foro Cornelii oriundi. Quid? quod etiam in marmore Venesioo apud Lopulum p. 343. XIV. ascia visitur, Gallicum insigne. 3) T. Coelius. Maz. Fabr. 4) Foro Cornelii. 5) novum.

4407. C. HERIVS FELIX PATRON ‖ HERIAE HELPINIS ‖ HIC EST ‖ ILLE SITVS HERIVS FELIX COAEQVALIB ‖ CVNCTEIS. QVI VEIXIT ANNOS VIGINTI ‖ QVEI ME RELIQVIT LEIBERTA HELPINE ‖ ANNORVM NATAM XIII. SIBI ‖ VNICE CARAM. QVAE ILLIVS OSSA ‖ RESTITVI POST ANNOS VIGINTI ET ‖ MONVMENTVM NOBIS AEDIFICAVI ‖ QVI LEGIT. DISCAT ESSE PIVS. — Romae. Donati 2. p. 419, 1. Amadutii *Anecdota litt.* Vol. 4. p. 540, 52.

4408. HERACLIDES MENODOTI F ‖ CALLISTE MATRI SVAE ET ‖ MENODOTO FRATRI L. L. L. P. O. M. S.[1]) ‖

TI. PLAVTIVS LVPVS ‖ TI. PLAVTIVS EVARISTVS ‖ A. PLAVTIVS SINEGDEMVS ‖ HOC MONVMENTVM SVVM ‖ VIOLATVM VINDICARVNT ‖ RESTITVERVNT NOMINA ‖ OBITORVNT. (*sic*) — Florentiae. Grut. 724, 3. Gor. *Etr.* 1. p. 196. cuius typum dedi.

1) Id est: Libertis Libertabus posterisque omnibus monumentum statuit. Plautii, (cuius gentis libertos et Heraclidem cum suis fuisse puto) — *obitorum* iamque monumento hoic ante illatorum oomina restituerunt. Hagenb. Mss. Cfr. Gor. *Etr.* 1. p. 444, 76: Hic lapis et tutamen erit post morte sepulcr. et dabit indicium *obitos* hic esse sepultos.

4409. C. IVLIVS SEX. F. COR. POSTVMVS ‖ FVRIVS BERECVNDVS ‖ FVRIA PIETAS. M. FVRIVS TELESFORVS ‖ TITVLVM QVI PERIVIT ‖ ITAQVE BENEMERENTIB. PATRONIS ‖ NOVM. TITLVM. (*sic*) SVA IMPESA (*sic*) RESTITVIT ‖ C. BELLICIO TORQVATO ET ‖ TI. CLAVDIO ATTICO HERODE COS.[1]) —

Romae. Grut. 172, 10. 943, 1. Sed correctius ap. Don. p. 454, 13. Walchii *Xenia* p. 128.

1) p. Chr. 143.

4410. VIVIT. L. CORNELIVS ‖ L. EVGENIAE ‖ L. COR. GRATVS ‖ RESTITVIT DE SVO. IN FRO. P. $\overline{X}$. — Narbone. Grut. 867, 6. correctius ap. Maffei *Ant. Gall.* p. 27. Mur. 1578, 18. v. Zaccaria *Istituz.* p. 523.

4411. IVLIA LYCCE
HILARIONIS
CAESARIS CVBICVLAR
VIXIT ANNIS $\overline{XIIX}$. — *In postica facie:*
C. IVLIVS
EVPHEMVS

LAVRĒTI
VS. PETVS
RESTAVRAVIT. — Regii Lepidi. Mur. 906, 5. Donati 2. p. 511, 8., qui solus dat illa: *Laurentius* cet. Estne recentioris Itali nomen, qui antiquam epigraphen restitui curavit?

4412. DIS. MANIBVS ‖ EVTYCHETI CAES. $\overline{N}$ ‖ LIBERTO. QVI RELIQVIT ‖ COLLEGIO SVO DENDROPH ‖ HS. ∞ N. VT EX REDITV ‖ OMNIBVS ANNIS EI PARENTENT CVM REP.[1]) COLLEG. DENDROPH. AERE COLLATO BENE‖MERENTI ‖ SVRA ET SENEC.[2]) COS. — Romae. Gorii *Symb. Dec.* II. Vol. 9. p. 232.

1) quum REP. significare nequeat *cum republica*, ita separandum existimo CVM R. EP. i. e. *cum rosali epulo*. Cfr. *Mus. Ver.* 146, 3. Orellius. 2) i. e. Senecione. p. Chr. 107.

4413. D. D ‖ GEMINIAE P. FIL ‖ MAXIMAE ‖ STATVTA ‖ ODORAMENTA ‖ EX HS. ∞ ∞ ∞ ∞ ‖ PRIMA MATER ‖ MISERRIMA ‖ FILIAE CARISSIMAE ‖ ANN. X$\overline{VIIII}$. — Parmae. Grut. 1122, 12.

4414. FVTIAE C. F ‖ LOLLIANAE ‖ FILIAE PIISSIMAE. C. FVTI‖VS ONIRVS ITERVM $\overline{II}$. VIR. ITEM ‖ DEDIT DECVRIONIBVS HS. $\overline{X}$. N ‖ VT EX VSVRIS EORVM ‖ QVOD ANNIS[1]) $\overline{VII}$. IDVS APRILES ‖ NATALE FILIAE MEAE EPVLAN‖TES CONFREQVENTETIS ‖ HS. $\overline{CCCC}$. $\overline{N}$. ET IN PROFVSIONI‖BVS[2]) HS. $\overline{CC}$. $\overline{N}$. NEQVE IN ALIOS ‖ VSVS CONVERTATIS ‖ L. D. D. D. — Crotonae. Fabrett. p. 221, 587. ex Spon *Misc.* p. 161.

1) quotannis. 2) profusiones *parentales* vocantur ib. p. 147, 182.

4415. L. MAG. MACIANO ‖ CL. SEVERA MARITO ‖ KARISSIMO ET CORN ‖ VALERIO FIL. PIENTIS‖SIMO. ET MAG. PRISCI‖NIANO SOCERO B. M ‖ ET SIBI ET IN MEMO‖RIAM EOR. ET SVI. COLL ‖ N. B.[1]) AD ROSAS ET PRO‖FVSIONES O. N. F.[2]) AD ‖ HS. N. $\overline{LX}$. MIL. D. F. D. I. P.[3]) — Veronae. Grut. 803, 8.

1) *numeravit bivus* i. e. *vivus* (debebat *viva*) Scal. sed COLL. non *explicat*. Latet potius in his COLL. N. B. Collegii alicuius Veronensis nobis ignoti nomen.

2) omnium nomine faciundas. Fabrett. 3) Decurionum fide dividenda in publicum. Scal. Vrsat. Interpretatio admodum incerta; oleum ex usuris dumtaxat rosae et profusiones praebendae erant; neque vero ipsa sors HS. $\overline{LX}$. mil. in publicum dividenda.

4416. L. GRANIVS PVDENS VETER ‖ EX COH. $\overline{VII}$. PR. D. $\overline{VIII}$.[1]) D. P[2]) ‖ VT GENS EOS IN VSV‖RIS DENT ET DIEN[3]) FESTO ‖ SOLLEMNE OLEVM IN ‖ LVCERNA. QVEM DEDI D. P. EX VSVRIS PRAES‖TETVR. D. I. M.[4]) — Aenea lamina prope Montis Alcini urbem reperta. Donati 2. p. 287, 4.

1) *dedi* VIII, denariosne, an HS. octo millia nummum? 2) *de pecunia* interpretatus est scriptor Diarii Lit. Flor. 1752. p. 124. Est potius *de peculio* (castrensi.) 3) *die natali* (meo.) 4) *Diis Manibus* in fine aliquoties reperitur. I. inter utrumque D. M. puncti instar habendum est, neque vero explicandum: *Inferis*.

4417. V. F ‖ T. VETTIVS T. L ‖ HERMES ‖ SEPLASIARIVS ‖ MATER[1]) GENVIT. MATER RECEPIT ‖ HI HORTI ITA VTI OPT. MAXIMIQ.[2]) SVNT ‖ CINERIBVS SERVIANT MEIS ‖ NAM CVRATORES SVBSTITVAM ‖ QVI VESCANTVR ‖ EX HORVM HORTORVM REDITV ‖ NATALI MEO ‖ ET PRAEBEANT ROSAM IN PERPETVVM ‖ HOS NEQVE DIVIDI ‖ NEQVE ALIENARI VOLO. — Gratiani opp. Montisferrati. Grut. 636, 12. Zach. *Exc. lit.* p. 57, 7.

1) i. e. Terra. 2) ita Mur. 996, 7. *cueam cum agro — optimum maximumque.* Formula haec erat, ut videtur, ap. ICtos usitata.

4418. LONGIVS PATROCLVS ‖ SEQVTVS PIETATEM ‖ COL. CENT. HORTOS CVM ‖ AEDIFICIO HVIC SEPVLT ‖ IVNCTO. VIVOS DONAVIT ‖ VT EX REDDITV EOR. LARGIVS ‖ ROSAE ET ESCAE PATRO‖NO SVO ET QVANDOQ ‖ SIBI PONERENTVR. — Torcelli. Grut. 1021, 4. Mur. 513, 3. v. d'Orville *Observ. Misc.* 1741, 3. p. 140.

4419. D. M ‖ C. VETTONIVS FABIA ‖ MAXIMVS VETERANVS ‖ EX MILITIA REVERSVS VI‖VOS IPSE SIBI FECIT. INQVE ‖ MEMORIAM ‖ SVI ET COLENDAE SEPVLTV‖RE ROSIS ET ESCIS PAGANIS ‖ MISQVILEN‖IS N. $\overline{DCCC}$. DEDIT. EX CVIVS ‖ SVMMAE REDITV ROSAM MINVS EX ‖ IS N. XVI. POSVISSE VELINT ‖ ET RELIQVVM QVOT EST EX VSVRIS ES‖ÇAS ROSALES ET VINDEMIA‖LES OMNIBVS ANNIS PONI ‖ SIBI VOLVIT ‖ ET LOCO VTI IVSSIT. — Ad S. Hilariam in territorio Asolano. Calogerà *Raccolta* 10. p. 496. f. ROSAM NE MINVS EX HS. cet. cfr. N. 4350.

4420. D. M ‖ C. TVRIVS C. F. LOLLIANVS QVIT‖QVIT EX CORPORE MENSORVM ‖ MACHINARIORVM[1]) FVNERATICĪ ‖ NOMINE SEQVETVR RELIQVM (*sic*) PENES ‖ R. P. S. S.[2]) REMANERE VOLO. EX CVIVS ‖ VSVRIS PETO A VOBIS COLLEGE VTI SVSCIPERE DIGNEMINI $\overline{VI}$.[3]) DIEBVS SO‖LEMNIBVS SACRIFICIVM MIHI FAC‖ATIS ID EST $\overline{IIII}$. ID. MART. DIE NATALIS ‖ MEI VSQVE AD ⁰[4]) $\overline{XXV}$. PARENTALIS[5]) ⁰ $\overline{XIIS}$ ‖ FLOS ROSA ⁰ $\overline{V}$.[6]) SI FACTA NON FVERINT. TVNC FISCO STACIONIS[7]) ‖ AN-

NONAE DVPLVM FVNERATICIVM DARE DEBEBITIS. — Romae. Mur. 525, 3.

1) cfr. Grut. 99, 1. et Mar. ad h. l. 2) rem publicam suprascriptam, quam ignoramus. 3) l. ut. Hagenb. 4) Sestertios. 5) i. e. die parentalis, ut Mur. 512, 3. die parentalium vel leg. *Parentalia*. O. 6) similia in saxis exstant v. c. Mur. 513, 3. 520, 2. in utramque (sepultam) florem perpetuo sibi dedicaverunt; 527, 1. ut Rosal(ia) et Parent(alia) sibi omni anno in perpetuum procurentur, et ut monumentum remandetur; 529, 4. HS. N. ∞ ut ex usuris eorum profusa ei fiant parental. item rosis quotannis celebrent. 7) Statio *(bureau)*, in qua morabantur ministri Caesarei ad colligenda vectigalia ex annona. Mar.

4421. C. IVLIVS HERMES ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS ‖ DEDIT POSTERISQVE EORVM ‖ ITA VT NE QVIS EX HOC AGRO AEDIFICIS‖VE QVIBVS DONATIONIS CAVSA EMAN‖CIPATVM ERIT DE NOMINE ALIENASSE ‖ VELIT. NISI IN PERSONA FILIORVM ‖ AVT LIBERTORVM SVORVM. NE SIMILI ‖ POENA SEPVLCHRI TENEATVR. — Romae. Grut. 875, 2.

4422. DIS MANIBVS ‖ P. ALFENI ANTEROTIS. LOCVS EXC[1] ‖ SEPVLCHRI ET ITINERIS. IN FRONT. P. $\overline{XL}$. IN AGR ‖ P. $\overline{XXXIIII}$. ET POENA EXCEPTA HS. $\overline{XX}$. ET P. ALFENO ‖ RVSTICO ET ALFENAE P. L. LIBE. LIBERTABVS. POSTERISQ ‖ EIVS. — Miseni. Grut. 856, 2.

1) *exceptus* scil. a profano, finitas.

4423. D. M ‖ SEBERAE. QVAE VIXIT ANNIS $\overline{XIIII}$ ‖ M. $\overline{II}$. D. $\overline{XV}$. MEMFITA. CONIVGI BENE MER ‖ FECIT SIBI ET SVIS POSTERISQVAE ‖ AEORVM. HVIC MONIMENTO MANVS ‖ QVI INTVLERIT. DABIT SESTERTIOS $\overline{XX}$.[1] — Romae. Grut. 825, 8.

1) v. a Turre *Mon. vet. Antii* p. 356.

4424. C. VALERIVS CLEMENS SI QVIS TITVLVM MEVM
PATRON. HIC CONDITVS VIOLAVERIT INFERAT
EST. AERARIO HS. $\overline{IX}$. N. —

Romae. Don. p. 445, 43. Mur. 1561, 12. (Grut. 928, 1.)

4425. . . . MES EX TRIBV ‖ . . . ORVM HOC MONI ‖ . . . AM COMPARAVIT VIRGINIO[1] . . . ‖ CIAE HELPIDI LIBERTAE ‖ IDEM CONIVGI CARISSIMAE. ET SIBI ET ‖ C. MARCIO VICTORI ET LIBERTIS LIBERTA‖BVSQVE SVIS POSTERISQVE EORVM. NE DE ‖ NOMINE MEO EXIAT. QVOD SI QVIS ID MO‖NIMENTVM PARTENVE (*sic*) EIVS VENDERE QVIS VO‖LET. VEL DONATIONIS CAVSA CVI MANCIPARE ‖ VOLVERIT. ALIOVE QVO NOMINE EIVS MONIMENTI ‖ PARTEM ALIENARE TEMPTAVERIT. DARE DAMNAS ESTO ‖ AERARIO POPVLI ROMANI S-II. $\overline{XV}$. $\overline{M}$. $\overline{N}$. ET COLLEGIO ‖ PONTIFICVM S-H. $\overline{XV}$. $\overline{M}$. $\overline{N}$. ET EMPTOR ET VENDITOR ‖ COMPARATVM AVTEM EST DE S-S. $\overline{VIIII}$. $\overline{M}$. $\overline{N}$ ‖ H. M. D. M. A. II. M. EXT. II. N. S. — Romae. Grut. 946, 6.

1) v. d'Orville *Misc. Observ.* T. 3. 1741. p. 132. Quum tamen MS. Pigbii habeat VIRGINE, Hagenb. suspicabatur: *arcam comparavit VIRGINEM*. cfr. Fabr. p. 53, 307—309. i. e. in quam nemo antea fuerat illatus, ut Iosephi Arimathaei.

4126. D. M ‖ M.[1]) T. DRVSI PATERES ‖ PRIMICINIO[2]) QVI VIXIT ‖ ANN. XXXXII. DIES VII ‖
FAVSTVS ANTONIAE. DRVSI. IVS.[3])
EMIT. IVCVNDI CHRESTIANI[4]) OLL. — Romae, postea Florentiae. Gori *Etr.* T. 1. p. 150, 62. Murat. 1668, 6. v. Münter *Sinnbilder der alten Christen* 1. p. 14.

1) Latet hic corruptela. Legerem equidem: *Marcus* (et) *Titus* (s. potius *Tiberius*) *Drusi Patres* (naturalis alter, alter adoptivus) *Primigenio*, si modo probabile esset, hominem XLII. annorum duos patres etiam tunc habuisse. 2) Münter corrigit PATRIS PRIMIGENII sine causa. 3) Iunge IVS OLL*ae*, non OLL*arum*, ut vult Münter. 4) hominis *Christiani* interpretatur Münter, magnum huic inscriptioni pretium tribuens: at incredibile prorsus mihi videtur, tunc temporis hominis religionem in titulo publico sic esse memoratam; quocirca mihi quidem est nomen proprium.

4127. D. M ‖ AVR. MAXIMIANVS AVR. OLYMPIADI ‖ FIL. DVLCISSIMAE. QVAE VIX. ANN. XXII. M. X ‖ D. XXVI. ET PVBLICIAE CARPODORAE EIVS[1]) ET ‖ LIB. LIBERTABVSQ. SVIS POSTERISQ. EORVM F ‖ SI QVIS HOC SEPVLCHRVM VEL MONVMENTVM ‖ CVM AEDIFICIO VNIVERSO POST OBITVM ‖ MEVM VENDERE VEL DONARE VOLVERIT ‖ VEL CORPVS ALIENVM INVEHERE VELLIT (*sic*) ‖ DABIT POENAE NOMINE. ARK. PONTIF. HS. C. N ‖ ET EI[2]) CVI DONATVM VEL VENDITVM FVERIT ‖ EADEM POENA TENEBITVR. — Romae. Grut. 672, 1.

1) *eius* scil. Aurelii uxori. 2) nota antiptosin. HAGEN.

4128. SOMNO. AETERNO SACRV ‖ AELIA ARSINOE. ET AELIVS HILARVS. ET AE‖LIVS TIMOTHEVS IVNIOR. ET P. ANTONIVS ‖ ARSINOVS. ET P. ANTONIVS MARINVS. SE ‖ VIBI FECERVNT. SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBER‖TABVSQVE. EORVM NE DE NOMINE EXIAT. LOCVS ‖ CONCESSVS T. AELIO TIMOTHEO PATRI SOIEVM. (*sic*) I ‖ ITEM P. ANTONIO ZMARACDO NVTRITORI SOIEVM. I ‖ ET AELIO POLYCRONIO SOIEVM. I. ITEM QVITQVIT ‖ HVIC MONIMENTO SIVE SEPVLCRO ATPLICITVM ‖ INSTRVCTVM AEDIFICATVM EST ET SIQVA MACERIA ‖ SECVNDVM SE. IBI. APPLICITA EST. EA OMNIA ‖ HVIC MONIMENTO SIVE AEDIFICIO CEDANT. QVOD ‖ SIQVIS HVNC MONIMENTVM VEL AEDIFICIVM DONATIONIS ‖ CAVSAAI VEL ALIOQVE NOMINE TEMPTAVERIT FACERE DARE DAMNAS ESTO AERARIO PO‖PVLI ROMANI HS. L M N. ITEM VV.[1]) HS. L M N. — Romae repertum, Neapolim translatum. Lupulus p. 287.

1) Virginibus Vestalibus.

4129. AVR. QVINTIANVS DEC.[1]) COLL. FAB. ET CENT ‖ QVI VIXIT ANN. P. M.[2]) L. MENS. V. D .... ‖ VIVVS SIBI POSVIT. ET AVR. IAENVARIAE ‖ CONIVGI SVAE. COT[3]) SI QVIS AEAM (*sic*) ARCAM ‖ POST MORTEM EORVM APERIRE VOLVERIT ‖ INFER. DECVRIAE MEAE ∞[4]) XXV... — Aspalathi in Dalmatia. Spon *Misc.* p. 57, 3.

1) *Decurio.* 2) *plus minus.* 3) *quod.* 4) *denarios.*

4130. A. PLAVTIVS EVHODVS SIBI ET LIBERIS SVIS ‖ A. PLAVTIO DAPHNO ET PLAVTIAE PRIMIGENIAE ET ‖ PLAVTIAE LAVRILLAE ET PLAVTIAE FESTAE ET PLAV‖TIAE SVCCESSAE ET ‖ A. PLAVTIO ABESTO[1]) LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS ‖ POSTERISQVE EORVM. IS QVI ‖ PLAVTI VOCITABVNTVR VICVS SPVRIANVS CVM SVIS MERITORIIS ET DIAETA ‖ QVAE EST IVNCTA HVIC MONVMENTO CVM ‖ SVIS PARIETIBVS ET FVNDAMENTIS HVIC ‖ MONVMENT. CEDET.

SI QVI EX IS. QVI SVPRA SCRIPTI SVNT. HOC ‖ MONVMENTVM AVT VICVM SPVRIANVM ‖ AVT DIAETA. QVAE EST IVNCTA HVIC MO‖NVMENTO VENDERE VOLENT ‖ TVNC AD REMPVBLICAM COLONIAE PVTEO‖LANAE PERTINEBIT. — Aversae. Donati 2. p. 348, 9.

1) f. *Asbesto.*

4131. M. LOLLIVS ARPHOCRAS ‖ V. F. S. ET PAELINAE[1]) VXORI ‖ V. ET LIB. LIBERTAB. POST Q ‖ EORVM. M. S. S. E. H. N. S[2]) ‖ NEQVE VLLI LIQVEBIT[3]) LOCATIO‖NIS CAVSA IN ANNIS CENTVM QVAN‖DOQ. TRANSVENDERE. QVOD SIQVI ‖ ADVERSVS IT[4]) FECERINT. EORVM ‖ BONA PERTINERE DEBEBVNT ‖ AD REMPVBLICAM BRVN‖DISINORVM. — Brundisii. Grut. 801, 5.

1) i. e. Paulinae, ut *Maesol.* pro *Mausol.* 496, 7. *Paelino* pro *Paulino* 813, 6. Scriver. 2) Monumentum, sive sepulchrum est, heredes non sequitur. 3) licebit. 4) id.

4132. Imitati sunt huiusmodi multae dictionem etiam Christiani:

DEP	FL. IVLIVS ZACONVS ET
IVL	AVRELIA MERIA CON
ZACONI	IVX EIVS HOC SARCOFA
DIE $\overline{III}$	GVM SIBI VIBI POSVERVNT
NOVEM	SI QVIS POST NOSTRAM PAV
BRES	SATIONEM HOC SARCOFA
DATIA	GVM APERIRE VOLVERIT IN
. . . . OCTOBER. ARENIA.
. . . . MARIA . . RV . . . — Millingen ad Vabalim. Acta Erud. Lips. 1761. p. 526. ex Cannegietero, qui male, si quid video, initio supplevit M. IDEAE., quum fuerit potius D. M. vel M*emoriae* redintegrandum. Sic igitur legimus: D. M. S. M. Deae Dominae Rufiae Maternae aram et locum consecravit Mucronia Marcia et ei omnibus annis sacrum s. sacrificium instituit XVI. K. Aug. DIE (ita leg. videtur) natali Maternae . . . . .

4589. CICEREIAE FELICVLAE ‖ PIAE ‖ L. CICEREIVS SECVNDVS L ‖ HOMO INFELICISSIMVS ‖ QVI TALE PVELLA CARET. — Romae. Fabrett. p. 236, 627. *Felicula*, *Felicla*, nomen muliebre in primis frequens seriore aevo. v. Fabrett. p. 215.

4590. DIOGENIAE FILIAE ‖ BONAE QVAE VIXIT ‖ ANNOS SEXS. M. X ‖ DIOGENES PATER INFELIX. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 282, 6.

4591. D. M ‖ FORTVNATAE V. AN. IIII ‖ M. VIIII. D. XXVII. PATER ‖ INFELICISSIMVS. FILIAE ‖ PIISSIMAE. SED INFELICI. — Romae. Gorii *Xenia*, p. 41, CL.

4592. * D. M ‖ FLAVIAE QVINTILLAE P. Q. F. [1] ET L. CVRVLLO CONIVGI IMPACIENTIS [2] ‖ VNA H. [3] SVPERSTITI ‖ P.

QVINTILLVS VIX ‖ DOLORE V ‖ ET SIBI II. M. P. C.[4]) — Patavii. Grut. 784, 1. Hagenb. *Epist. epigr.* p. 184. suspecta Maff. A. C. L. p. 205.

1) ita Vrsatus. i. e. Publii Quintilii, eius qui monumentum poni curavit, filiae. Grut. Ed. sec.: Q. F. 2) ita Vrsat. Grut. *Impatientis*(simo). 3) hora. 4) vix dolore vivus et sibi hoc monumentum poni curavit. Hagenb.

4593. DIS ‖ MANIBVS ‖ SVCCESSI FIL ‖ CAESIA GEMELLA ‖ MATER PIISSIMO ‖ FILIO DE SVO ‖ VIX. AN. IX ‖ MENS. VIII. DIEB. XV ‖ FATIS PERACTIS MATER ‖ EODEM EST CONDITA. QVAE ‖ POST OBITVM FILI ‖ VIX. ANN. IIIr M. XI. D. VIII. — Romae. Spotorno *Trattato.* 2. p. 218.

4594. D. M ‖ SEVERINA SEVERINAE FILIAE ‖ DEFVNCTAE TETVLVM (*sic*) FACIT. [1]) — Treviris. Huepsch p. 48, 13.

1) Formula haec TETVLVM (pro *titulum*) FACIT, vel TETVLVM POSVIT in primis frequens est in lapp. Trevirensibus.

4595. D. M. ‖ SOLINI NEPTACI [1]) ‖ FIL. ET SEXTINO ‖ AVLICI FIL. NEPI‖TACVS FILIO ET ‖ NEPOTI ‖ P. C. — Burdegalae. Apianus p. 490, 1. Neglexerunt posteriores collectt.

1) l. Nepitaci.

4596. * Q. CANVLEIVS ‖ Q. F. LEG. VII. EVO‖CAT. MORT. EST. [1]) ANN. NA ‖ XXXV. DONAT. TORQ. ARMIL ‖ PALER. CORON ‖ Q. CANVLEIVS ‖ LEG. VII. OCCEIS. [2]) IN GALL. ‖ ANNOR. NAT. XVII ‖ DVO FRATR. ‖ IEIS MONVM. PAT. FEC. — In Capua veteri. Murat. 802, 8.

1) *mortuus est* rerum in saxis. Hagenb. 2) i. e. occisus, ut recte Hagenb. *Helvet. Mus.* 1. p. 276. contra Murat., qui *Occeis.* pro nomine oppidi Gallici habebat.; ut in fragm. Inscript. Raurac. ap. Schoepfl. *Alsat.* 1. p. 466. Meretoriorum tamen sexum non sine causa Hagenbuchio suspectae fidei videbatur; tum propter Evocatum XXXV. annorum, ac *militis* ante Leg. VII. omissum vocabulum, tum propter affectatos archaismos. Addo, quod utrique fratrum idem praenomen Quinti tribuitur. Attamen si post sedecim annos a sexto decimo honestam missionem acceperat Q. Canuleius, tricesimo quinto Evocatus esse poterat. Militis vocabulum pariter deest ap. Millin *Mag. encycl.* 1796. 3. p. 334. Claudius Maximus Leg. XXII.

4597. Raro in militum titulis sepulcralibus genus mortis indicatur. v. c. in fragmento prope Bainam ap. Sestini *Viaggio* p. 280. — INCVRSV HOSTIS DACIAE DECIDIT.

4598. Hoc in genere singularis est sequens:
LATRO C. PETRONI . . . ‖ SER. ANNOR. XII. A. VIP . . . ‖ PERCVSSVS SEPTVMO DIE PERIIT ‖ MODESTVS FRATER PIILARGVRVS (*sic*) ‖ CONSERVOS (*sic*) POSVERVNT. — Perusiae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 319. qui de αὐθεντίᾳ non dubitat. Huius lapidis ope defendas, si videbitur, Reines. Class. XI. 63.

4599. D. M. S ‖ T. CESENO ‖ AMETISTO ‖ V. A. XX. P. P. [1]) ‖ MATER FO‖RTVNATA. S‖OROR. FRATR‖I B. M. D ‖ P. P. — S. Eufanio. Giovenazzi *Aveia* p. 142.

1) *Perpetua*, explicat Giovenatius.

4600. MEMORIAE ‖ CASTRICIAE FILIAE DVLCISSIMAE ET ‖ PIISSIMAE. ET INCOMPARABILI. QVAE ‖ VIXIT ANN. XV. M. IIII. DIE I. ET COMMV‖NI FILIO. QVI POST DESIDERIVM SORORIS ‖ SVAE. VNA DIE SVPER. VIXIT. ET VIX. ANN. VIII ‖ DIEB. XX. COMMVNIS ET CASIA PARENTES FILIS ‖ DVLCISSIMIS. ET D. M. LOLLI. DIODORI. — Loco mihi ignoto. Donati 2. p. 358, 5. ex Passioneo Cl. VI. n. 17.

4601. D. M ‖ FILOCIRIO FILIO DVLCISSIMO QVI ‖ VIXIT ANNIS II. DIEBVS X. HO‖RABVS [1] II. FECIT NICE MATER ‖ PIENTISSIMO. NON MERENTI. [2] — In insula Ilva. Donati 2. p. 362, 5.

1) nota hanc formam. 2) scil. tam cito mori. Mendose ap. Mur. 1664, 10.

4602. * TI. CLAVDIO NICIATI ‖ VIX ANN. XII. M. X. D. XX. ET ‖ CLAVDIAE NICE ‖ VIX ANN. II. M. XI. D. XXIIII ‖ CLAVDIA AGAPOMENE ‖ FILIIS SVIS INFELICISSIMIS QVI ‖ ETATE SVA NON SVNT FRVNITI ‖ FECIT MATER SCELERATA ET SIBI ET ‖ LIBERT. LIBERTAB. Q. POST. Q. EORVM. — Via Portuensi. Fabrett. p. 237, 633. Suspecta inscr. *Mater scelerata*, quia filiis superstes, ut *Crudeles parentes* supra N. 4578. cfr. Reines. p. 712, 47. Murat. 1280, 2.

4603. CAESONIAE M. F. PRIME ‖ QVAM RELIQVIT. [1] MENS. VII ‖ VIXIT ANNO I. MENS. VI ‖ M. CAESONIVS PRIMVS AVOS (*sic*) ‖ PVBLICIA SVCCESSA AVIA ‖ LAELIA RESTITVTA MATER ‖ FECERVNT. — Romae. Grut. 674, 8.

1) scil. Marcus, pater.

4604. D. M ‖ L. HOSTILI. TER ‖ SILVANI ‖ ANN. XXIIII. M. II. D ‖ XV. MATER FILIO PIISSIM ‖ MISERA ET IN LVCTV ‖ AETERNALI BENEFICI‖O [1] NOVERCAE. — Arelate. Grut. 687, 5. Mur. 173, 8. cuius typum dedi.

1) vitio, culpa. Hagenb. v. Forcell. in *beneficium*, etsi is propendet eo, ut cum aliis capiat pro *Veneficio*, sed illud probabilius.

4605. NONIA M. F. MAXSIMA ‖ VIXIT ANN. XXXV ‖ ET QVOD MISERRIMVM EST ‖ MATER FECIT FILIAE ‖ CANTRIA C. F. POLLA. — Neapoli. Grut. 697, 8.

4606. D. M. S ‖ OPPIA CASSIANE [1] MA‖TER FECI FILIAE MEAE ‖ QVOD AEQVOM FVERAT ‖ FILIA HOC FACERET MIIII.

VITELLIAE L. F. TALLIAE ‖ Q. V. A. XXI ‖ SEPTIMIVS PROFVTV‖RVS OPTIMAE. CONIVGI. — In agro Sorano. Grut. 699, 1. ex Aldi *Orthogr.* p. 245, 74.

1) Ald. CALSIANE; an leg. CAESIANE? Scaligero, cui Ind. 19. *Cassiane* est nominativus, secundum facit Vossius *Anal.* 2, 2. p. 660. Quid vero, si sit dativus pro CASSIANAE? Crediderint, opinor, duoviri illi, filiam Vitalliam Talliam fuisse dictam, cui mater et maritus una inscripserint; at potius puto, aut duo coaluisse epigrammata saxorum duorum, aut duarum epitaphia in eodem saxo incisa esse, diversis fortasse temporibus. Hagenb. Mss.

4607. VLPIA PAVLINA ‖ MATER INFELICISSIMA CONTRA VOTVM PIETATIS ‖ POSVIT. — Romae. Grut. 716, 7.

4608. D. M ‖ FLAVIA OLIMPIAS MATER. FLAVIO ‖ HILARO. FILIO DVLCISSIMO ‖ RAPTVS A DIIBVS.[1] — Forisempronii. Donati 2. p. 362, 11.

1) *diis.* Hinc Christianus lapis: ACCERSITVS AB ANGELIS.

4609. *Fragmentum:* MATER. MONVMENTVM. FECIT ‖ MAERENS. FILIO. EX. QVO. NIHIL ‖ VNQVAM. DOLVIT. NISE. CVM. IS. NON. FVIT. — Cremonae. Bianchi *Marm. Crem.* p. CLXXX.

4610. D. M ‖ CLAVDIA EVFROSYNE FECIT SE VIVA CLAVDIO GRAPTO FILIO DVLCISSIMO. QVI VIXIT ANN. XX. M. II. D. XXVIII ‖ ET FORTVNATO ALVMNO ET ‖ SIBI ET SVIS LIB. LIBERTABVSQVE POSTERISQVE ‖ EORVM. SI QVIS HOC MONVMENTVM POST HOBITVM MEVM VENDERE ‖ VEL DONARE VOLVERIT ‖ INFERET AERARIO POPVLI ‖ HS L. M. N. IN FR. P. XII. IN AG. P. XVII.. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 136, 4. ib. 5. HOC MONVMENTVM VETO. NE DE NOMINE MEO EXIAT. (*sic.*)

4611. MENALIAE ET AGATHIAE ‖ PARENTIBVS SANCTISSIMIS ‖ EPAPHRAS ‖ POSTREMVM PRAESTITIT OFFICIVM.

BIXIT. ANN. XXXVI. M. I. D. IIX. B. ANN. LVI. M. IX. D. I. — Romae. Grut. 733, 12. Cfr. eodem nomine 748, 8., in quo non minus ambigas, Ethnicumne sit, an Christianum.

4612. D. M ‖ I. M. VAHRIANVS C. SEXTIAIO THRHOAO. PATRII. IIT. SEXTIAIVS. VIRVS. P. BIINII ‖ MIRIINTI. — Mediolani. Grut. 741, 9. Fabr. p. 397, 285.

4613. LICINNIAE ‖ PROCESSAE ‖ MATRI. PIAE ‖ NVTRICI DVLCISSIMAE. CRESCENS FECIT. — Ex Passion. 58, 18. Polcastro p. 152, 33.

4614. P. AELIVS FELIX ‖ MATRI PIENTISSIME VENEMERENTI FECIT. — Romae. Ald. *Orthogr.* p. 331, 30. neglecta a Collectt. magn. Addo hic alibi non inventum ex Mazoch. 56, 11. D. M ‖ FELICI PATRI DVLCISSIMO. FELICIS FECIT. QVI VIX AN. LX. M. III. An pro FELICIS leg. FELICS? Hagenb. Mss.

4615. D. M ‖ M. ANTONI ‖ EVDEMONIS ET ‖ VIREIAE GRATINAE ‖ CONIVGI EIVS ‖ ANTONIAE GRATINVLAE GRATAE FIL ‖ PARENTIBVS PIENTISSIMIS ‖ VITA FVNCTIS ET SEPVLTIS. — Gratianopoli. Bimard *Proleg. Mur.* p. 72. itemque in Millin *Mag. encycl.* 1812. 6. p. 332.; nisi leg. cum Champollion-Figeac (ib. p. 342.): *Antonia Gratinula Gratinae filia;* quod tamen vix probabile est; scil. filius ille Antoniae Gratinulae Gratae filiae M. Antonii Eudaemonis et Vireiae Gratinae ab avo illo materno adoptatus fuerat.

4616. C. MANAGNIO ‖ IVSTO. T.[1]) LEG. III ‖ ITALIC. MANAGNIA FABIANA FILIA ET HERES ‖ FACIENDVM CVRAVIT: IN-

STANTE MANAGNIO NI‖CIATE LIBERTO ‖ EX HS. N̄. XVI. — Augustae Vindel. Grut. 551, 13. Raiser *Augsburg*. p. 69.

1) Tribuno.

§. 6. AFFECTVS CONIVGVM.

4617. L. L. AETILN[1] ‖ CASTVS V. F[2] ‖ CL. PRIMIG[3] ‖ CO.[4] AN. XXXX. ET A‖NIAE VALENT.[5] — Baltersdorf iuxta opp. Mairhofn. Apianus p. 393, 4. Inscriptio a Grut. neglecta, nisi quod ultima addita sunt Grut. 857, 2.

1) L. LAETILIVS. Reinesius. 2) V. F. i. e. vivus fecit. id. 3) Primigeniae. 4) Coniugi. 5) Anniae Valentinae. id.

4618. PVBLILIAE TRANS‖TIBERINAE CONIVGI ‖ KARISSIMAE ET ONE‖SIME CONLIBERTAE N. PV‖BLILIVS FELIX FECIT ‖ ET SIBI ET SVIS LIBER‖TIS LIBERTABVSQVE ‖ POSTERISQVE ‖ EORVM. — Romae. Aldi *Orthogr.* p. 648, 1. neglecta a magnis Collectt.

4619. *Δ. M* ‖ *ΤΙΤΙΑΙ. ΕΛΠΙΔΙ. ΜΑΡ‖ΚΟΥΣ. ΤΙΤΙΟΥΣ ΖΗΝΟ* ‖ *ΒΙΟΥΣ. ΚΟΙΟΥΓΙ. ΒΕΝΕ‖ΜΕΡΕΝΤΙ ΦΗΚΙΤ.* — In Villa Albana. Winkelmanns *Werke*. 6, 1, p. 282.

4620. D. M ‖ POMPEIAE ‖ PHILVMENE ‖ HABROCOMAS[1] ‖ VXORI ‖ SANCTISSIMAE ‖ ET DVLCISSIME. — Florentiae. Gori *Etr.* 3. p. XLII.

1) memento Habrocomae apud Xenophontem Ephesium.

4621. D. M ‖ ARISTENETES ‖ ANIM. SIMPL.[1] ‖ M. NON. SEVERIN ‖ MARIT ‖ ET NONIA ‖ SEVERA ET ‖ SEVERINA ‖ FIL. — Brixiae. Labus *Dissertaz.* p. 66.

1) Animae simplicissimae.

4622. D. M ‖ SOMNO. SEPVLCHRO ‖ AETERNALI SACRVM ‖ EVTYCHIAE QVAE ‖ VIXIT ANNIS XXX ‖ ONESIMVS CONIVGI ‖ DVLCISSIMAE ‖ ET SIBI AMANTISSIME FECIT. — Romae. Fabr. p. 591, 257. In aliis: SVI AMANTISSIMAE.

4623. D. M. SCRIBONIAE. HEDONI ‖ Q. TAMPIVS HERMEROS ‖ CONIVGI KARISSIMAE FEC. ‖ CON QVA VIX. AN. XVIII. SIN. ‖ QVERELLA. CVIVS DESIDERIO ‖ IVRATVS SE POST EA ‖ VXORE. NON HABITVRV. — Pisis. Gori *Etr.* 3. p. XXIX.

4624. MEMORIAE ‖ FABIANAE CONIVG. ‖ DVLCISS. ET AMANTISS. ‖ CVM QVA VIXIT ANN. XXI ‖ M. VIII. SINE VLLA TVRPI FAMA ‖ ET VITALLINAE FIL. ‖ PIISSIMAE ET DVLCISS ‖ QVAE VIXIT ANN. XV. MENS. X. D. XVI ‖ PROVIDENTIVS INTIMI DOLORIS ‖ ET ADFECTIONIS CA ‖ QVOD ABSENTE SE ‖ AMBAE EADEM HORA ‖ SINT HORIS EXEMPTAE ‖ ET INNOCEN-

TIVS ‖ MATRI CARISSIMAE ‖ ET DVLCISSIMAE. — Novocomi. Mur. 1341, 6.; sed correctius apud Bianchi *Marm. Crem.* p. CCLXXXVII.

4625. C. IETVELLIVS Q. F. FAB ‖ LEVIVS MONVMENTVM FACEIV ‖ CVRAVIT SEIBI ET VXORI SVAE ‖ EPIDIAE P. F. NERIAE ‖ EIDEQVE PROBAVIT. — Beneventi. de Vita *Inscriptt.* p. 47, 55. *αὐτόπτης.* Claro exemplo hic titulus esse potest, quam parum fidei tribuendum sit schedis, ubi conferas eiusdem typum Reinesianum p. 749, 94: e *Piccarto:*

C. LENTVELLIVS Q. F. FALERIVS ‖ MONVM. FIERI CVRAVIT. SEIBI ‖ ET VXORI SVAE EPIDIAE ‖ Q. F. NERIAE. IDEMQVE ‖ PROBAVIT. — FACEIV i. e. faciundum. Sine ulla causa Reinesius, ut solebat, in *Neriae* nomine minime adquiescens, volebat *Nereidi* vel *Neritae.*

4626. D. M. S ‖ PLAETORIAE ‖ ANTIOCHIDI ‖ RARISSIMAE FEMINAE ‖ VIX. ANN. XXVI. M. III. D. XXIV. H. XII ‖ T. FLAVIVS CAPITO ‖ CONIVGI CASTISSIMAE ‖ PIISSIMAE ET DE SE ‖ OPTIME MERITAE ‖ DE QVA NVLLVM DOLOREM ‖ NISI ACERBISSIMAE MORTIS EIVS ‖ ACCEPERAT. DIGNISSIMAE FECIT. — Romae. Grut. 815, 7. Fabrett. p. 275, 162. correctius ap. Morcelli *St.* 1. p. 169.

4627. L. CORNELIVS ‖ CN. F ‖ LAECANIA SP [1] ‖ MAXSIMA ‖ TALI IN CONIVGIO HAEC ‖ VNI OFFICIVM PRAESTITIT ‖ EX QVA VIR DOLVIT NVN‖QVAM NISE (*sic*) MORTEM. — Polae. Stancovich *Pola* p. 96.

1) In ipsa Stancovichii tabula VI. post SP. deest sane F.

4628. FELIX ORESTILLA. QVE ‖ FELICITER CRISPINO EVODIO ‖ NVPSIT. PVERPERIO VIX ‖ EDVCTA INFELICITER OBIT ‖ MARITVS PIENTISS. VCSORI S ‖ B. M. FECIT ‖ CONTRA VOTVM. — Prope Sarnum. Donati 2. p. 401, 18. et auctior ib. p. 464, 6.

4629. D. M ‖ OCTAVIAE CRES‖CENTINAE QVAE ‖ ANTIQVA VITA VI‖XIT. FIDEI AC DILI‖GENTIAE CLARISS ‖ C. VALERIVS IANVARIVS ‖ CONIVX C. F. B. M. F. [1] — Beneventi. de Vita *Inscriptt.* p. 41, 12.

1) *clarissimae feminae bene mer. fecit.*

4630. D. M ‖ C. GEMINIVS ‖ IONICVS ‖ IVLIAE CALENI ‖ CONIVGI PIAE ‖ CARISSIMAE ET ‖ BONO CONSILIO ‖ DE QVA NIL QVE‖ROR. CVM QVA VI‖XI BENE ET INTEGRE ‖ ET IN RE SVA [1] POSITA ‖ EST. B. M. ET SIBI. ET FILI ‖ FECERVNT. — Perusiae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* 2. p. 415, 185. (Fabrett. p. 253, 44.)

1) i. e. in fundo suo.

4631. QVIETI AETERNAE ‖ VERGILIAE HELIODORAE ‖ FEMINAE INCOMPARABILI ‖ ACTIVS LICINIANVS ‖ CONIVGI ERGA SE OMNI KA‖RITATE BENEMERENTISSIMAE ‖ POSVIT ET S. — In abbatia Bonae Vallis in Helvetia. Grut. 839, 5. Nemo Helvetiorum

postea hunc lapidem vidit, nec tamen suspectum habuit Hagenb., etsi singularia quaedam continet, ut *karitate benemerentissimae*, et S. illud, (sacravit).

4632. OSSA HEIC SVNT ‖ VRBILIAE. PRIMI. MIHI ME PLVRIS [1]) ‖ DECESSIT AN. XXIIII. CARISSVMA ‖ SVIS. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 100.

1) sc. uxoris, quae pluris mihi fuit, quam ego mihimet ipsi.

4633. DOMITIAE ‖ CERAELLIAE C. F ‖ PATRONAE ET ‖ VXORI ‖ SVPRA OMNIA ‖ EXEMPLA. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 287, 2.

4634. C. BENNIVS ‖ CAESIAE OPTATAE ‖ VXORI SVAE ‖ FECIT. NON LVBENS ‖ SED FATVM ‖ FECIT. — Tragurii. Grut. 763, 7. cfr. Sax. *Peric.* p. 43, ubi pro *fatum fecit* est *fatum voluit.* Gud. 266, 9. Don. XII, 67. Murat. 1313, 12. 1168, 8. Zach. *Sal.* p. XXV, 33.

4635. D. M ‖ TONGILIAE TERTIAE COIIVGI INCONPARABILI ‖ ET PIAE. QVAE VIXIT MECVM. ‖ ANN. III. M. VII. D. XIII. BENE ‖ MERENTI. DOLENS ANIMO ‖ LEBENS (*sic*) FECI. SEXTVS ‖ TRVTIEIVS AMIANTHVS. — Romae. Fabr. p. 152, 216. Doloris significatio, quae saepe in puerorum epitaphiis apparet, rara a viris ob amissam uxorem data. Morcelli *St.* 2. p. 102.

4636. D. M ‖ M. VLPIVS CERDO ‖ TITVLVM POSVIT ‖ CLAVDIAE TYCHENI ‖ CONIVGI KARISSIM ‖ CVM QVA VIX. ANNIS ‖ . . II. MENS. VI. DIEB ‖ III. HOR. X. IN DIE ‖ MORTIS GRATIAS ‖ MAXIMAS EGI ‖ APVT DEOS ET ‖ APVT HOMINES. [1]) — Romae. Marini *Iscr. Alb.* p. 109.

1) mirum dicterium!

4637. TORIAE AGRIPPINAE ‖ NIGIDIVS CAPITO ‖ MARITVS ‖ PARVI TEMPORIS. — Polae. Grut. 854, 8.

4638. IVLIAE. LVC. FILIAE. TYRRANIAE ‖ VIXIT ANN. XX. M. VIII ‖ QVAE MORIBVS PARITER ET ‖ DISCIPLINA CETERIS FEMINIS ‖ EXEMPLO FVIT. AVTARCIVS ‖ NVRVI. LAVRENTIVS VCXORI ‖ — Arelate. Millin *Mon. antiq. inéd.* T. 2. p. 299.

4639. HIC SITA EST AMYMONE MARCI. OPTIMA ET PVLCHERRIMA ‖ LANIFICA. PIA. PVDICA. FRVGI. CASTA. DOMISEDA. — In Hortis Iustinianeis in Sarcophago. Fabrett. p. 252, 35. — ib. 38. VIRIAE — CONSERVATRICI PECVLII. p. 253, 44. IVLIAE — CONIVGI CARISSIMAE ET BONO CONSILIO. DE QVA NIL QVEROR.

4640. DIIS MANIBVS ‖ NEVIAE. C. L ‖
SANCTA EPICTESIS CASTA
VIXIT ANNIS XXX.
DE QVA. N. D. A. N. MOR. [1]) — Sine loco. Fabrett. p. 275, 159.

1) i. e. de qua nullum dolorem accepi, nisi mortis.

4641. HIC EST ILLA SITA ‖ PIA. FRVG. CASTA. PVDIC ‖ SEMPRONIA MOSCHIS ‖ CVI PRO MERITEIS. AB CONIIVGE GRATIA RELATAST. — Romae. Grut. 826, 6. Spon *Misc.* p. 150.

4642. L. AFRENA ‖ C. F. SECVNDA ‖ VXOR. PIA. FRVGI ‖ HIC EST SEPVLTA ‖ P. Q. XV. [1]) — Narbone. Grut. 752, 9.

1) Pedes quadratos XV. v. Grut. 645, 2. Maff. *Mus. Ver.* 418, 7.

4643. OLIAE. Q. F. ATTIANAE ‖ C. F. PATRON. MVNIC ‖ ET COLLEGĪ. FABRVM ‖ SI PVDICA VENVS ATTIANA ‖ COIVGI CASTA. SI GENETIIRIX NATORVM BONO DE ‖ GERMINE. DEDI. H . . MER. — E schedis Barberinis. Fabrett. p. 268, 115. Cfr. Marini *Iscriz. Alb.* p. 198.

4644. C. F ‖ D. M ‖ C. VERGILIVS MARTAIINVS COLONVS AGRI CAEIILI. AENEI [1]) ANVLENAE CERIITAE. COLONAE. ‖ AGRI SS. [2]) ANOIIRVM XXII. COIVGI COIVGALI ‖ CASTAE CARAE. BONE. PIAE ‖ FIDELI. DVLCI CARE. AMANIITISSIMAE. DESIDERANTISSIME ‖ SODALICIARIA [3]) CONSILĪ BONI B. M. — Florentiae. Gor. *Etr.* 1. p. 116, 97. del Signore *Marmi Riccardiani*. p. 268., qui vindicat a Maffei suspicionibus. v. Marini l. l.

1) non est *caelum aeneum*, merito, si ita esset, suspicionibus obnoxium, sed *Caius Aelius Aeneus*, possessor agri, cuius colonus fuit C. Vergilius. 2) supra scripti. 3) *Sodalsciarium* habes Gor. *Etr.* 1. p. 250. Ex his duobus inscriptt. conficta videtur sequens:

4645. * SI. CASTA. ET. FORMOSA ‖ ACVTA. SI. FRVGIA. ET. PREIITIOSA. ACVTA. SI SEDVLA ‖ ET BONI COSILĪ. (*sic*) MARITVS ‖ FEC. M. SEGVLLIVS ‖ SECVNDVS. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 198.

4646. D. M. S ‖ CRISPINAE COIVGI ‖ DIVINAE. NVTRIIICI SENATORVM DVVM. ALBVS ‖ COIVNX. C. Q. F ‖ [1]) AN. XVIII. II. VIX. [2]) AN. XXX. M. II ‖ B. M. F. — Romae. Fabrett. p. 266. VIII.

1) cum qua fecit. 2) haec vixit.

4647. FL. AVG. LIB. HELPIDI ‖ CAENIDIANAE. QVAE ‖ CVM VIXIT DEA ET SANCTISSIMA ‖ DICTA EST. CALLISTVS AVG. LIB. ‖ HYGINIANVS CONIVGI CARISIISIMAE. CVM QVA VIXIT BENE ANIINIS L. ET VLPIA CALLISTE FILIA MATRI PIIIENTISSIMAE. LIBERTIS LIBERTABVS POSIITERISQVE EORVM. H. M. H. N. S. — Romae, vidit Smetius. Grut. p. 613, 5. cfr. Murat. 1246, 9. — MATRI SANCTISSIMAE ET DEAE.

4648. D. M ‖ CVPITAE FLORENTINAE ‖ CONIVGI PIAE ET

COSTAE ‖ IANVARIVS PRIMITIVVS ‖ MARITVS QVALEM PAV-PER‖TAS POTVIT MEMORIAM DEDI. — Angulis prope Avenionem. Mur. 1335, 7.

4649. *A dextro latere:* ARAM DEVM INFERV̄. *In Fronte:* ANI-CIA P. L. GLYCERA ‖ FVI. DIXI DE VITA MEA ‖ SATIS. FVI PROBATA ‖ QVAE VIRO PLACVI BO‖NO. QVI ME AB IMO ‖ OR-DINE AD SVMMVM ‖ PERDVXIT HONOREM. [1]). — Aquileiae. Bertoli A. d' A. p. 85, 52. Mur. 148, 1., ubi Hagenb. Mss. recte reiicit coni. Bertoli *vixi* pro *dixi*.

1) ita ut ex serva libertam eandemque coniugem me fecerit. Hagenb.

4650. D. M ‖ CL. ITALIAE CL. HERMIAS COIVGI BEN ‖ M. D. S. F. C. Q. V. A. X̄X̄X̄.

TYCHE DELICATA [1])

*П*ACIIC. MOYCIKIIC. METEXOYCA. — Romae. Winkelmann *Mon. Antichi* p. 244, 187. Marini *Iscriz. Alb.* p. 78. Morcelli *St.* 1. p. 174.

1) Haec verba notante Marinio non ad Cl. Italiam, sed ad puellulam pertineant, quae infra ad illius pedes ludibunda conspicitur.

4651. D. (*asciae figura*) M ‖ ET MEMORIAE ‖ AETERNAE ‖ SVTIAE ANTHIDIS ‖ QVAE VIXIT ‖ ANNIS XXV̄. MENS. X̄Ī. D. V̄. QVAE DVM ‖ NIMIA PIA FVIT FACTA ‖ EST INPIA. [1]) ET ATTIO PRO‖BATIOLO CERIALIVS CA‖LISTIO CONIVX ET ‖ PATER. ET SIBI ‖ VIVVS PONENDVM ‖ CVRAVIT ET SVB AS‖CIA DEDICAVIT. — Lugduni. Grut. 831, 6. correctius apud Spon *Lyon.* p. 86.

1) Puto matrem immodice lugentem obitum filii, dolore confectam obiisse et ipsam; hinc maritus superstes de ipsa dicit *dum nimia* (nimis) *pia fuit* in filium, *facta est impia* in maritum. cfr. Cic. *de Finib.* 2, 22. *Nosti credo illud: Nemo pius est qui pietatem* — ubi tenta dimidiatum versum explere: *nimis colit.* Tac. *Annal.* 16, 32. *nimiae pietatis rea.* Sedulius. p. 17. *Cellar.* de Abrahamo: *pietate remota, plus pietatis habens.* Fletwood. 291, 1. Burmann adscripsit *impia* interpretato *Christiana*, me certe non adsentiente hujus Anglorum eruditae, neque Walchio *ad Insc. Hisp. Neronis* p. 82. Hagenb. Mss.

4652. ANTONIAE L. F. MAVRAE ‖ MARITAE PIISSIMAE. DVLCISSIMAE ‖ RARISSIMAE. CASTISSIMAE ‖ TI. CLAVDIVS SPERATVS MARITVS ‖ INFELICISSIMVS. V. A. X̄X̄ĪĪĪ. D. X̄X̄X̄ĪX̄ ‖ ITALA ME RAPVIT CRVDELI FVNERE TELLVS ‖ DVM FOVEO ASSIDVA SEDVLITATE VIRVM ‖ IN FRONTE P. V̄. IN AG. P. V̄III. — Sine loco. Fabrett. p. 299, 271. MARITAE vocabulum haud infrequens in inscriptt.

4653. D. M ‖ TYCHE ‖ P. VOCONĪ. SER ‖ VIX. ANN. X̄X̄X̄ ‖ HEBLONVS [1]) ‖ CONTVBERNAL ‖ OPTIMAE FEC ‖ O. P. D. [2]) S. T. T. L. — In via Praenestina. Grut. 998, 9.

1) *Heleianus* Gud. 2) Olla publice data. Ursatus. Est potius: Ollam Publius (*dominus*) dedit.

4661. DIS MANIBVS ‖ AEMILIVS CELSVS VIXIT ‖ ANNIS XXV. H. S. E. S. T. T. L ‖ IVLIA HONORATA. MVLIER[1]) SVA ‖ MONVMENTVM FECIT. — Nov. Flor. ann. 1763. col. 99. Oderic. p. 257.

1) *mulier* pro coniuge.

4662. VALERIVS. M. L. PHILOLOGVS ‖ QVTIA[1]) SILVANA VCXOR ‖ VIRVM EXPECTO MEVM. — Narbone. Grut. 999, 6. cfr. Fabrett. p. 201, 195.

1) pro *Cutia*, at Grut. 1007. QVRTIVS.

4663. D. M. (*asciae figura*) ‖ T. AELIO AVG. LIB. G. LAVCO ‖ CVBICVLARIO ‖ STATIONIS PRIMAE ‖ ROSCIA LYDE ‖ CONIVGI KARISSIMO ‖ BENEMERENTI. FECIT ‖ ET SIBI. ET SVIS. ET L. L. B. L. LBERT[1]) ‖ P. E. HOC MONIMENTVM. H. N. S. — Romae. Zaccaria *Istituzione* p. 329.

1) Notas hasce singulares Marinius explicabat *libertis*, *libertorum libertis*, *libertabus posterisque eorum*. Sed recte Zaccaria monuit, a solita formula neque hic esse abeundum: *(et libertis libertabus posterisque eorum.)*

§. 7. VARIAE NECESSITVDINES.

4664. MER. S[1]) ‖ D. POPILIVS PAETVS CN. LABE (*sic*) ‖ PAETO COS. DESIG. FRATRI ‖ SVO B. M. F ‖ HVNC SOMNO AETERNALI ‖ PATRIA RETINET. — Patavii. Polcastro p. 200, 20.

1) Mercurio (ψυχοπομπῷ) Sacr. rarissimum in sepulcralibus.

4665. D. M ‖ PANCASIAE BENE‖MERENTI SOROR ‖ ROXANE PIA[1]) ‖ DONVM DEDIT. — Romae. Grut. 1146, 11.

1) appellativum videtur.

4666. SENTIA A. F. VIVA FECI ‖ SIBI ET ‖ PLAETORIAE L. F. FILIAE SVAE ‖ PLAETORIAE L. F. SORORI SVAE ‖ SENTIAE L. F. PRIVIGNAE SVAE. — Supra Aquam Transversam. Fabrett. p. 202, 500. Privigna *filiastra* dicitur ib. N. 503., ut *patraster*, *filiaster*.

4667. D. M ‖ CL. HAGNI F. GAZZAE[1]) ‖ PRIVIGNAE SVAVISSI‖MAE IN HONORE. MEMO‖RIAE GAZZAE MATRIS ‖ EIVS CL. PYRRHICVS ‖ VITRICVS CONSECRAVIT. — Romae. ib. 502.

1) i. e. Claudiae Gazzae filiae Hagni. Haenel.

4668. D. M ‖ C. VIBIO VIIAIL‖ONI[1]) BLASII E[2]) (*sic*) ‖ Q. V. A. XVIII. ET ‖ DIES.[3]) FEC. AP. AN‖NIVS. PRIMITIVS ‖ PATRASTER. — Perusiae. Mur. 1600, 2. Maffei *Mus. Ver.* 309, 7.; correctius ap. Vermiglioli *Iscr. Per.* T. 2. p. 353. Optime hanc explicat sequens:

D. M ‖ AP. ANNIVS PRI‖MITIVVS PA‖TRASTER. C. VI‖BI VITALIO‖NIS ‖ FECIT SIBI. — Florentiae. Fabrett. Cap. III. N. 505. Gori *Etr.* T. 1. p. 218.

1) VITALIONI. 2) pro F. 3) scil. aliquot: hoc quoque rarum, ut dierum numerus omittatur. Plane singulare in altera, quod Primitivus ipse se *patrastrum*, vitricum Vibii dicit.

4669. D. M ‖ VIBIOR. COMINIAN ‖ VALERI. PII. ET SEVERAE ‖ CLAVDIANAE ‖ ET SEVERI. ET VALERIAE ‖ COMINIANAE ‖ DOMITIA DOMITIANA. C. F. VIVA S. P ‖ MON. MARITO. PRIVIGN. COGNAT. ET ‖ SOCR. — Lenno in agro Mediolanensi. Grut. 895, 3. Mur. 1120, 8. v. Borghesi *nuovi Fasti* 1. p. 81.

4670. D. M. S ‖ AVRELIAE IVS‖TINAE ALVMNAE ‖ FERVNT (*sic*) NONNI SVI. — Pisauri. Donati 2. p. 408, 2.

4671. D. M ‖ MARCIA. ME‖ROES ‖ FABIA SECVNDI‖NA ‖ MAMMVLAE ‖ B. M. — Prope Haimburgum. Communicata mecum a Io. Labus, V. Cl.

4672. D. M ‖ P. AELI. PASTO‖RIS. VOLVSIA ‖ L. F. SALVIANE ‖ CONLACTA‖NEO. — Romae. Grut. 1119, 6. Visconti *Ienkins* p. 96.

4673. D. M ‖ PLAVTIO TI. F ‖ ABASCANTO ‖ VIXIT ‖ ANN. III. M. IIII. D. XII ‖ H. VII ‖ POMPEIVS AFRICA ‖ ALVMNO SVO. — Oppidi. *Raccolta Calogerana* T. 4. p. 219.

4674. CAV . . . . . ‖ VS. MALABANVS CAVSORIO ‖ FELICISSIMO ET CAVSORIAE VICT‖ORIAE NVTRITORIBVS SVIS. DE PE‖CVLIO SVO HOC SOLVM FACIENDVM ‖ CVRAVERVNT. — Gallesano prope Polam. Stancovich *Pola* p. 105.

4675. Q. CAECILIVS ⊳.[1] L. EROS ‖ SIBI ET ‖ STATIAE LALAGENI PVPAE SVAE. V. A. IV ‖ STATIAE MELITINENI CONIVGI S. — Olim Perusiae; nunc in museo Gaddiano Florentiae. Gori *Etr.* T. 1. p. 211, 51. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 422. Suspecta erat cum reliquis Gaddianis fere omnibus Maffeio A. C. L. p. 245. seq. Defendit Vermigliolius. Singularis tamen est nota IV. pro IIII. et aliquoties *νοθείας* signum.

1) *Caiae.*

4676. DIS MANIBVS ‖ SEMIRAMIAE LICINIANAE ‖ FIL ‖ C. VINEDIVS FELICISS ‖ QVAM LOCO FILIAE ‖ DILIGO. OB MERITA ‖ EIVS. VIVVS VIVAE ‖ FECI. — Romae. Grut. 888, 6. Fabr. p. 646, 389. Mur. 1195, 12.

4677. M. LIBIO ‖ MVCRONI ‖ C. CECINA ‖ QVINTILIANVS ‖ AMICO ‖ BENEMERENTI ‖ EX CAVSSA LEGATI ‖ FECIT. — Romae. Grut. 877, 1.

4678. PRIMIGENIO ‖ IMP[1] ‖ EPIDECTVS ‖ SPENDONTIS ‖ DISP. AMICO. — Polae. Stancovich *Pola* p. 97.

1) Imperatoris scil. servo.

4679. DIS MANIBVS ‖ Q. TVRRANIO MAXIMO ‖ PRAECEPTORI ET AMICO BONORVM ‖ CONSILIORVM ‖ SAGARIS A MIMI AVG. SER ‖ VERNA EAOARI PROVINC ‖ ACHAIAE VICAR ‖ MERENTI MEMORIA.[1] — Athenis. Corsini *Inscriptt. Atticae* p. 61., qui

non nimis bene tentavit: melius utique HAGENB. Mss. corrupta ita correxit et interpretatus est: Sagaris AMIANTI AVGusti SERvi VERNAE ARCARIi - - VICARius.

1) *memoriam*. Est iam N. 2821. Sed hic repetendam duxi.

4680. G. (*sic*) POMPEIo. MVIICRONI. VXAMENIISI. AN. XC. SODALES ‖ F. C. — Segobiae. Pooz *Viage* T. 10. p. 257.

4681. TICISOTAS FECIT. AMICIBVS (*sic*) SVIS. — Romae. Guasco T. 3. p. 78, 831.

4682. D. M ‖ TI. CLAVDIO AGRIPPINO ‖ FECIT SYMPOR ‖ PRAECEPTOR ‖ DISCENTI. B. M. — Sine loco. Fabrett. p. 570, 131.

4683. D. M ‖ LAETO. QVI ‖ VIX. ANN. XX. M. VI ‖ D. XVIII. C. STERTINIVS ‖ PHILON. CONDISCIPVLO ‖ B. M. F. — Corae. Morcelli *St*. 1. p. 179.

4684. D. M. S ‖ FELICISSIIIMO. AVG. N ‖ FLA. VI. A. NE ‖ CON. SER. VA ‖ CVM. QVO. VIIX. SIT. AN. N. XXX ‖ VNA. CVM. DISIICEN. TI. BVS. EIVIIS. B. M. P. — Nella Vigna Tomasetti alla sinistra del ramo della strada Valeria, che conduceva a Marruvio. Cardinali *Iscriz. inedite* p. 58, 357.

4685. D. M.

NICONI FILIO	EVTYCHETI
DVLCISSIMO	VERNAE
QVI. V. MENS. XI.	QVI VIX. AN I.
DIEBVS VIII.	MENS. V. DIEB. X

PVBLICIA. GLYPTE. FECIT. — Romae. Fabrett. 6, 27. Ita 28. fratri servoque sepulchrum constituitur ab huius domino P. Aelio Tertio.

4686. DÍS MÁNIB ‖ FORTÝNÁTÓ ‖ MVSSVLV V. A. V ‖ M. X ‖ CLÓDIA PRÍMA ‖ FÉCIT VERNAE ‖ SVÓ. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 711. Frequentissimi sunt accentus in saxis a temporibus inde Augusti usque ad Traianum. Singularia haec observavit Marinius: féliei — páeátó — Lúciliaoúm — pupillatú Iúlio frátri Iúliae cet. falsaque omnino est Vossii (*de arte gramm*. 2, 8.) opinio: „Recens consuetudo apponendi accentus, et lapides quo vetustiores, eo magis accentiunculis carent."

4687. EVEMERONI ‖ Q. V. A. IIII. D. XV ‖ ET FORTVNAT ‖ Q. V. A. XIV. M. V ‖ APPIVS CELER ‖ ET CAECILIA SVCII CESSA VERNIS ‖ FECERVNT ‖ III. VNO. DIE MORTVI ‖ PVERI. — Romae. Oderic. p. 219, 56. Polca *sro* p. 156, 42.

4688. D. M ‖ FLAVIA LVCINA ‖ IVNIO ACTORI ‖ FIDELISSIMO ‖ BENEMERENTI ‖ FECIT. — (Loco mihi ignoto.) Spotorno *Trattato* 2. p. 211. ex Riccio.

4689. DÍS MANIBVS ‖ DASVMIA THAIS ‖ ANCILLAE BENE

MERENTI ‖ VIX. AN. XX ‖ D. P. S. T. L.[1]) — Prope Romam. Grut. 938, 1.

1) De pecunia sua testamento legata. Reines.

4690. D. M ‖ M. LICINIO ‖ EVTYCHETI ‖ PATRONVS ‖ INFELICISSI‖MVS FECIT. QVI ‖ VIXIT ANNIS XXXV. — Romae, postea Lugduni. Grut. 944, 10.

4691. D. M ‖ VALERIAE GLAVCAE ‖ LIBERTAE SANCTISS ‖ ET SIBI CARISSIMAE ‖ V. A. XIX. — Romae. Grut. 956, 3.

4692. D. M ‖ P. AELIO. AVG. LIB ‖ PHAONTI ET DOMITIE ‖ EPICTESI. COIVGI SANC‖TISSIMAE LIB. SCRIPSERVNT. — Romae. Oderic. p. 212. *liberti scripserunt* sc. hunc titulum: formula rarissime obvia.

4693. L. PÁCIO IVSTO ‖ PACIA SPES PATRONO ‖ ET CON. B. M ‖ AERE CONLATO. PIET ‖ CAVSA.[1]) — Neapoli. Grut. 919, 10.

1) Ita Grut. 551, 3. HONORIS PIETATISQVE CAVSA. 545, 5. PRO PIETATIS S. emendandum C. i. e. *Causa*. In Mur. 945, 19. AETATIS CAVSA emendo ex Vignolio *Pietatis causa*. Hagenb.

4694. NVMISIAES ET SEPTICIAES ‖ DVARVM ‖ SORORVM L. CHLOI MISELLA.[1]) — Romae. Grut. 1146, 10.

1) liberta Chloi, misera admodum propter amissas duas patronas. Lucius Chlorus Scaligeri totus mihi displicet. Hagenb. Mss.

4695. P. CAECILIVS ‖ P. P. L.[1]) FELIX ‖ VIX. AN. LVII ‖ ZETHVS SERVVS MERENTI ‖ DOMINO FECIT. — Romae. Fabrett. p. 360. X.

1) Publiorum duorum libertus.

4696. LYCORIS ‖ CARA ‖ SVIS H. S. E ‖ S. T. T. L. — Gadibus. Maffei *Mus. Ver.* 424, 2. In Hispaniensibus saxis haec formula *carus*, *cara suis* (Sigla: C. S. vel K. S.) potissimum reperitur.

4697. Idem valet de altera formula P. I. S. (*Pius in suos*) v. c.:

IVNIA	D. M. S.
HEDONE	IVNIA
ANN. XXV. P.	HEDIA P.
I. S. H. S. E	I. S. S. T. T. L.
S. T. T. L.	

— Gadibus. Mur. 1697, 6. Iam habet Fabr. p. 286, 202. dexteriorem, et p. 295, 198. sinisteriorem. Dexteriorem ut ineditam dat Maff. 424, 6. pro P. I. S. habens K. S. Hagenb. Mss.

§. 8. VARII GENERIS SEPVLCRALIA.

4698. C. POBLICIO L. F. BIBVLO AED. PL. HONORIS ‖ VIRTVTISQVE CAVSSA SENATVS ‖ CONSVLTO POPVLIQ. IVSSV LOCVS ‖ MONVMENTI. QVO IPSE POSTEREIQVE ‖ EIVS IN-

FERRENTVR. PVBLICE DATVS EST. — Romae (Macel dei Corvi) extra muros urbis antiquae. (Nardini 1. p. 51. 2, 124.) Grut. 455, 1. Suspecta immerito est Maffeio A. C. L. p. 341.

4699. M. SERVILIVS QVARTVS ‖ DE SVA PECVNIA FECIT. — In monumento Serviliorum extra portam Capenam reperto a celeberrimo sculptore Canova a. 1808. Nardini 1. p. 177.

4700. D. M.
(Septem foramina circulo inclusa.)
CANIAE
VENERIAE. — Romae. Einsmodi foramina ad lacrimas vel libationes excipiendas facta docuit Fabrettus p. 70. Maffei *Mus. Ver.* 161, 4. cfr. Grut. 992, 3.

4701. Inter longaevos ap. Fabrett. p. 563, 103. haec memoranda: * MARCIANAE LVPERCAE ‖ FEMINAE SANCTISS ‖ PIISSIMAE. Q. VIXIT ‖ ANN. C̄I. MENS. V̄I ‖ M. VLPIVS L. MARCIANVS ‖ B. M. F. — Sine loco; et p. 8, 34. SENEX ANN. CII. Illa tamen Ligoriani commatis est.

4702. XXVI. Antiquissimas inscriptiones sepulcrales omnes simplicissimas collegit Lanzi *Saggio* 1. p. 162. Memorabile est diem vel mortis vel sepulturae notari in multis, ut postea in Christianis plerumque fieri solebat, v. c.:

a) M. SIIPRONII. A. D. K. SIIPTE.

b) ALFENO LVCI. A. D. XCNOEM. (i. e. *ante diem X. Kal. Novembr.*)

c) COIILIA A. D. X. KAL. DIIC.

Inscriptiones Etruscas, Latinis literis incisas exhibet Lanzi *Saggio* 1. p. 168. v. c.:

a) SIITHRH CHZARTIII LR. L. i. e. *Sethre Cezartie Larthal* (i. e. Larthia natus; v. Lanzi *Saggio* 2. p. 318.)

b) Q. TREBONIVS C. F. CAECINA NATVS.

c) S. VEL. SPEDO THOCERONIA NATVS.

d) LARTIIIA OTANIS. — Inscriptiones bilingues v. Lanzi *S.* 2. p. 341.

e) L. CAECINA L. F. TLABONI VIX. AN. X̄X̄X̄. ib. T. 2. p. 356.

4703. C. TITIVS. L. F ‖ MAMILLA NATVS.
A. PAPIRIVS L. F ‖ ALFIA NATVS. ANN. XLII.
C. PVBLILIVS P. F. ARN ‖ VIBINNIA NATVS.

Etrusca monumenta apud Maff. (*Mus. Ver.* 367.) „Consueverunt itaque Etrusci, etiam postquam Latini evaserant, matris nomen in monumentis proferre. In his titulis sine cognomento item videmus L. Sentium, reliquos." Maff. cfr. Hagenbach. *Ep. Epigr.* p. 25.

4704. LARTHI[1]) : XETNEI : ANIS
SENTIA . ANI.[2])

Perusiae. — Vermiglioli *Lez.* 2. p. 184. Bilinguis est inscriptio; siquidem priori versui Etrusco subiungitur versio Latina.

1) Larthia, praenomen commune feminarum Etruscarum. 2) Anii uxor.

4705. C. VOLCACIVS ‖ C. F. VARVS ‖ ANTIGONAE ‖ GNATVS. — Perusiae. Vermiglioli *Lez.* 2. p. 140.

4706. D. M ‖ AMICA AMICO ‖ CARISSIMO ‖ B. M. F. — Sine loco. Fabrettus p. 21, 90. item: ib. 91.:

4707. NE TANGITO ‖ O MORTALIS ‖ REVERERE ‖ MANES DEOS. item ib. 94.:

4708. DE NIL IN NIL. QVI ‖ BIDIT BONI NIL ‖ BIXIT AN. II. M. III. FEICIT INNOCENTI ‖ MATER ET PAT ‖ .... ATR. DIXE. TV ‖ . . BIS. BIBES. — Sine loco. Vides in his, si sincera sunt, omissa esse amicae et parentum, qui posuerint, nomina. Sed in talibus fraudes Ligorianae semper sunt timendae.

4709. M' LAELIO. Q. F ‖ FAB ‖ HEREDES. VOL‖VNTATE. SVA ‖ FECERVNT. — Patavii. Polcastro p. 197, 9.

4710. I[1]).SECVNDINIO ‖ SVRIANO. A. E. I ‖ SOCER.[2]) AN. XXX. — Kuendorf. Apianus p. 391. 3. inscriptio a Grutero reliquisque omissa.

1) f. L. Hagenb. 2) f. Ael. Soter, ut Grut. 1123, 10. Id.

4711. D. M ‖ IVVENTIA PRIMI‖GENIA V. AN. LX. H. S ‖ VRSILIA MERENS. — Brundisii. Pigonati *memoria del riaprimento del porto di Brindisi.* Napoli 1781, 4. p. 45., qui liber hanc unicam inscriptionem, eo tempore Brundisii repertam, continet.

4712. POMPON ‖ DIANAE. LOC. H. S. C. P. S[1]) ‖ GRAECEIA P. F. RVFA. — Neapoli. Grut. 884, 15. (1011, 3.) Murat. 55, 7.

1) *Locum hunc sepulchri* Scal. *sacelli* Fabr. *comparavit pecunia sua.* Sed cfr. Grut. 1011, 3. sive nostrum N. 1450.

4713. PHOSPHORVS ‖ OBIT IN TRIMATV. — Romae. Grut. 1148, 13. cfr. Gor. *Etr.* 2, 31, 26.

4714. OPPIAE C. L ‖ THEANONIS ‖ OSSA HIC ‖ SVNT SITA A. D ‖ VII. KAL. IVL ‖ GN. LENT. M. CRAS. COS.[1]) — Romae. Walch. *ad Gorii Xenia* p. 88. Lup. *Epitaph. Severae* p. 84. Mur. 296, 4. Idem usus diem sepulturae notandi frequens in primis in Christianis monumentis.

1) a. c. 740.

4715. GNOME PIERINIS ‖ ANCILLA ORNATRIX ‖ ELATA EST AD V K FE‖BRVARIAS IMP. CAESA‖R XIII. M. PLAVTIO SILVANO COS.[1]) — Romae. Murat. 409, 2. 298, 4. Hagenb. *Epp. Epigr.* p. 50.

1) a. c. 752.

4716. L. CAECILIVS L. L. SYRVS ‖ NATVS MENSE MAIO ‖ HORA NOCTIS VI. DIE MERCVRI ‖ VIX. ANN. VI. DIES XXXIII ‖ MORTVVS EST III. KAL. IVLIAS ‖ HORA X ‖ ELATVS EST HORA IIII ‖ FREQVENTIA MAXIMA. — Romae. Grut. 965, 1. Ut ineditum dat Reines. p. 822, 30. cum quibusdam διττογραφίαις.

4717. GERMANICO CAESARE. C. VISELLIO COS[1] ‖ XIII. K. OCTOBRIS OSSA CONDITA ‖ TITIAE T. L. PHOEBENIS ‖ T. TITIVS. T. L. ANTEROS. — Romae. Fabrett. p. 477, 144.

1) u. c. 765.

4718. D. M. P. AELIO SERVANDO FILIO. P. AELIO SERVANDO (*sic*) ‖ QVI V. A. II. M. IIII ‖ D. II. H. VIS.[1] FAC ‖ CVR. P. AELIVS ‖ VERAX NEPOTI. . . . — Romae. Fabrett. p. 96, 217.

1) horas sex cum semisse. Immo in inscript. Christiana ib. 219. : — HOR. IV. SCRVPVLOS VI. (*scrupulus* vigesima quarta pars onciae, h. l. horae.)

4719. D. M ‖ PHOEBVS QVI ET TORMOGVS ‖ HISPANVS ‖ NATVS SEGISAMONE III. K. MARTIAS ‖ C. BELLICIO TORQVATO. TI. CLAVDIO ‖ ATTICO HERODE COS[1] ‖ DEFVNCTVS IIII ‖ NONAS AVGVSTAS ‖ Q. MVSTIO PRISCO ‖ M. PONTIO LAELIANO ‖ COS[2] ‖ PHOEBION ET PRIMIGENIA FILIO. KARISSIMO. FILIO DVLCISSIMO FECERVNT. — Lutetiae. Maffei *Mus. Ver.* p. 420, 5. Morcelli *St.* 2. p. 109. Quibus coss. aliquis natus, quibus mortuus sit, raro notatur.

1) p. Chr. 143. 2) p. Chr. 164., ut post Mor. arbitrabatur Marini *Atti* 1. p. 335. at confirmare videtur Fronto *ad Verum* Ep. 4, l. 2. p. 118. Med. v. Morcelli.

4720. D. M ‖ HARNES ‖ Q. VIX. ANN. XX ‖ BARIAMMAS ‖ CONIVGI B. M. F ‖ CVM QVA VIX. AN ‖ VIII. ET SIBI. — Romae. Fabrett. p. 281. XVI. Inscriptio notanda propter nomina aramaica; si Hebraei fuerunt, mirum illud D. M.

4721. * ASAPHAT. IVDEVS TARS. ORIVNDVS OB GRANDEM ‖ NVMMVM E PATRIA PVLSVS ROMAE QVIESCO ‖ POSTEROS VETO NE QVIS SEPVLCHRVM ‖ INGREDIATVR QVOVSQVE RESVRGAM. — Romae. Reines. Cl. XVII. 20. Fabrett. p. 749, 558. Spuriam hanc censeo.

4722. In eodem sepulcro, ad Coemeterium ss. B. Tertullini, repertae sunt inscriptiones et gentiles et christianae, feminarum eiusdem familiae:

a) D. M ‖ VAL. VICTORIAE ‖ MATRI BENEMERENTI VIXIT AN. L ‖ EROTICE FILIA ‖ FECIT.

b) d. N.[1] ‖ AVRELIAE bICTORIAE QVAE bIXIT ‖ ANNVM ET MENSES ‖ OCTO. — Romae. Fabrett. p. 547, 6. et VIII.

1) Deo nostro. — D. M. in inscriptt. Christ. p. 564. explicant nonnulli *Deo Magno*. Falso. Cfr. seq.:

4723. DIS MANIBVS PRINCIPIO FILIO DVLCISSIMO SVO

POSVIT. QVI VIXIT ANNIS VI. DIE ‖ XXVII. IN PACAE (*sic*). — Loco mihi ignoto. Arevalus *ad Prudentium* Vol. 2. p. 733. Est una ex iis inserr. Christianis, in quibus mira ἀβλεψίᾳ insculpti sunt Dii Manes.

4724. SEVERO FILIO DVL‖CISSIMO LAVRENTIVS PATER. BENEMERENTI. QVI BI‖XIT ANN. IIII. ME. VIII. DIES. V ‖ ACCERSITVS AB ANGELIS. VII. IDVS. IANVA. — Romae. Fabr. p. 581. LXXXVI. Ob formulae novitatem et elegantiam Christianum hoc recepimus.

4725.		
	D. M.	D. M.
	AVFIDIAE. EPITEV	AVFIDIAE EPI
	XIS. TI. CLAVDIVS	TEVXIS. TI. FLAVI-
	HERMES TVTOR	VS. HERMES.
	ET T. FLAVIVS HER	TI. CLAVDIVS H
	MES AMICVS	ERMES TVTOR
	BENE MERENTI	B. M. FECERVNT.
	FECERVNT	

Romae. (Morat. 1438, 12.) Labus *intorno due antichi epitaffj*. Milano 1817. et in Millin *Annal. encycl.* T. 2. p. 350.; quem confer de huiusmodi inscriptt. duplicatis. — Quod pertinet ad verba *tutor* et *amicus*, doctissimus Labus conferri iubet Grut. 323, 11. 1128, 11. Tum Aureliae, feminae christianae, AMATOR SVVS. Boldetti *Cimit. SS. MM.* p. 383.

4726. D. M. S ‖ AVREL. MESTRIAN. ET[1] ‖ FILIAE DVLCISSIMAE ‖ QVAE VICXSIT ANNIS QVATTOR ‖ AVREL. MESTRIPER.[2] PATER ‖ ET SIBI ET SVIS ‖ LIB. LIBQ. POST. EORVM ‖ Q. IIH. S-S.[3] — Romae. Grut. 672, 2. Murat. 1138, 1,

1) Corruptum hoc; melius Mur. *Mestrianeti;* mox id. *quotuor.* 2) Gud. MESTRIPOR, ul Marcipor, Lucipor, sed Mur. MISTHER. 3) *qui heredes sunt.* Scal. fortasse: *qui heredes scripti sunt;* ot Grut. 833, 10. H. H. S. S. Heredes scripti. Hagens.

4727. D. M. S ‖ CLAVDIVS ANTIPATRVS ‖ SIBI ET SVIS ‖ ET HEREDIBVS PROFILIISQVE[1] ‖ EORVM ‖ FECIT CLAVDIVS L. L. *ΑΜΦΙΛΑΟΧΩ*. — Romae. Grut. 865, 9.

1) Ita Fabrett. Grut. PROFIISQVE., quod Scal. accepit pro *Posterisque.*

4728. D. M. S ‖ L. FABIVS MODESTVS ‖ SIBI ET SVIS OMNIBVS ‖ INSTANTIA ET LABORIBVS ‖ SVIS FECIT. — Herculani. Maffei *Tre lettere* p. 29, 17. *Mus. Ver.* 351, 5.

4729. IVL. VICTOR ‖ NEGOTIATORI ‖ QVONDAM VESTIARIO ‖ TESTAMENTO EIVS ‖ IVLIVS CLEMENS ‖ AQVILIFER LEG. III. ITAL ‖ FRATER EIVS ‖ F. C ‖ D. D. — Augostae Viod. Grut. 651, 3. Gereken *Reisen.* 1. p. 269. Raiser *Augsburg.* p. 74. Rarior est formola *quondam*, quam observavi in alio quoque lapide Augustano ap. Gercken l. l. p. 265. IVL. MACRIANO ‖ QVONDAM ‖ VETERANO. Frequens est hodie apud Italos.

4730. DROMO ET HYLAC[1]) ‖ CANIB. VENATICIS ‖ BONI. ...... In pago Szöny. Schoenwisner *Iter Pannon.* T. 2. p. 275, 24.

1) Hylaci vel Hylactori. Posterius praefert Schoenw.

§. 9. ACCLAMATIONES FVNEBRES ET SEPVLCRALES.

Hae omnes probe sunt examinandae, quum falsariis eiusmodi multae debeantur.

4731. AVE. LVCI ‖ PRAEREPTE. MA‖TRI. — Romae. Fabrett. p. 188, XXXIX.

4732. AVE. SEXTI ‖ IVCVNDE ‖ VALE SEXTI ‖ IVCVNDE. — Luxemburgi. Grut. 889, 8.

4733. *HAVE HAVE ‖ HEROTION ‖ ET VALE ‖ AETERNOM ‖ C. CESTIVS FILIAE ‖ P. C. — Romae. Grut. 1123, 2. Suspecta.

4734. AVE EVSEBI ‖ CASONIAE DONATAE. QVAE. VICXIT. ANNIS ‖ XXXXVII. D. XI. HORIS IIII. CANDIDVS AVG ‖ PII. VERNA. EX TEST. CONIVGI. BENE MERENTI ‖ POSVIT. EVSEBI ‖ HAVE ET VALE ‖ LOC. LIB.[1]) (*Asciae figura*) — Vesontionensi in agro in vico Sancti Ferreoli. Mur. 536, 2. et 2042, 6.

1) „Hic lapis opportunitatem dederat *Eusebio Romano* h. e. *Io. Mabillonio*, ut epistolam ad *Theophilum*, Gallum, scriberet *de cultu ignotorum sanctorum* in *Vett. Anal.* p. 565. *Ouvrages postumes* T. 1. p. 247." Saxii *Miss.* 4. p. 252.

4735. HAVE. MANLIA ‖ ANTHVSA ‖ BENE. SIT. TIBI. QVI. LEGIS ‖ ET. TIBI. QVI. PRAETERIS ‖ MIHI. QVI. HOC. LOCO. MONVMENT ‖ FECI. ET. MEIS. — Velitris. Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 150.

4736. D. M ‖ HAVE. PRIMITIVA. BENIGNA ‖ INCOMPARABILIS. FEMINA ‖ VIVA. MIIII. POSVI. — Canobii. Labus in Amoretti *Viaggio ai tre laghi* p. 125.

4737. T. LOLLIVS T. L ‖ MASCVLVS IIIIIIVIR. BODINCOMAGENSIS ‖ POSITVS PROPTER VIAM ‖ VT DICANT PRAETERIENTES ‖ LOLLI AVE. — Aquis Sextiis. Zachariae *Excurs.* p. 49. De Bodincomago v. Plin. *H. N.* 3, 16.

4738. RVBRIA PRIMA ‖ ALBANIESIS (*sic*) P. RV‖BRIVS P. L. VTILIS ‖ AMICE HAVE ET ‖ VALE. EGO HIC ‖ SITVS SVM. — Romae. Spon *Misc.* p. 155, 1. cfr. Mur. 1021, 6.

4739. IVLIA PAVLA ‖ H. S. E ‖ ER.[1]) PRO PIETATE ‖ VALE IVLIA. — Coloniae Agrippinae. Harzheim. *de Relig. antiquor. Vbior.* p. XXXIII.

1) erexit (?) Est potius: HERes.

4740. *HIC EST SEPVLTA ‖ PACILIA SOSPITA. PIA ‖ PRO-

BA. BONIS PROBATA. SVMMA QVAE ‖ VIXIT FIDE. QVI BENE COGNORVNT. COGNITAM ‖ BENE EXISTVMANT. HAVE ET VALE QVAE ‖ OPTAS. EVENIANT TIBI ET TVIS ‖ L. AQVILLIVS FAVSTVS DE SVO FECIT. Sine loco. Fabrett. p. 122, 23. ex schedis Barberinis, quemadmodum et sequens:

4741. ° PROSDOCIONIS OSSA ‖ HIC SITA SVNT. VIXIT ANN. XXV ‖ SINE CONTVMELIA. DAT DONVM ‖ HORESTES BENEMERENTI CONIVGI SVAE ‖ HAVE. NVMQVID VIS. VALE. — Sine loco. Fabrett. p. 123, 26. Utraque mihi est suspecta.

4742. D. M ‖ CASSIAE FESTAE ‖ L. ARRVNTIVS STA‖CHYVS FEC. CONIV‖GI KARISSIMAE B. M ‖ ET SEX. GELLIO FES‖TO FILIO ET HYGIAE ‖ VERNAE. HAVETE ‖ AMICI ET AMICAE ‖ BONI EVTYCHE ET OECONO‖ME ET PRINCEPS AGO ‖ MEMORIAE VESTRAE GRATIAS ‖ B. B. — Romae. Fabrett. p. 121. IX. Explicant *Boni Boni*, i. e. *Optimi*. (?)

4743. IVLIAE SP. F.
TIIAIDI

HAVE THAIS
DII TIBI
BENE FACIANT. — Ostiae. Grut. 490, 6.

4744. D. M. S ‖ MACEDO. HAVE ‖ BENE. VALEAS ‖ QVIS. QVIS. ES ‖ FECER. C. MODESTIVS ‖ MACEDO. PATRI ‖ PIISSIMO. ET ‖ FORTVNATA ‖ CONIVX. CVRANTE ‖ RVFINO COLLIBERTO. — Romae. Grut. 732, 13.

4745. ° AVFIDIAE C. L. VENVSTAE ‖ VIATORES. SALVETE ‖ ET BENE VALETE. — In agro Ferrariensi. Fabrett. p. 705, 262.

4746. ° D. M ‖ ATILIAE MAXIMINAE ‖ ANIMAE INNOCENTISSIMAE ‖ C. AONIVS VITALIS ‖ VXORI INCOMPARABILI ‖ QVAE VIXIT MECVM ‖ SINE VLLA CONTROVERSIA ‖ ANN. XVIII. M. II. D. VIIII ‖ QVAE TVLIT SECVM [1]) ANN. XXXXVI ‖ QVAE DVXIT SECVM ‖ GLORIAM ET HONO. AETERNVM ‖ MEVM VALE SOLATIVM. — Veronae. Grut. 759, 2. Suspectissima.

1) v. Petron. *Burm.* p. 201. Fabrett. p. 325.

4747. T. SAVFEIVS. L. F ‖ SAVCIO. SALVE. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 159, 4. „*Salve aeternum mihi maxime Palla.*" Aen. 11, 97. *M. Ver.* 160, 9. AVE ANIMA INNOCENTISSIMA.

4748. ° D. M. ‖ FELICVLO CRESCENTI ‖ INFANTI DVLCISSIMO ET ‖ ALVMNO KARISSIMO ‖ DELICIO SVO ‖ VIXIT ANN. VI. M. III ‖ D. XVIII. H. IIII. ‖ FRVCTVM ALIVM MERI‖TORVM SVOR. REPORTARE ‖ FATVS MALVS NEGAVIT ‖ HAVE PERPETVOM. Romae. Grut. 661, 6. Vidit Vrsinus, cui tamen non semper fidendum. *Fatus malus* in alio quoque Vrsiniano saxo Grut. 663, 5. Etiam talia

aeternom, *perpetuom* sic scripta non carent suspicione. In istiusmodi enim deliciis exsultabant falsarii Itali; eademque facillime confingi poterant oratione soluta. Similia, atque etiam magis ingeniosa excogitavit nostras Paulus Gulielmius. Vide Genevensia et Aventicensia.

4749. D. M. S ‖ AELIO HERME‖RO†[1]) AVRIGE ‖ DEFVNCTO ‖ IIIIICI.[2]) ANN. XXIII ‖ HERMIAS ‖ R. P. VAL.[3]) ‖ VIRO IN‖COMPARA‖BILI STTL[4]) ‖ FREQVENS VIATOR ‖ SAEPE QVI TRANSIS LEGE ‖ NATVS PRO TE SVM. — Valeriae Celtiberorum, hodie *Valera*. Ponz *Viage* T. 3. p. 174.

1) leg. *Hermeroti*. 2) In his latera videtur numerus victoriarum. 3) Veleria. 4) Sit tibi terra levis.

4750. D. M ‖ OMIDIA BASILISSA ‖ VIXIT ANNIS XXV ‖ QVAE POST LONGAS ET ‖ VARIAS INFIRMITATES ‖ HOMINIBVS EXEMPTA ‖ EST. MISERA VAL ‖ MACEDO MARITVS. — Romae. Grut. 813, 3.

4751. ITA. VALEAS. SCRIPTOR. HOC. MONVMENTVM ‖ PRAETERI. — Prope Aquileiam. Bertoli A. d' A. p. 193, 217. (Mur. 1772, 2.)

4752. * HEV ‖ FL. QVARTILL ‖ PRAEFICA ‖ V. ANN. LXI. — Ferrariae. Mur. 951, 1. Suspecta inscriptio, ut multae Ferrarienses.

4753. D. M ‖ C. AVIDIO C. F ‖ NAEVIDIANO[1]) ‖ II VIRO. Q. Q ‖ AVGVRI SVASAE ‖ PATRI PIENTISSIMO ‖ ET TV. ET TIBI.[2]) — In Suasae parietinis. Grut. 369, 5.

1) Ita Add. Grut. pro *Voevidiano*. 2) v. Fabrett. p. 670. Reines. p. 456. et 607. Dirigitur oratio ad praetereuntem in hisce *Et tu. Et tibi*; quorum illud vulgari, *Vale*, *Salve*, *Ave*, hoc isti *Bene sit tibi* respondet. Nota praeterea augurem municipalem.

4754. BENE SIT NOBIS. IVLIA ‖ GLYCONIS. CVM FILIO ‖ SVO. SIT TIBI TERRA LEVIS. — Romae. Grut. 874, 12.

4755. LAGGE. FILI ‖ BENE. QVIESCAS ‖ MATER TVA ROGAT ‖ TE. VT ME AD TE ‖ RECIPIAS. VALE ‖ P. Q. X. V.[1]) — Narbone., Grut. 693, 1. Murat. 1182, 2.

1) *Pedes quadratos XV* Reines. p. 700., malim quam Murat.: *Pedes quoquoversum XV*. Ita in alio saxo Narbon. Grut. 645, 2. I. A. P. Q. V. est *In agrum Pedes quadratos quinque*; non ut Scalig. volebat: *Incomparabili. Amantissimae. Praestantis-Que Virtute*. Narbone alterutram dimensionem notari solitam fuisse, vel *In agrum* vel *in frontem* videbis in Maff. *Mus. Ver.* 418, 7. seqq. Hagenb. Mss.

4756. D. M ‖ ET MEMORIAE AETERNAE ‖ FAVSTINI[1]) ‖ M. AVRELI. INFANTIS DVLCIS‖SIMI ET INCOMPARABILI (*sic*). QVI ‖ VIXIT ANNIS VIIII. M. II. D. XIII ‖ QVI SIBI ANTE MORTEM RO‖GAVIT. QVAM PARENTIBVS ‖ SVIS. C. IVL. MAXIMVS FILIAS‖TRO ET AVRELIA FAVSTINA ‖ MATER VNICO FILIO. DESO‖LAT. P. C. ET SVB ASCIA DEDI‖CAVERVNT. MVLTIS ANNIS ‖ VIVAT QVI DIXERIT ARPAGI[2]) ‖ TIBI TERRAM LEVEM. — Lugduni. Grut. 682, 9. Spon *Lyon*. p. 46.

1) lapidarius ita versu tertio supplevisse videtur nomen prius omissum versu quarto. 2) Quid haec acclamatio sibi velit, latet. Spon pro ὑποχορισμῷ habet: at quonam significatu?

4757. DIS MANIBVS ‖ L. FABIVS RVFINVS PIVS IN ‖ SVOS ANNORVM LXX ‖ H. S. E. T. R. P. D. S. T. T. L.[1]) — Auximi. Murat. 1672, 10. (cfr. ib. 1095, 8.)

1) Hic situs est. Te rogo. praeterie s, dicas: sit tibi terra levis; ita optime interpretatus est Hagenb. *Epp. Epigr.* p. 50. ex Gaditano lapide ap. Fabrett. 285, 190.: MVSCILIVS CARVS SVIS. ANN ‖ IIII. H. S. E. ET TE ROGO ‖ PRAETERIENS. VT LEGAS ET ‖ DICAS. SIT T. T. L.

4758. D. M ‖ PRIMA ET MORIBVS VIXIT ‖ A. XXVIII. OSSA BENE QVIESCANT ‖ TVA. NVLLVM DOLOREM ACCEPI TVI ‖ NISI QVOD FATALEM DIEM CELERITER ‖ PEREGISTI. — Romae. Grut. 921, 10. e Mazochio 115, 8. Apud Fabr. p. 88, 163. tamquam ineditum est fragmentum, omisso D. M.

4759. O. D. M. C. VALERI T
T SVCCESSI HIERO T
B. ET ROMANA FILIO L
Q CARISSIMO V. A. XI S
M. XI. D. XIII. — Florentiae. Murat. 1225, 8. cfr. Hagenb. *de dipt. Boeth.* p. CLV., qui notas illas in utroque latere positas optime interpretatur: *Ossa Tua Bene Quiescant. Tibi Terra Levis Sit.* cfr. Mur. 1527, 9. 1714, 10. Gor. *Etr.* 2. p. 398.

4760. DORMI ‖ CLAVDIAE ‖ HERMIONAE ‖ ARCHIMIMAE SVI ‖ TEMPORIS PRI‖MAE HERE‖DES. — Romae. Fabrett. p. 707, 285. *Dormi*, quod Gorius pro nom. propr. habuit, Hagenb. Mss. rectius accepit pro imperativo, ut *ave*, *salve*, *vale*.

4761. * D. M ‖ PORTITORI PLVTO‖NI ET PROSERPIN ‖ HAVE IVLIA C. FIL ‖ MAXIMA FELIX DOM ‖ TROMENT. SALON ‖ ANIMVLA DVLCIS ‖ ANIMVLA SVAVIS ‖ ANIMVLA IN DEORVM ‖ NVMERVM RECEPTA ‖ VNDE TALE. QVANDO ‖ TALE. ET CVI TALEM ‖ V. A. LIX. MEN. VI. D. XII ‖ HOR. NOC. IX. T. SCRI‖BONIVS BARBVLA ‖ CONIVGI INCON‖PARABILI. B. M. P. C ‖ ET INFRA SCRIPTIS ‖ V. V.[1]) C. ARRIO MARIN.[2]) — Patavii. Grut. 794, 1. Velseri *Opp.* p. 118. Commenticia videtur, ut aliae Patavinae.

1) Vivis. 2) Desunt quaedam.

4762. D. M ‖ CL. IANVAR ‖ AMANS AMAN[1]) ‖ HEC TIBI ‖ PRO MERITIS ‖ DO. — Caesaroduni (Tours.) Sauvagère *Recueil.* p. 147.

1) Amanti.

4763. DELIAE SERTA DATE. — Romae, in urnula. Fabrett. p. 755, 611.

4764. ACVBIVS ‖ SALONINVS ‖ EVFRONI.[1]) — Romae. Marini *Iscr. Alb.* p. 98.

1) i. e. εὐφρόνει. v. de his acclamatt. Marin. l. l. et p. 129. EVPSYCHI TEC‐NON VDIS ATHANATOS. Nos infra de iis disputabimus.

4765. D. M
C. LICINIO
MIDONI — ΜΙΔΩΝ
ET BM ΟΥΔΕΙΣ
ΨΙΧΙ ΑΘΑΝΑΤΟΣ
GRANIA EPI
CTESIS — ΚΑΙ Ο Η
ΡΑΚΛΗΣ
FECIT. CON — ΑΠΕΘΑ
IVGI. DVLCI — ΝΕ. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 268, 11.

4766. D. M ‖ IVLIA POLITICE ‖ DOESE ‖ OSIRIS ‖ TO PSYCRON ‖ HYDOR. — Romae. Fabrett. p. 165, XIX. *Ψυχρὸν ὕδωρ δοίη σοι ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς.* Maff. *Mus. Ver.* 318, 3.

§. 10. SENTENTIAE SEPVLCRALES. ELOGIA. CARITAS MVTVA. VITAE BREVITAS. IMPRECATIONES. ET PENDENS. CET.

4767. D. MARIVS 7. L ‖ EXORIENS ‖ V. A. XXXV ‖ HVNC LEGES LETI PRAEPOS‖TERAE ERIPVERE ‖ MATRI. QVAE VT ANNIS ‖ MORTE QVOQ. ESSET PRIOR. — Romae. Guasco T. 3. p. 25, 582.

4768. DIS MANIBVS ‖ CLAVDIAE VICTORINAE ‖ VIXIT ANNIS VI ‖ MENSIBVS XI ‖ DIEBVS XVI ‖ PARENTIS (*sic*) FILIAE ‖ FECERVNT ‖ QVEM NON LIQVIT NOS ‖ FRVNISCI. — Romae. Oderic. p. 164. LIQVIT pro *licuit.*

4769. DONATVS ‖ AVG. LIB. ET ‖ ANNIA PRIMITIVA ‖ HANC SEDEM ‖ FRVCTVM LABORIS SVI ‖ VIVI SIBI POSVER. — Polae. Grut. 611, 7.

4770. SEPTVMIAE L. L ‖ SEVERAE ‖ L. POBLIC. ABASCANT ‖ PRO. MERITIS. PARVM ‖ PRO. FACVLTATE. SATIS. — Peschierae, nunc Veronae. Grut. 994, 3. Maffei *Dittico Quir.* p. 27.

4771. D. M ‖ SEMPRONIO DONATO. HOMIN ‖ FRVGALISSIMO QVI VIXIT AN‖NIS LXV. MENS II. DIES V. HOR VII ‖ CVIVS FRVGALITATI HERES MA‖XIMAS GRATIAS AGET. AMPLIVS MEREN‖TI. HERES HONORABIT. — Romae. Fabrett. p. 122, 19.

4772. DIS MANIBVS ‖ IVLIAE HELPIDIS ‖ OSSA PIIA. CINERESQVE ‖ SACRI HIC ECCE QVIESCVNT. — Romae. Grut. 915, 5. Reines. p. 860, 167. Mur. 1690. 11., qui habet PILA pro PIIA. .

4773. TERENTIA ALBANA ‖ ANN. XXV. MENS. XI ‖ DIES XIV. MINVS QVAM ANN. XXVI ‖ EGO SVM QVAE IN CARINIS

PEPERI ODI[1]) ‖ SVPERI ET INFERI O MATER MISERA. — Veronae. Maff. *Mus. Ver.* 161, 5.

1) o Dii.

4774. * M. L.[1]) FLORVS M. FL. F. M. L. FL. PRONEPOS. INFELICISS. PARENS AFFLICTVS PRAEPOSTERITATE ‖ NAT. IIV. FILIVM VN. II. COND.[2]) QVEM IMPORTVNA ‖ MORS ADEMIT. PRAEREPSITQVE[3]) SENII BACVLVM ‖ CVI IAM DEFESSA AETAS ADNITENS PERBREVES ‖ ANNOS. SS.[4]) ALLEVABAT. HVNC ANTE MORS ADSEQVITVR[5]) ‖ QVAM TRISTES LACHRIMAE DESERVERINT ‖ NOTA POST.[6]) — Neapoli. Grut. 681, 6.

1) nota praenomina duo. 2) naturae hunc filium unicum hic condidit. 3) praeripuit. 4) suos. 5) adsequetur. 6) posteritas. Mihi est suspecta.

4775. ANIMAE SANCTAE COLENDAE ‖ D. M. S ‖ FVRIA SPES L. SEMPRONIO FIRMO ‖ CONIVGI CARISSIMO MIHI. VT COGNOVI ‖ PVER. PVELLA. OBL'GATI AMORI PARITER ‖ CVM QVO[1]) VIXI TEMPORI (*sic*) MINIMO. ET ‖ QVO TEMPORE VIVERE DEBVIMVS ‖ A MANV MALA DISPARATI SVMVS ‖ ITA PETO VOS M . . ES[2]) SANCTISSIMAE ‖ COMMENDAT . .[3]) HABEATIS ‖ MEVM CO . . M[4]) ET VELLITIS ‖ HVIC INDVLGENTISSIMI ESSE ‖ HORIS NOCTVRNIS ‖ VT EVM VIDEAM ‖

ET ETIAM ME FATO SVADERE[5]) ‖ VELLIT. VT ET EGO POSSIM ‖ DVLCIVS ET CELERIVS ‖ APVT EVM PERVENIRE. — Romae. Grut. 786, 5.

1) ita lapis Gud. in *Act. Erud. Suppl.* T. V. p. 28. Grut. CVO. 2) Manes. 3) commendatum. 4) coniugem. 5) FATO SVO ADDERE rectius Boxborn.

4776. DIS MANIBVS ‖ SERGIAE NICE ‖ VIXIT ‖ ANNIS XVIIII ‖ MENSIBVS VI ‖ HERMES ‖ SERGI FRVCTI ‖ CONIVGI CARISS ‖ HOS AB ANIMO ‖ POTVIT DISIVNGERE NEMO ‖ NISI FINITIO FATI. — Romae. Grut. 827, 3.

4777. A. MEMMIO CLARO ‖ A. MEMMIVS VRBANVS ‖ CONLIBERTO IDEM CONSORTI[1]) ‖ CARISSIMO SIBI ‖ INTER ME ET TE SANCTISSIME MÍ ‖ CONLIBERTE NVLLVM VNQVAM ‖ DISIVRGIVM FVISSE CONSCIVS ‖ SVM MIHI. HOC QVOQVE TITVLO ‖ SVPEROS ET INFEROS TESTOR DEOS ‖ VNÁ ME TECVM CONGRESSVM ‖ IN VENÁLICIO. ÚNA DOMO LIBEROS ‖ ESSE FACTOS. NEQVE VLLVS VNQVAM ‖ NOS DÍVNXISSET NISI HIC TVVS ‖ FÁTALIS DIES. — Ad portam Capenam. Marini *Atti* 2. p. 712.

1) i. e. κοινοβίῳ. Nota accentus.

4778. D. M ‖ L. ARVLENVS ‖ SOSIMVS FECIT ‖ CLODIAE CHARIDI SVAE CONIVG ‖ DVLCISSIMAE ‖ QVAE SI AD VITAE ‖ METAM PERVENIS ‖ NON HOMINIB ‖ NEQ. DIS INVIDIS ‖ SET. VIX. SECVM ‖ VIXIT DIES XV. — Neapoli. Grut. 758, 4.

4779. C. IVLIO AVG. LIB. PHOEBO ‖ RVFIONINO ‖ CESTVS DE SVO FECIT ‖ *TOYC. APAΘOYC. KAI. ΘANONTAC ‖ EYEPΓETEIN. AEI.* — Romae. Grut. 615, 2.

4780. VETO ‖ RELIQVIAS[1]) ‖ P. VERONIVS ‖ CALLISTVS ‖ HOMO OPTIM ‖ HIC IACET. — Veronae. Grut. 925, 21. Maffei *Mus. Ver.* 146, 2., quem vide.

1) *Veto reliquias* sc. violari vel dissipari. HAGENB. Mss.

4781. DIS MANIBVS ‖ IVLIAE FELICVLAE ‖ CONIVGI BENE‖ MERENTI. EIVSDEM ‖ FILIO NEPTVNALI PATER ‖ FECIT. EVARISTVS. PVBLIC ‖ IVLIANVS. SIBI ET SVIS ‖ POSTERISQVE EORVM ‖ HOSPES AD HVNC TVMVLVM ‖ NE MEIAS. OSSA PRECANTVR ‖ TECTA HOMINIS. SET SI GRATVS ‖ HOMO ES. MISCE. BIBE. DA. MI. — Romae. Grut. 792, 1.

4782. DIS MANIBVS ‖ M. ACVTIVS ‖ SALVTARIS ‖ FECIT SIBI ET TERTVLLIAE ‖ CONIVGI SVAE ‖ BENE VALEAS. RELIGIOSE. QVI ‖ HOC LEGIS ‖ BENE SIT FILIS FILIABVS MEIS ‖ QVI ME BENE COLVERVNT. — Romae. Grut. 750, 6.

4783. A. TERENTIVS. TERENTIAE ‖ DOMITI.[1]) L. HERACLEO ‖ QVISQVIS ES HOMO. ET VOS SODALES MEOS CVNCTOS ‖ ROGO PER DEOS SVPEROS. INFEROSQVE. NI ‖ VELITIS OSSA MEA VIOLARE. — Romae. Grut. 996, 12.

1) scil. exoris. Vide Perizon. *dissert.* 1. p. 21. de hoc lapide. Add. Holth. et cfr. Grut. 996, 13. Utramque inscript. ut ineditam dat Mur. 932, 12 et 13.

4784. PER DEOS SVPEROS ‖ INFEROSQVE TE ROGO NE ‖ OSSVARIA VELIS VIOLARE ‖ M. CALPVRNIVS M. L. SVLLA ‖ CALPVRNIA M. L. FAVSTA LI‖BERTA. — In agro Romano. Gori *Etr.* 3. p. 136.

4785. STABERIAE P. L. FLORAE. OSSA HEIC SITA SVNT ‖ ROGO TE. MI VIATOR. NOLI MI NOCERE ‖ ROGO TE. MI VIATOR. NOLI MI NOCERE (sic bis). — Capuae. Grut. 995, 4.

4786. TV. NE. VELLIS. ALIENA MEMBRA ‖ INQVIETARE IACENTIS. DOLIES ‖ COMPARABIT. SIBI. QVOD SI NO‖CVERIS. NOCEBERIS AB ALIO. — Romae; cum anaglypticis ornamentis obscoenis. Paciaudi *Mon. Peloponn.* 1. p. 204.

4787. DOMNAEDIVS. POSSESSOR ‖ COLONVS SEQVENS ‖ ET TV VIATOR. PRECOR ‖ PARCE TVMVLVM ‖ NARCISSI. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 82. Quattuor homines alloquitur Narcissus, domnaedium, i. e. dominum aedium, possessorem, colonum successorem suum, ac viatorem.

4788. OSSA HIC SITA ‖ SVNT AVCTAES ‖ APVSTIAE RVFAE[1]) QV‖AE FVIT[2]) ROGO PER SV‖PEROS. QVI ESTIS. OSSA

MEA TVEATIS. — Florentiae. Spon *Misc.* 24, 1. Mur. 1174, 11. Maff. *Mus. Ver.* 150, 4.

1) scil. servae. 2) h. l. *fuisse* pro *vixisse*, *esse* pro *vivere* recte accipit Sponius. Hagenb.

4789. C. SEMPRONIVS ‖ Q. F. PRIMVS VIV‖OS F. SIB. ET VXORI ‖ CLODIAE SECVNDAE ‖ ET Q. SEMPRONIO ‖ TERTIO FRATRI SVO ‖ IN F. P. XXXVI. RET ‖ P. XXVI. ILLI DE‖OS IRATOS. QVO‖S OMNIS COLVNT. SI ‖ QVIS DE EO SEPVLCR ‖ VIOLARIT. — Patavii. Grut. 826, 7. Sax. *Peric.* p. 45.

4790. QVISQVIS ‖ HOC SVSTVLERIT AVT LAESERIT ‖ VLTIMVS SVO‖RVM MORIATVR. — Romae. Rein. p. 1000, 411. Fabrett. 4, 19.; qui pro *laeserit* l. *iusserit*. cfr. Gronov. *ad Herod.* p. 857. et Sen. *de Benef.* V, 19. Hagenb. Mss.

4791. (Caput iuvenile. Geminae manus decussatae, significantes vota deprecantis Solem:) *Infra haec:*

D. M ‖ TIMOTHEAE ‖ M. VLPIVS NICANOR ‖ VERNAE ‖ SVAE F ‖ SOL TIBI COMMENDO ‖ QVI MANVS INTVLIT EI. — Romae. Mur. 26, 3. et 1215, 7. Similis ib. 26, 1 et 2. item 1215, 6:

4792. *(manus duae in caelum sublatae.)* *(manus duae.)*

D. M. S	QVISQVIS EI LAESIT
CALLISTO FILIO	AVT NOCVIT SEVERAE
PARENTES	IMMERENTI DOMINE
	SOL TIBI COMMENDO
	TV INDICES[1]) EIVS MORTEM.

— In Via Appia. Paciaudii *Diatribe.* p. XIII., ubi similes lapp. collegit, Graecos etiam.

1) f. viadices. Pac. Scil. lit. *V.* bis legenda est. cfr. Mur. 1144, 6.

4793. PRO COPE MA NVS ‖ LE VO CON TRA ‖ DE VM QVI ‖ ME INNO CEN‖TEM SVSTV LIT ‖ QVAE VIX. IT ‖ AN. N. XX ‖ POS. PROC. VLVS. — Romae. Millin *Mag. encycl.* 1810. 2. p. 147. De imprecationibus sepulcralibus cfr. Walch. ad *Corii Xenia* p. 98.

4794. IVLIVS BALERIANVS ‖ QVI VIXIT ANNIS B.[1]) XX ‖ NATALI SVO D[2]) ‖ SODALICIARIVS ‖ BONVS. AMORATVS ‖ FILETIVS[3]) VSQVE AT FOTSA. *(cum imagine retiarii et secutoris.)* — Miseni, nunc Florentiae. Gor. *Etr.* 3. p. 99.

1) bene. 2) decessit. 3) a v. *φιλεῖν*.

4795. D. M ‖ IVLIO DIADVMENO ‖ FILIO ‖ IVLIVS CORVNCA‖NIVS ‖ VIX. HOR. IV ‖ HORA BREVIS VITAE ‖ LETVM TVLIT. — Romae. Grut. 688, 8.

4796. DIS MAN. SACRVM ‖ T. CAMPILIO T. F. MANIPVLARI[1]) ‖ VIX. ANN. XXXIX. D. XVI ‖ CAMPILIAE FESTAE SORORI SVAE ‖ VIX. ANN. XXII. MEN. III. D. VI ‖ CAMPILIO RVFINO NEPOTI ‖ VIX. ANN. XII. M. VIII. D. IX ‖ ET ALBANAE MERV-

LAE VXORI ‖ B. DE SE M. ANN. XXXIII. M. VI. D. IIII ‖ ET CAMPILIO ALBANO INFANTI ‖ DVLCISS. ANN. II. M. V. D. IIII ‖ QVOS DII IRATI VNO DIE ‖ AETERNO SOMNO DEDERVNT ‖ T. CLAVDIVS HERMES ‖ DOLENS DE SVO FECIT. — Romae. Grut. 535, 4.

1) h. l. cognomen.

4797. QVEM.[1]) DI. AMAVE‖RVNT. HAEC MORI‖TVR. INFAS. ANNO‖RVM III. MENS. SEX ‖ D. XIIII. ISIATI FILIAE ‖ B. N. M.[2]) ANTINOVS ‖ ET PANTHIA. PAR.[3]) — Romae. Grut. 688, 2.

1) pro *quam*. 2) Bene meritae. 3) parentes.

4798. CLODIAE LETHAE ‖ MORS MEA QVOI DOLVIT ‖ POSVIT HVNC ‖ TITVLVM MIHI. — Prope Brixiam. Grut. 866, 5. ex Fabretti *Emend.* p. VI.

4799. C. SENTIDI SATVRNINI[1]) ‖ SEPVLCRVM MIHI HOC POSVIT ‖ MORS MEA QVOI DOLVIT. — Morro di Valle. Orsato *Marmi crud.* p. 160.

1) vel supplendum *monumentum*, vel in principio excidit D. M.

4800. = D. M. = ‖ HIC IACET DVLCIS ‖ ANIMA SAGITTIA ‖ CVM SVO ALVMNO ‖ EVENTIO. NON SIC ‖ MERVIT PONI. SET ‖ ABSENTIA FECIT ‖ MARITI ET FILI. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 110.

4801. Q. POMP ‖ PETRONIAN ‖ SEI FIERI POTVISSET ‖ AETER. M. INCOLVMIT ‖ MVSAE DONASSENT. — Puteolis. Mur. 1729, 11. Eadem ib. 2094, 12. ita ex aliis schedis:

Q. P. O. M. L ‖ PETRONIAN ‖ SEI. HERE POTVISSET ‖ AETERNAM INCOLV ‖ MVSAE DONASSENT. Hultmannus, iuxta cum Muratorio ignarus, eandem supra legi aliquanto correctiorem, ita hanc emendavit recensionem *Misc. Epigr.* p. 217. *Q. Romilio Petroniano. Sei fieri potuisset aeternam incolumitatem* cet. Prior lectio Hagenbuchio suspicionem inieeit, legi etiam posse: *aeternam mihi incolumitatem.*

4802. QVOD FECERIS ET TIBI ‖ ALIVS FACIET ‖ VERINA DOMINAE ‖ FAVSTINAE. — Romae. Grut. 957, 4. Vide tamen Mazoch. 119, 5., qui habet FAVSTINA, et cfr. Gorii *Xenia* p. 126.

4803. D(*ascia*) ET(*ascia*) M ‖
MEMORIAE AETERN ‖ BLANDINAE MARTICLAE PVELAE[1]) ‖ INOCENTISSIMAE. QVAE VIXIT ‖ ANN. XVIII. M. VIIII. D. V. POMPEIVS ‖ CATVSSA. CIVES SEQVANVS TEC‖TOR CONIVGI INCOMPARABILI ‖ ET SIBI BENIGNISSIME QVAE ME‖CVM VIXIT AN. V. M. VI. D. XVIII ‖ SINE VLA CRIMINIS SORDE. VIVS ‖ SIBI ET CONIVGI PONENDVM CV‖RAVIT ET SVB ASCIA DEDICAVIT ‖ TV QVI LEGIS VADE IN APOLINIS[2]) ‖ LAVARI. QVOD EGO CVM CONIV‖GE FECI. VELLEM SI ADVC POSSEM. — Lugduni. Mongez in Millin *Mag. encycl.* 1816. 1. p. 341.

1) nota nuptam dici *puellam*. 2) vade ad Apollinis aedes ad balneum ibi sumendum.

4804. * D. M ‖ SALASIAE L. F. MERVLAE ‖ AN. XIII. D. V. ‖ PROH DOLOR ET LACHRYMAE ‖ MERVLA MATER INFELICISS ‖ SIBI IPSA ET SVIS. V. F.[1] ‖ NASCENTES MORIMVR. FINISQ. AB ORIGINE PENDET. — Sutrii. Reines. p. 675, 77. Don. p. 357, 18. Fabr. p. 699, 208. Est suspecta.

1) ita Don. Rein.: O. V. F.

4805. L. SPVRINNA Ↄ. L ‖ HILARVS ‖ HIC EST ‖ VBE.[1] NVNQVA. FVIT. — Romae. Grut. 995, 3. correctius apud Marin. *Iscriz. Alb.* p. 93.

1) i. e. *ubi.* Grut. male VRBE.

4806. PRIMAE ‖ POMPEIAE ‖ OSSVA. HEIC ‖ FORTVNA SPONDET MVLTA ‖ MVLTIS. PRAESTAT NEMINI. VIVE IN DIES ‖ ET HORAS. NAM PROPRIVM EST NIHIL[1] ‖ SALVIVS ET EROS DANT. — Romae. Oderic. p. 41. Marini *Iscriz. Alb.* p. 116., qui pro EROS habet HEROS.

1) similes sententias Epicureas collegit Marini l. l.

4807. AELIAE RESTITVTAE. ANIMAE ‖ DVLCISSIMAE BELLATOR. AVG. LIB ‖ CONIVGI RARISSIMAE BENEMERENT ‖ AMICI ‖ DVM VIVIMVS ‖ VIVAMVS. — Narbone. Grut. 609, 5.

4808. L. RVNNIVS PA ‖ C. F. POLLIO ‖ CVPIDIVS PERPOTO. IN MONVMENTO MEO ‖ QVOD DORMIENDVM ET PERMANENDVM ‖ HIC EST MIHI. — Narbone. Grut. 922, 2. Mur. 1738, 12., cui suspectum erat.

4809. D. M ‖ PRIMITIVA. HAVE. ET TV. QVIS ‖ QVIS ES VALE. NON ‖ FVERAM. NON SVM ‖ NESCIO. NON AD ME ‖ PERTIN. ALEXAND ‖ ACTOR CONIVGI KAR. — Meldulae in Flaminia. Grut. 819, 4.

4810. ANTIPATRA ‖ DVLCIS TVA ‖ HIC SO[1] ET NON SO. — Florentiae. Gor. *Etr.* 3, p. 54.

1) *sum.* Ita Gor. *Etr.* 3. p. 126, 134. A. GABINIVS ‖ APOLLONIVS ‖ HIC EST.

4811. L. MAECIVS. MARCVS REFECIT ‖ AETERNA. DOMV. LIB. LIBERTAB ‖ POSTERISQVE EORVM ‖ NON FVI ET SO[1] NON ERO NON MIHI DOLET ‖ L. MAECIVS MARCVS SE VIBO DEDIT ‖ DONAVIT SOLIVM INTRO PARTE ... ‖ LEVA ET SVPER OSSVARIA ‖ FELICI IVN. FELICI SATVRO SENGENNA ‖ A ... RA[2] NEAPOLITANORVM CHTRARIORVM. C. SATVRO SELVGO ‖ SATVRNINO SATVRO. Q. SATVRO ‖ Q. IVN. SATVRO ME VIBO ITVM AMBITVM DEDI DONAVI AB[3] HEREDES ‖ MEOS CLAVEM. — Romae. Donius p. 107, 180. Mur. 1180, 1., correctius, quam apud Fabrett. p. 749, 562.

1) *sum.* 2) a rationibus? 3) ad?

4812. DIS MAN ‖ SEXTI ‖ PERPENNAE ‖ VIXI QVEMADMO-

DVM ‖ VOLVI. QVARE MORTVVS ‖ SIM NESCIO. — Romae. Grut. 920, 9. ex Smetio. Ibid. 923, 5. ex Vrsini schedis subiungitur: „VIATOR NOLI MIHI MALEDICERE. NEQVEO IN TENEBRIS RESPONDERE." Quae fortasse Ligorio debentur.

4813. *VIXI. DVM VIXI BENE. IAM ‖ MEA PERACTA. MOX VESTRA ‖ AGETVR FABVLA. VALETE ET PLAVDITE. VIXI ANNIS LXVII ‖ SVLPITIAE AVIAE ‖ PLAVTIANVS ‖ B. M. P. — Tordae ad ripam Araniae in Transilvania. Grut. 742, 7. Saxum suspectum.

4814. M. STATIVS ‖ M. L. CHILO ‖ HIC ‖ HEVS. TV. VIATOR LAS‖SE. QVI. ME. PRETE‖REIS ‖ CVM. DIV. AMBVLA‖REIS. TAMEN. HOC ‖ VENIVNDVM. EST. TIBI ‖ IN F. P. X ‖ IN AG. P. X. — Cremonae. Bianchi *Marmi Crem.* p. CCLXIII. Zaccaria *Istitux.* p. 270.

4815. D. M ‖ L. ALFIDIO VRBANO TRIB. MIL ‖ LEG. VII. G. P. F. ANTONINIANAE ‖ HOMINI IN VITA SVO OPTIMO ‖ EX TESTAMENTO EIVSDEM. ARBITERIO (*sic*) CORNELI RVSTI‖CI. VIVE LAETVS ‖ QVIQVE VIVIS VITA PARVO MV‖NVS EST ‖ MOX EXORTA EST. SEN‖SIM VIGESCIT. DEINDE SEN‖SIM DEFICIT. — Tarracone. Maiansius in Ep. II. ad Burm. *Anthol. Lat.* T. 2. p. XLV.

4816. V. AN. LVII.
D. M.
TI. CLAVDI. SECVNDI ‖ HIC SECVM HABET OMNIA ‖ BALNEA. VINA. VENVS ‖ CORRVMPVNT CORPORA ‖ NOSTRA. SET. VITAM FACIVNT ‖ B. V. V[1] ‖ KARO. CONTVBERNAL ‖ FEC. MEROPE CAES ‖ ET SIBI ET SVIS. P. — Romae. Grut. 615, 11.

1) Bene vale, vale.

4817. D. M ‖ CN. POMPEIVS ‖ EVPHROSYNVS ‖ ET IVNIA GEMELLA ‖ VXOR ‖ EX OMNIB. BONIS SVIS HOC ‖ SIBI SVMPSERVNT.[1] — Neapoli. Grut. 817, 3.

1) cfr. 1. Timoth. VI, 7. Hagenb.

4818. D. M. S ‖ Q. IVLIVS LV‖GANVS MEDI‖CONIS FILIVS ‖ VT HANC IN PATRIAM ‖ PLENVS LAETITIA ‖ PERVENIREM. ANNOS LXXX. CERTANI‖DO VICI IAM QVIETVS ‖ ERO. HIC MEDICO ‖ SEMPER. — In agro Tunetano. Maff. *Mus. Ver.* 463, 2.

4819. ° Q. METEL. VXOR. SVM. PLVTON.[1] VISITVRA ‖ HVC PERVENIT. HIC MORTVA EST. — Seledi in agro Vicetino ad radices Montis Sumani, in cuius vertice fortasse fuit Summani Platonis templum. Admodum suspecta est, quicquid dicit Mur., eiusdem feminae inscriptio sepulcralis, cui ista subiungitur ap. Mur. 39, 4. METELLI ‖ ARGENTILLA VXOR ‖ SVMMANVM VISVM PERGENS ‖ AD SERGIAM ARCEM IANI ‖ DECLINAVI VT IBI IANVM ‖ PRIMVM CONSVLEREM SED ‖ LATERVM DOLORE CONFOSSA ‖ PERII FATO FOR-

TASSE VT ‖ NEVTRVM VIDEREM SED ‖ ARCEIANVM ME OBRVERET SOLVM. — Tam loquaces raro sunt lapides: uterque est suspectus.

4820. M. CAMVRIVS P. F. ROM ‖ HORANVS ‖ H. M. H. N. S ‖ SED SI HOC MONVMENTO ‖ VLLIVS CANDIDATI ‖ NOMEN INSCRIPSERO ‖ NE VALEAM. — Romae. Grut. 905, 9. Mur. 1650, 17.

4821. AGATHOPVS AVG. LIB. INVITATOR‖QVE. AD MODVM. IN INTROITVM PORTICVNCVLAE [1] ‖ AD MONIMENTVM AVRELIAE IRENES SVPERPOSITO ‖ TITVLO SVPER OSTIVM. SCRIPTVRA CONTINETVR. QVI ‖ TITVLVS ATTENDIT IN HORTO. EA OMNIA DE SVO FECIT ‖ QVAE PERTINENT AD MONIMENTVM SIVE SEPVLCHRVM ISDEM ‖ AGATHOPI. QVOD VIVVS A SOLO. ET IVNIA EPICTESIS FECERVNT ‖ AB IIS OMNIBVS DOLVS MALVS ABESTO ET IVS CIVILE. — Montfaucon *Diar. Ital.* p. 359. Gor. *Etr.* 1. p. 195, 8. Mur. 885, 7. cfr. Grut. 598, 6. et 662, 5. huius monum. dolus malus abesto, et Iurisconsultus.

1) Sic Montf. Gor. *porticuncula* Italice *porticella*. Al. PORTIVNCVLAE.

4822. P. AELIVS. CALLISTVS ‖ CONCESSV. SIBI. A. MARCO ‖ AVRELIO. APAGATHO. ET ‖ AELIAE. PRIMIGENIAE. ET ‖ LICINIAE. ANTESPHORIDI ‖ ET. LIBERTIS. EORVM ‖ DE CETERI. ET. LIBERTI. MEI ‖ PROPII (*sic*). MERITI. NON. FVSTIS ‖ NEQVE. FILIA. MEA. — Ammendolae in Via Appia. Memorie Romane 1, 1. p. 54.

4823. C. LVCRETIVS ‖ C. L. ERASMVS ‖ SEX. VIR. AVG. BRIX ‖ ET. TRIDENT. GRAT. SIBI ‖ ET. COMMIN. ONESIME ‖ VXORI. CARISSIMAE ‖ C LVCRETIO. HERMETI ‖ ALVMNO. PIISSIM ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQVE. ET [1] — Brixiae.

1) Aregoni *M. A.* n. 117. Grut. p. 422, 3. Rossi *M. B.* p. 272. Sambuca *M. C.* p. 88. Doneti p. 95, 6. tutti con errori, e nessuno ha dato ragione dell' ET in fine. Io ne ho fatto soggetto d'una lettera edita nel *Giornale Arcadico* T. 4. p. 257, ed ho provato che questo ET è come un addentellato lasciato dall' autore dell' epitaffio per allettare i *captatores hereditatum, qui superbas potentiorum portas pulsabant* (Seneca *Ep.* 68.) coll' intento di succedere in qualche parte dei loro beni; mercè che tanto importava il nominare alcun estraneo nell' epitaffio, perchè avesse luogo nel sepolcro, quanto il costituirlo erede (*Cod.* III. *tit.* 44. *l.* 8, 13. *Dig.* XI. 7, 6.) Quindi la frase di questi epitaffi è sempre attiva; quindi lascian sempre dopo l' ET il vuoto capace per iscrivervi una o due linee. Se l'epitaffio è completo, dopo i liberti, le liberte ed i posteri l' ET chiama gli estranei: ET QVIBVS CAVERO (Grut. 816, 8.); ET QVOS TESTAMENTO NOMINARO (Fabr. C. 3. N. 221.); i quali poi se erano stati già nominati trovansi talvolta anche abrasi, o perchè morti prima dell' autore del monumento, o perchè rendatisi indegni della sua liberalità. Ciò poichè dà maggior luce a questa congettura sono le lapidi, ove dopo la particella ET trovansi alcuni nomi scolpiti posteriormente e da un' altra mano (Fabr. 3, n. 204. 4, n. 132. Gori *Etr.* 1, 416.). Eccone un esempio evidentissimo nella seguente, che per la prima volta pubblicai allora, e che si conserva nel Museo Bresciano:

4824. V. F ‖ L. LAVDONIVS ‖ HERMES ‖ VI. VIR. AVG. BRIXIAE ‖ SIBI. ET ‖ LAVDONIAE FIRMAE ‖ VXORI ‖ LAVDONIAE FIRMVLAE ‖ LAVDONIIS. PRIMITIVO ‖ QVARTIONI. LIB. ET ‖ ET. (*sic*) LN. DIOGENI. LOCVM. DONAVIT. — L'ultima

linea è di un carattere assai scadente e molto diverso dalle antecedenti. Leggo ET *LaudoNiis* DIOGENI. ecc. Confermano quanto sopra le seguenti:

4825. . . . . FIL. CARISSIMO. ET ‖ VALERIO RESTVTO (*sic*). QVONDAM ‖ MARITO. ET ‖ SIBI. ET. SEX. RETILIO. TITIANO ‖ BENE. MERENTI ET (*nihil deest*).

4826. PRIMO. VALERIO ‖ MAGIRRAE ‖ COLLEG. FAB. ET. CENT. QVI VIXIT ‖ ANN. XXXIIII. MENS. II. DIERVM. XXIII ‖ PLENVS. PROBITATE. QVO. DEFVNCTO ‖ AMICI. DOLENT. M. PVBL. VALENTINV ‖ AMICVS. LOCVM. SEPVLTVRE. DEDIT ‖ MAGIVS. VALERIVS. SVRIO. ARAM. POSVIT ‖ NEPOTI. SVO. PIENTISSIMQ. INFELICISSIM ‖ ET (*nihil deest*).

Tutte tre furono per la prima volta da me pubblicate nel *Giornale Arcadico* T. 4. p. 257. e tutte tre sono in Brescia nel Museo. Il Maffei si spicciò di questo ET, attribuendolo ad errore del lapicida, *qui spatium non mensuraverat.* (*sic*) *Mus. Ver.* p. 152, 3. — *Gio.* LABVS.

POËTICA.

Horum specimina tantum quaedam dare satis habuimus, lectorem ad Ferretium, Bonadam et Burmanni Anthologiam Latinam amandantes.

4827. . . . PVBLII AELII VLPII . . . .
HANC SEDEM LONGO PLACVIT SACRARE LABORI
HANC REQVIEM. FESSOS TANDEM QVA CONDERET ARTVS
VLPIVS EMERITIS LONGAEVI MVNERIS ANNIS
IPSE SVO CVRAM TITVLO DEDIT. IPSE SEPVLCHRI
ARBITER. HOSPITIVM MEMBRIS FATOQVE PARAVIT. —

In vico Caranzebes. Maffei *Mus. Ver.* 250, 7.

4828. D. M ‖ Q. FABIO AVGVRINO ‖ F. QVI VIX. ANN. V. M. VII. D. XI ‖ ET CAREIAE SABINAE ‖ CONIVGI RARISSIMAE ‖ QVAE VIX. ANN. XXIIX. M. V. D. VII [1]) ‖ Q. FABIVS AVGVRINVS DE SE ‖ BENEMERITIS FECIT ‖ PER HAEC SEPVLCHRA PERQVE ‖ QVOS COLIS MANES ‖ IIIS PARCE TVMVLIS INGREDI ‖ PEDEM SAEPE ‖ SIC NVNQVAM DOLEAS ‖ ATQVE TRISTE SVSPIRES ‖ QVANTVM DOLORIS TITVLVS ‖ ISTE TESTATVR. — Romae. Fabrett. p. 612, 105. Gudius p. 271, 1.

1) M. II. D. II. — Gud.


4829. M. ANNAEVS. M. F. ESQ ‖ LONGINVS MACCVS VIXIT ‖ DVLCISSIME CVM SVIS AD SVPREMAM DIEM ‖ C. GAVIVS PRIMIGENIVS VIX ANN. VII ‖ . DESINE IAM MATER LACRIMIS RENOVARE ‖ QVERELLAS. NAMQVE DOLOR TALIS NON TIBI CONTIGIT VNI. — Romae. Maff. *Mus. Ver.* 281, 5.

4830. C. TVRPIDI. P. F. HOR ‖ C. TVRPIDIVS C. F. SEVERVS F. V. A. XVI ‖ PARENTIBVS PRAESIDIVM. AMICEIS GAVDIVM ‖ POLLICITA PVERI VIRTVS INDIGNE OCCIDIT ‖ QVOIVS FATVM ACERBVM POPVLVS INDIGNE TVLIT ‖ MAGNOQVE FLETV FVNVS PROSECVTVS EST. — Urbisaliae. Lanzi *Saggio* I. p. 158.

4831. TVM.[1] QVAERIT. NOMEN. MVLTIS. NOTESCERE. NOSTRVM ‖ CONTENTVS. TITVLO. NVMMOS. MIIII REDDIDIT. HERES.[2] — Romae. Ald. *Orthogr.* p. 552, 2. fragm. neglectum a magnis Collectt.

1) an *Dum?* Hag. 2) pedestri oratione: Honore contentas impensam remisit. Hag.

4832,



OS CINERI MISTVM RAPIDO CVM DECIDIT IGNI
INSEDITQVE SVPER FLAVA FAVILLA ROGO
PONDERE SVBIECTO PHLIDIS[1] COMPONIMVS OSSA
GRATA MAGIS TERRAE. QVAM TIBI. LVNA CAPYS
ID SVMVS. VT CERNIS. TITVLO DONAMVR INANI
SERTA QVOD ET TVMVLVM FLORIDA SAEPE LIGANT
AC TERETES ONYCHES FVCI GRACILESQVE ALABASTRI
DISPOSITVM AC POMVM TEMPORIS OMNE SVI. — Aquini. Marini *Atti* 2, p. 830.

1) l. Thetidis.

4833. O DOLOR. QVANTAE ‖ LACHRIMAE FECERE ‖ SEPVLCHRVM. IVL. LVCINAE. QVAE VICXIT. KARISSIMA MATRI. FLOS AETATIS HIC IACET INTVS ‖ CONDITA SACXO. O VTINAM ‖ POSSIT REPARARI SPIRITVS ILLE ‖ VT SCIRET. QVANTVS DOLOR EST ‖ QVAE VIXIT ANN. XXVII. M. X. DIE XIII ‖ IVL. PARTHENOPE POSVIT INFELIX MATER. — Arelate. Millin *Voyage* 3, p. 576.

4834. D. M. SERVILIA. IRENE. ‖ REVERENS. PIA ‖ CASTA. PVDICA ‖ BIS QVINOS DENOS ET SEX ‖ PROVECTA PER ANNOS ‖ SIT TIBI TERRA LEVIS ‖ CINERES QVOQVE FLORE ‖

TEGANTVR ‖ CHRYSES B. M. — Romae. Grut. 889, 2. Mur. 1497, 10.

4835. SEX. IVLI. AGA‖THOPI. EPHEBV ‖ AN. VII ‖ TE TERRA OPTESTOR LEVITER SVPER OSSA QVIESCAS ‖ ET TENERAE AETATI NE GRAVIS ESSE VELIS. — Ex Fortis p. 140. Polcastro p. 183.

4836. D. M ‖ PATER ET MATER TITVLVM ‖ POSVERVNT FVNERI ACERBO. GN ‖ GARGONIO CN. F. PAVLLINO. VIX ‖ ANN. IX. M. VII. ‖ TE LAPIS. OBTESTOR. LEVIS VT SVPER ‖ OSSA QVIESCAS. NE TENERAE ‖ AETATI GRAVIS ESSE VIDEARIS ‖ TV QVI VIA FLAMINEA (*sic*) TRANSIS ‖ RESTA. AC RELEGE. — Apud Fulignum. Grut. 685, 3.

4837. D. M ‖ Q. CAETRONIVS Q. F. PVB ‖ PASSER ‖ MIL. COH. IIII. PR. ANNIS XVIII ‖ MISSVS DVOBVS GEMINIS ‖ COS[1] ‖ SIBI ET ‖ MASVRIAE M. F. MARCELLAE ‖ VIXI. QVOD VOLVI. SEMPER. BENE ‖ PAVPER HONESTE. FRAVDAVI ‖ NVLLVM. QVOD IVVAT OSSA MEA ‖ IN F. P. XI S. IN AGR. P. XIIII S. — Romae. Grut. 535, 2.

1) p. Chr. 29.

4838. HAVE SEPTIMA. SIT TIBI ‖ TERRA LEVIS. QVISQ ‖ HVIC TVMVLO POSVIT ‖ ARDENTE (*sic*) LVCERNAM ‖ ILLIVS CINERES AVREA ‖ TERRA TEGAT. — Salerni. Grut. 1148, 17. Mur. 1743, 14.

4839. MORTVA CVM FVERIS FATI QVOD LEGE NECESS EST (*sic*)
VSTA CINIS PROPRIO CONTEGAT OSSA SOLO
SACRATAM CVNCTIS SEDEM NE LAEDE VIATOR
HANC TIBI NASCENTI FATA DEDERE DOMVM. —
Narbone Martio. de Schmidt *Opuscula* p. 402.

4840. DIS. M ‖ FILIVS HIC SITVS EST ‖ IVLI. BASSI BASSIANVS ‖ ANNOS QVI VIXIT X ‖ ET XIIII. SOLES ‖ QVEM QVONIAM MANES VT ALVMNVM ‖ DI RAPVERVNT ‖ NE CALCARE VELIS ‖ NEC GRABIS ESSE LOCO. — Volaterris. Gor. *Etr.* 3. p. CXLVI, 2. Romae ponit Maff. *Mus. Ver.* 295, 1.

4841. NONVM POST DECIMVM COMPLERAS NVBILIS ANNVM.
VIBIA CRVDELI FVNERE RAPTA VIRO
DVM TIBI PROGENIES ANIMO DVM FIDIS IN ILLA
HEV FACINVS VICTRIX ME TVA VOTA GRAVANT ‖
MOLLITER AD MATREM PLACIDI DESCENDITE MANES
ELYSIIS CAMPIS FLOREAT VMBRA TIBI.
M. ATEIVS EPAPHRODITVS.

Ad latera: PERMISSV ‖ ATTI ‖ PRIMIGENI ET ‖ HERACLID ‖ TABVLAR ‖ DOMITIAE [1]. — Veronae. Maff. *Mus. Ver.* 170, 2.

1) Fortasse Domitiani uxoris.

4842. DIS. MAN ‖ CLAVDIAE LEPIDILLAE ‖ EX PROVINCIA ‖ BELGICA AMBIANAE ‖ FECERVNT LIBERI ‖ EIVS. LEPIDVS ET ‖ TREBELLIVS MATRI ‖ OPTIMAE ‖ HIC MATRIS CINERES ‖ SOLA SACRAVIMVS ARA ‖ QVAE GENVIT TELLVS OSSA ‖ TEGIT TVMVLO. — Romae. Grut. 726, 1.

4843. OPTATVS. NIREVS. ANTHVS ‖ AMICI. SODALES ‖ PACTOLO ‖ DE FAMILIA Q. SATRIENI POLLIONIS ‖ NOS TIBI DIGNA TVAE MONVMENTA EXTREMA ‖ FAVILLAE. FECIMVS. AT NOBIS TV GEMITVM ADSIDVOM. — Romae. Grut. 883, 6.

4844. D. M ‖ AELIAE P. F. SABINAE DVLCISSIM ‖ AELIVS TROPHIMVS ET LVCINIA ‖ SABINA PARENTES FECERVNT ‖ QVISQVIS ADES. CELERI GRESSV PRECOR ‖ ITO. VIATOR
ITO PROCVL. ET LINQVE NEFAS ‖ TIBI DICO. VIATOR
PARCE OCVLIS. NEC NOSTRA ‖ VELLIS COGNOSCERE FATA.
SANGVINEA ‖ PALLA QVAE TEXIT PROVIDA CLOTHO.
ET ‖ PAVIT RVPISSE SVAS QVOQVE FILA SORORES. —
Romae. Fabrett. p. 238, 655. Sic legitur interiectio O NEFAS! Grut. 656, 2.

4845. PAV LINAE VALERIAE ‖ FILIOLAE DVLCISS ‖ PARENTES MESTISS ‖ DECIPIMVR VOTIS ET TEMPORE ‖ FALLIMVR. ET MORS ‖ DERIDET CVRAS. ANXIA VITA ‖ NIHIL ‖ VIXIT AN. VI. — Romae. Grut. 712, 4. Mur. 1198, 8. correctius ap. Zachariae *Exc.* p. 119. Contra: VIXIT. BENE. IACET SECVRVS Fabr. p. 222, 591.

4846. D. M ‖ Ↄ. CLODIAE FILIAE DVLCISSIMAE ‖ DECIPIMVR VOTIS ET TEMPORE ‖ FALLIMVR. ET MORS ‖ DERIDET CVRAS. ANXIA VITA ‖ NIHIL. — Romae. Grut. 677, 12. Cfr. 712, 12. Distichon hoc ex iis erat, quae loci communis instar, pluribus saxis insculpi solebant.

4847. D. M ‖ TERENTIAE P. F. ASIATICAE ‖ P. TERENTIVS QVIETVS ALVMN ‖ HIC IACET EXANIMVM ‖ DILECTAE CORPVS ALVMNAE ‖ QVAM PARCAE INSONTEM ‖ MERSERVNT FVNERE ACERBO ‖ NONDVM ETENIM VITAE DECIMVM ‖ COMPLEVERAT ANNVM ‖ ET MIHI CRVDELES TRISTEM ‖ FECERE SENECTAM ‖ NAMQVE EGO TE SEMPER ‖ MEA ALVMNA ASIATICA QVAERAM ‖ ADSIDVEQVE TVOS VOLTVS ‖ FINGAM MIHI MERENS ‖ ET SOLAMEN ERIT. QVOD TE ‖ IAM IAMQVE VIDEBO ‖ CVM VITA FVNCTVS IVNGAR TIS [1]) VMBRA FIGVRIS [2]). — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 127.

1) tuis. 2) ita Lucret. 4, 38.

4848. HOSPES. QVOD. DEICO. PAVLLVM. EST. ASTA. AC. PELLIGE

HEIC. EST. SEPVLCRVM. HAV. PVLCRVM. PVLCRAI FEMINAE
NOMEN. PARENTES. NOMINARVNT. CLAVDIAM
SVOM. MAREITVM. CORDE. DEILEXIT. SOVO
GNATOS. DVOS CREAVIT. HORVNC. ALTERVM
IN. TERRA. LINQVIT. ALIVM. SVB. TERRA LOCAT
SERMONE. LEPIDO. TVM. AVTEM INCESSV. COMMODO
DOMVM. SERVAVIT. LANAM FECIT. DIXI. ABEI. —
Romae. Grut. 769, 9. correctius in Gorii *Xeniis Epigr.* p. 16.

4849. SECVRITATI. SACRVM ‖ VALERIVS. IVLIANVS. ITALICO FILIO. INFELICISS‖SIMO. ET. HONORATAE. MAMMVLAE. HVIVS. FEC ‖ DISPAR. DAMNA. LEGE. PARKARVM. ET. STAMINA. DISPAR ‖ HAEC. RIDENDA. MIHI. EST. HIC. LACRYMANDVS. ERIT ‖ HAEC. NAMQVE. EMERITOS. BIS. XXXX. PER ANNOS ‖ VIXIT. AD. HIC. TERTIO. CONSVLE. NATVS. OBIT ‖ CVR. MODO. TAM. PRAECEPS. ITERVM. TAM. SERA. FVISTI ‖ FVNERIS. AM‖BORVM. DIC. REA. PERSEPHONES ‖ VIX. LVCEM. VIDISSE. SATIS. QVI. VIVERE. POSSET ‖ VIVERE. QVAE NOLLET. VIX. POTVISSE. MORI. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 161.

4850. M. IVNIO M. F. PAL. RVFO ‖ SOTERICHVS PAEDAGOG. FECIT ‖ HAE SVNT PARVAE TVAE MEAEQVE SEDES ‖ HAEC CERTA EST DOMVS ‖ HAEC COLENDA NOBIS ‖ HAEC EST. QVEM (*sic*) MIHI SVSCITAVI VIVVS.
SI QVA TAMEN PIETAS GELIDOS MOVET A(*nxia Manes*)
RVMPE MORAS. (*spes haec s*)OLA EST MIHI GRATIA (*vitae*).
— Romae. Fabrett. p. 732, 452. (Grut. 585, 1. Spon *Misc.* p. 229.)

4851. M. ANNIDIVS M. L. PONTICVS SIBI ET SABINI
DOCTA. LYRA. GRATA ET GESTV. FORMOSA PVELLA
HIC IACET. AETERNA SABIS HVMATA DOMV
CVIVS FATALES PENSARE OPTAVERAT ANNOS
PONTICVS HVIC CONIVX VLTIMA DONA DEDIT
HVNC TITVLVM. SOCIOS MANES. COMMVNE SEPVLCHRVM.
— Fani. Fabrett. p. 80, 96. Alibi SIBI VIVVS, SE VIVO, SEVIVVS, SEVIVA. uno vocabulo, viva se fecit sibi.

4852. DIS ‖ MANIBVS ‖ CLAVDIA ‖ TI. AVGVSTI L ‖ TOREVMAE ‖ ANNOR XVIIII ‖
HAEC EGO BIS DENOS NONDVM MATVRA PER ANNOS
CONDOR HVMO MVLTIS NOTA TOREVMA IOCIS.
EXIGVO VITAE SPATIO FELICITER ACTO
EFFVGI CRIMEN LONGA SENECTA TVVM. —
Prope Patavium. E Diario Patavino Vol. 24. p. 309. in Diario Ienensi-Suppl. 1826. N. 54. p. 481. Inest eteostichon antiquissimum. Scil. in vo-

cabulis his: *multIs — ToreVma tocIs ExIguo VItae spatIo feIIcIter — EffugI crImen* inest numerus XVIIII.

4853. DIS. MANIBVS SACRVM ‖ TARQVITIAE MODESTAE ‖ QVAE VIXIT. AN. XV. M. VI. D. VI ‖ MODESTVS ET LICINIA PARENTES ‖ LACENIVS MARITVS. C. QVAM DVLC.[1] ‖ NAM FVIT EXIMIA SPECIE MIROQ. DECORE ‖ MEMBRAQ. ERANT. VERE PECTORE DIGNA SVO ‖ VALE. VALE. DVLCISS. — Romae. Grut. 708, 5.

1) coniugi quam dulcissimae.

4854. D. M. S ‖ TI. CLAVDI ‖ EVGENETIS ‖ VIX. AN. XI. D. IX ‖ TI. CLAVDIVS ‖ ANICETVS ‖ PATER FEC ‖ *ΑΗΛΗΡΩΤΑΛΗΙ ΤΙΜΕΝΗ‖ΗΟΝΗΡΗΑC ΑCΑΦΝΩ ‖ ΤΙCΗΕΤΛΕΙCΟΥCΟΙΗΛΝ ‖ ΤΕCΟ-ΦΕΛΟΜΕΘΑ.*[1]) — Romae. Grut. 676, 6. Don. p. 363, 45. Iacobs *Anthol. Pal.* II, 799. 122., qui pro ἄφνω habet ἐχθρῶς.

1) interrogative. Videtur hoc Epigramma, cum levioribus mutationibus, pluribus monumentis fuisse insculptum.

4855. D. M ‖ C. VIBI. LICINIANI ‖ ANN. XVI. M. VI ‖ C. VIBIVS AGATHOPVS ET ‖ LICINIA NOMAS ‖ FIL. OPTIMO PIISSIM.

ΑΝΘΕΑΠΟΛΛΑΓΕΝΟΙΤΟΝΕΟΔΜΗΤΩΕΠΙΤΥΜ
ΒΩΜΗΒΑΤΟCΑΥΧΜΗΡΗΜΗΚΑΚΟΝΑΙΓΙΠΥΡΟΝ
ΑΛΛΑΙΚΑΙC ΙΑΦΟΥΧΑΚ ΠΤΑΛΙΤΙΝΗΝΑΡΚΙCCΟC
ΟΥΕΙΒΙΕΚΑΙΠΕΡΙCΟΙΠΑΝΤΑΓΕΝΟΙΤΟΡΟΔΑ. —

Nemausi. De la Bastie in Millin *Mag. Encycl.* 1812. 6. p. 329. Cfr. Brunck. *Anal.* 3, 303. Iacobs *Comm.* 3, 2, 279.

4856. D. M. S ‖

INIICE. SI PIETAS VSQVAM EST. SVSPIRIA ET IMPLE
MECVM HOSPES LACRIMIS MARMORIS HOC VACVVM
NAM FORMAE EXEMPLVM PERIIT. CVM OBIIT MEA LYDA
QVAM PERIERE HOMINES. VEL PERIERE DII. —

Neapoli. Reines. *Class.* XIV. 105. Fabrett. p. 64, 5.

4857. D. M ‖ NON. GRAVIS. HIC. TEXIT. TVMVLVS. TE. VNICA.[1] VIRGO ‖ MVSARVM. AMOR. ET CHARITVM. ERASINA. VOLVPTAS ‖ ANN. XII. — Moederndorf in Carinthia. Muchar. T. 1. p. 405.

1) ridiculo errore Muchar: *Punica:* iste poëta neglexit elisiones vocalium.

4858. Ex Christianis hoc sufficiat:

STEMMATE PRAECIPVVM TRABEATIS FASCIBVS ORTVM
IN ODIVM[1] LETI HIC SOPOR ALTVS HABET
QVI POST PATRICIA PRAECLARVS CINGOLA RECTVR (*sic*)
SVBIECIT XPI COLLA SVBACTA IOGO.

POSTPONENS VLTRA MVNDI PROTENDERE POMPAS
ET POTENS DOMENO SOLVERE VOTA MALENS
SIC GEMENO FELIX PERFVNCTVS MVNERE GAVDET
EGREGIVS MONDO PLACETVS ET DOMENO
HOC TOMOLO CVIVS TANTVMNAM MEMBRA QVIESCVNT
LETATVR PATRIA MENS PARADISE TVA. — Aquis Sextiis. Spon *Misc.* p. 286. 1.

1) latet hic nomen pr. viri *Inodium*, *Ennodium*.

4859. Fragmenta laudationis funebris aevi Augustei.

. . . .

ME. PATRIAÉ. REDDITVM. Á. SE. *na*M.NISI. PARASSES. QVOD SERVAR . . . ‖ INÁNITER. OPES SVAS. POLLIC*eret*VR. ITA. NON MINVS. PIETATI. TV . . . ‖ ME. DEBEÓ

QVID. EGO. NVNC. INTERIORA. No*s*TRA. ET. RECONDITA. CONSILIA. S. . . . . ‖ ÉRVAM. VT. REPENTINÍS. N*untiis*. AD. PRAESENTIA. ET. INMINEN . . . ‖ TVS. TVÍS. CONSILIIS. CONS*er*VATVS. SIM. VT. NEQVE. AVDACI . . . . ‖ TEMERE. PASSÁ. SÍS. ET. M*odera*TIORA. COGITANTI. FIDA. RECE . . . . . ‖ SOCIOSQVE. CONSILIORV*m meo*RVM. AD. ME. SERVANDVM. D . . . . . ‖ TVAM. ET. VIRVM. EIVS. C. CLV*viu*M. CONIVNCTÓ. OMNIVM. PER . . . . . ‖ SÍ. ATTINGERE. CONER. SAT*is. ist*Í. MIHI. TÍBIQVE. SALVTÁRITER. M . . . . ‖

ACERBISSVMVM. TAMEN. INVI*to*. MIHI. ACCIDISSE. TVÁ. VICE. FATEBO . . . ‖ CÍVE. PATRIAE: BENIFICIO. ET *iud*ICIO. APSENTIS. CAESARIS. AVGVSTÍ . . ‖ DE. RESTITVTIONE. MEA. M. L*epi*DVS. CONLEGA. PRAESENS. INTERP. . . . ‖ PEDÉS. PROSTRATA. HVMI. N*on*. *m*ODO. NON. ADLEVATA. SED. TRÁ . . . . ‖ MODVM. RAPSÁTA. LIVORI*bus*. *c*ORPORIS. REPLÉTA. FIRMISSIMO . . . . . ‖ RÉS. ÉDICTI. CAESARIS. CVM. *gra*TVLATIONE. RESTITVTIONIS ME . . . ‖ AM. CONTVMELIOSÍS. ET. CR*ude*LIBVS. EXCEPTÍS. VOLNERIBVS. PA . . . ‖ VT. AVCTOR. MEÓRVM PERÍC*ul*ORVM. NÓTESCERET. QVOI. NOC . . .

QVID. HAC. VIRTVTE. EFFICÁCIVS. PRAEBERE. CAESARI. CLEMENTIA . . . ‖ STODÍA. SPIRITVS. MEÍ. NOTA*r*E. INPORTVNAM. CRVDELITATEM . . . . ‖ PATIENTIÁ.

SED. QVID. PLVRA. PARCAMVS. ÓRATIONI. QVAE. DEBET. ET. POTEST. F . . ‖ MA. OPERA. TRACTANDO. P*ar*VM. DIGNE. PERAGAMVS. QVOM. PR . . . ‖ MERITÓRVM. TVORVM. OC . . . . OMNIVM. PRAÉFERAM. TITVLVM . . . ‖ PÁCÁTO. ORBE. TERRÁRVM. RES*titut*A. REPVBLICÁ . . QVIETA. DEINDE. N . . ‖ TEMPORA. CONTIGERVNT. FVE*ru*NT. OPTATI. LIBERI. QVOS. ALIQVA . . . ‖ DERAT. SÍ. FORTVNA. PROCÉDE*re*. *e*SSET. PASSA. SOLLEMNIS. ÍNSERVIE . . ‖ STRVM. DÉFVIT. PROCEDENS. A*li*ÁS. SPEM. FINIEBAT. QVID. AGITAV . . ‖ QVE. INGREDÍ. CONATA. SÍS. F . .

SIT. AN. INQVIBVSDAM. FÉMINIS ... ‖ LIA. IN. TE. QVIDEM. MINIME. *Admi*RANDA. CONLATA. VIRTV́TIBVS ... ‖

DIFIDÉNS. FÉCVNDITATI. TVAE. *et.* *do*LÉNS. ORBITÁTE. MEÁ. NE. TENEN ... ‖ TE. SPEM. HABENDI. LIBEROS. *dep*ÓNEREM. ATQVE. EIVS. CAVSSA. ESS .. ‖ ÉLOCVTA. ES. VOCVAMQVE (*sic*) *do*MVM. ALTERIVS. FECVNDITATI. T .... ‖ MENTE. NISI. VT. NOTA. CONCORDIÁ. NOSTRÁ. TV́. IPSA. MIHI. DI ... ‖ DICIONEM. QVAERERES. P*arar*ÉSQVE. AC. FVTVRÓS. LIBERÓS. T ... ‖ QVE. TVIS. HABITVRAM. ADF*irm*ARÉS. NEQVE. PATRIMONI. NOS ... ‖ FVERAT. COMMVNE. SEPAR*ati*ONEM. FACTVRAM. SED. IN. EODEM .... ‖ ET. SI. VELLEM. TVO. MINISTERIO. *fut*V́RVM. NIHIL. SEIVNCTVM. NI .. ‖ HABITVRAM. SORORIS. SOC*iaeve.* OFFICIA. PIETATEMQVE. MIHI. D... ‖

FATEAR. NECESSEST. ADEO. ME. EXAC*ui*SSE. VT. EXCESSERIM. MENTE. ADEO ... ‖ TV́S. TV́OS. VT. VIX. REDDERER. *mi*HI. AGITARI. DIVERTIA. INTER. NOS ‖ ... FÁTÓ. DICTA. LÉX. ESSET. POSS*em.* *a*LIQVID. CONCIPERE. MENTE. QVA .. ‖ ESSE. MIHI. VXOR. CVM. PAEN*e.* *ex*VLE. ME. VITÁ. FIDISSVMA. PERMAN .. ‖

QVAE. TANTA. MIHI. FVERIT. CV*pid*ITÁS. AVT. NECESSITÁS. HABENDI. LI ... ‖ FIDEM. EXVEREM. MVTARE*m.* *c*ERTA. DVBIIS. SED. QVID. PLVRA .... ‖ APVT. ME. NEQVE. ENIM. CE*rte.* TIBI. SINE. DEDECORE. MEO. ET. CO ... ‖ TATE. POTERAM.

TIBI. VERÓ. QVID. MEMORABI*lius.* QVAM. INSERVIENDO. MIHI. C ... ‖ VT. QVOM. EX. TE. LIBEROS. H*abe*RE. NON. POSSEM. PER. TE. TAMEN .. ‖ DENTIÁ. PARTV́S. TVI. ALTERI*us.* *c*ONIVGIO. PARARÉS. FECVNDITAT .. ‖ VTINAM. PATIENTE. VTRIVSQ*ue.* *ae*TATE. PROCEDERE. CONIVGIVM ... ‖ LÁTÓ. ME. MAIORE. QVOD. I*usti*VS. ERAT. SVPREMA. MIHI. PRAESTA .. ‖ STITE. TE. EXCEDEREM. ORBITA*te.* *f*ILIÁ. MIHI. SVPSTITVTA ‖ PRAECVCVRRISTI. FÁTÓ. DELEGAST*i.* *mi*HI. LVCTVM. DESIDERIO. TVI. NEC. LIBE ... ‖ RVM. RELIQVISTI. FLECTAM. EG*o.* *q*VOQVE. SENSV́S. MEÓS. AD. IVDICIA. TV .. ‖ OMNIA. TVA. COGITATA. PRAESC*ript*A. CEDANT. LAVDIBVS. TVIS. VT. SINT. M .... ‖ DESIDEREM. QVOD. INMORT*ali*TATI. AD. MEMORIAM. CÓNSECRAT ... ‖ FRVCTV́S. VITAE. TVAE. NON. DÉRVN*t.* *mi*HI. OCCVRRENTE. FÁMÁ. TV́A. FIRMÁ ... ‖ DOCTVS. ÁCTIS. TVIS. RESISTAM. F*ort*VNAE. QVAE. MIHI. NON. OMNIA. ÉRIPV .. ‖ BVS. CRESCERE. TVI. MEMORIAM. *pas*SA. EST. SED. QVOD. TRANQVILLI. STATV́S. E ... ‖ ÁMISI. QVAM. SPECVLATRICEM. E*t.* *pr*OPVGNÁTRICEM. MEORVM. PERICV ... ‖ TATE. FRANGOR. NEC. PERMANE*re.* *i*N. PROMISSO. POSSVM ‖ NATVRÁLIS. DOLOR. EXTORQVET. CONST*ant*IAE. VIRÉS. MAERORE. MERSOR. ET. QVIBV .. ‖ IN. NECVTRO. MIHI. CÓNSTÓ. REPETE*ns.* *p*RISTINOS. CASV́S. MEÓS. FVTVROSQVE. EVE ... ‖ CIDO MIHI. TANTIS. TALIBVSQVE. PR*aesi*DIIS. ÓRBATVS. INTVENS. FAMAM.

TVAM. N...‖TIENDO. HAEC. QVAM. ADDESIDE*rium*. *Ń*CTVM-QVE. RESERVATVS. VIDEOR. .

VLTVMVM. HVIVS. ORATIONIS. ERIT. OM*nia*. MERVISSE. TE. NEQVE. OMNIA. CONTIGISSE. M...‖TIBI. LEGEM. HABVĪ. MANDATA. TV*a*. QVOD. EXTRA. MIHI. LIBERVM. FVERIT. PR..‖ TE. DI. MÁNÉS. TVĪ. VT. QVIETAM. PAT*ian*TVR. ATQVE. ITA. TVEANTVR. OPTO.

(Quae hactenus dedimus, incisa sunt tabulis duabus marmoreis, et edita primum a Fabretto p. 168, 323., sed accuratius a Marinio *Iscriz. Albane* p. 136. Sequentia idem Marinius primus dedit e Schedis Barberinis l. l. p. 142. eaque priora illa h. l. a nobis data praecesserint, necesse est:

. . . .
DVM . . . .
ORBATA. ES. RI . . .
TVDINE. VNA. O . . . .
VIR. SORORIS. TVA . . .
MORS. PARENTIVM . . . .
TANTA. CVM. INDVSTRIA. M . . .
VINDICANDO. VT. SI. PRAESI . . .
HAEC. HABES. COMMVNIA. CVM . . .
QVAE. DVM. AGITABAS. EX. PATRIA. DOM . . . DAM
NE. NOCENTIBVS. SVPPLICIO. EVEST . . .
ADVENTVM. MEVM. EXPECTAST . . .
TEMPTATAE. DEINDE. ESTIS. VT. TESTAMEN . . .
COEMPTIONE. FACTA. CVM. VXO . . .
TVTELAM. EORVM. QVI. REM . . .
FORE. EXPERTEM. QVOD. EMA . . .
SENTIA. ANIMI. RESTITERIS. ET . . .
VERITATE. CAVSSAM. COMMVNEM . . . .
HEREDITATEM. TENEREMVS. QVA . . .
TE. ITA. PATRIS. ACTA. DEFENSVR . . .
MARES. NEC. SVB. CONDITIO . . .
ESSET. NEQVE. ENIM. FAMILIA . . .
NAM. ETSI. PATRIS. TESTAMEN . . .
VÍS. QVIA. GENTIS. EIVSDEM . . . . IVS
CESSERVNT. CONSTANTIAE. TVA . . .
PIETATIS. IN. SOROREM. FIDE . . . .
RARA. SVNT. TAM. DIVTVRNA . . .
NOBÍS. VT. AD. ANNVM. XX . . .
ISSET. MVTATIONEM. VICEM . . .
DOMESTICA. BONA. PVDICITIA . . .
SINE. SVPERSTITIONE. O . . .
TATE. FAMILIAE. PIETATE . . . .
ILLI. QVAM. TVIS. CVRA . . . CARA
MATRONIS. DIGNAM. F . . .

SIMILIA. INCIDERVNT. VT. F . .
FORTVNA. CAVIT . . .
OMNE. TVOM. (*sic*) PATRIMONIVM . . .
NEQVE. ENIM. ERAT. EQ . . , AD. C.
TITI. SVMVS. VT. EGO. TV . . . TA
DE. HAC. PARTE. OMITT . . . .
IN . . .
. . . .

Quae minoribus literis medios per versus excusa vides, supplementa sunt Marini. Egerunt de hoc marmore praeter Fabrettum l. l. Taylor in *Lectionibus Lysiacis*. Cap. 3. Garatonius, et ante hos Philippus a Turre in Calogerà *Raccolta* T. 28. p. 131. seqq., cuius scriptiunculam hic repetendam curavimus. Nos orthographica tantum hic excerpemus. Ante omnia notandi accentus, passim insculpti, nec tamen ex regula aliqua certa positi. — *Inminen* . . NEQVE constanter positum ante vocalem. — *benificio* — *apsentis* — (*rapsata*) — *volneribus* — *auctor* — *quoi* — *quom* — *sollemnis* — *conlata* — *difidens* — *vocuamque* (error hic videtur vel scalptoris, vel exscriptoris.) (*con*)*dicionem* (in fragmento tamen in schedis tantum reperto *conditio*) — *patrimoni* — *necesest* v. Marini *Iscriz. Alb.* p. 141. — *divertin* — *aput* — *supstituta* — *derunt* — *maerore* — NECVTRO. (Fabrett. contra fidem marmoris NEC. VERO.) pro *neutro*. — *addesiderium* una voce. — *parentium* — *expectast* . . — *temptare* — *caussam* — *tuom*. — Quae in fragmento sched. Barber. quinquies margini adscripta leguntur, proculdubio διττογραφίαι sunt. DAM . . pro DOM. cet. In iisdem maxime notandum est illud: *coëmptione facta cum uxore*; Cic. *pro Murena* c. 12. *pro Flacco*. c. 34. *de Orat*. 1, 56. cfr. Savigny *Zeitschrift*. T. 2. p. 393. et quae de hac re copiosius disputavit Hasse *das Güterrecht der Ehegatten nach röm. Recht*. T. 1. p. 62.

P H I L I P P I
A T V R R E
EP. ADR.
O B S E R V A T I O N E S
in antiquum Lapidem ex *Raphaele* Fabretto Inscriptionum cap. III. pag. 168.

Fragmentum hoc nobilissimum, aureum Latinitatis seculum redolens, in quo Romanus aliquis Civis uxoris demortuae laudes oratione prosequitur, descriptum profert Fabrettus, *Inscriptionum* cap. 3. pag. 168. Et quamvis una ex tribus tabulae partibus perierit, quo sensus orationis omnino interruptus et abscissus relinquitur, contextum tamen integrum coniectura eruit, atque eodem capite pag. 226. inseruit. Germanus quidam Monasteriensis ulterius ausus est, et verba ipsa addens contionculi orationis partem deperditam supplevit, nuperque obtulit Em. Cardinali de Carpineo, apud quem fragmenta haec literata reperiuntur. Post viros hos eruditos tentare aliquid crimen

mihi esset, opusque supervacaneum; at quoniam iussus sum symbolam conferre, potius obsequii gloriam, quam ingenii vires reputans, pauca quaedam mihi observata coniectandoque proponam.

Libenter Fabretto manus addo, qui putat virum hunc quendam fuisse impia Triumvirorum proscriptione damnatum, uxoris pietate, consiliis, et opibus conservatum, ac deinde beneficio Octavii Caesaris patriae restitutum. At mihi praeterea tempus quoque restitutionis ex ipso orationis contextu deprehendere posse videor. Memorat enim se restitutum beneficio et edicto *absentis* Caesaris Octavii, dum Collega eius M. Lepidus *praesens* fortasse edicto Caesaris intercedere conaretur; ideo enim uxor, quae ad Lepidi *pedes prostrata* pro marito deprecabatur, crudeliter et contumeliose ab eius satellitibus fuerat accepta. M. Lepidus post foedam triumvirorum coitionem, et proscriptionis edictum promulgatum, anno sequenti V. C. 711. Consulatum Romae administravit, quo eodem tempore Octavius Caesar in Macedonia Philippense bellum adversus Brutum et Cassium gerebat. *Lepidus*, inquit Dio Cassius lib. 47. *Romae permansit, Urbem Italiamque omnem gubernaturus, Caesar autem et Antonius ad bellum profecti sunt.* Consulatu defunctus nunquam postea in Urbe fuit Lepidus, pactionibus Triumvirorum in Africam provinciam ablegatus; unde quum in Siciliam bello Pompeiano traiecisset, demum imperio et triumviratu ab Octavio exutus, Circeios in exilium missus est. Nullo igitur tempore post proscriptionem contigit, ut Lepidus *praesens* Romae esset, Caesar vero *absens*, nisi eodem anno 711.; quo propterea consequens est, restitutionem viri huius accidisse.

Non assentior Fabretto, qui virum hunc consularem fuisse colligit, eo quod collegas in Magistratu aliquo mentio habeatur in linea XIII. Si enim vox ista *Conlega* ad virum, qui orationem conscripsit, esset referenda, is esset Munatius Plancus, qui Consulatum hoc anno cum M. Lepido obivit. At sane Munatius Plancus nunquam inter proscriptos fuit, neque conservatus ab uxore, et patriae restitutus; postquam enim Gallias administravit, Mutinensi bello Antonio et Lepido iunctus, anno insequenti Consul renuntiatus est, et de Gallis triumphavit. Quare Lepidi Collega non alius est quam Augustus ipse Caesar in linea antecedenti memoratus; atque hi vere Collegae erant in triumviratu. Nec Lepidus exinde Collegam alium in Magistratu aliquo habere potuit; nam semper aut triumvir, aut privatus vitae reliquum peregit. Non abnuerim tamen virum hunc illustrem fuisse, et fortasse Senatorii ordinis, quum affinem habuerit C. Cluvium Senatorem et Consularem, ut inferius ostendam.

Si vero ariolari libeat, et puris putis coniecturis indulgere, quisnam etiam homo ille fuerit, eiusque uxor tot laudibus decorata, aperiam. Q. Lucretius Vespillo a Triumviris proscriptus quum se incerta et periculosa fuga aliquamdiu fatigasset, tandem ad uxorem Thuriam pervenit, a qua retrusus sub duplici tecto, inter contabulationem tamdiu latuit, donec quorundam amicorum precibus a Triumviris impetravit veniam, et restituta pace consulatum adeptus est. Rem ita narrat Appianus de bello Civ. lib. 4. pag. 615. Consulatum gessit Lucretius A. V. 735. ex Dione lib. 53. pag. 527., ubi memorat eundem hunc esse, qui unus ex proscriptis fuerat. Non pauca sane in Oratione invenies, quae huic narrationi congruant, et Lucretio aptari possint. Utrobique vir consilio et pietate uxoris servatur. *interiora et recondita consilia* referri possunt ad modum, quo latebra marito quaesita fuit; restitutio Appiano dicitur precibus amicorum procurata, qui primum apud Caesarem egerunt, unde manavit edictum, de quo in oratione, deinde apud Lepidum, qui restitutioni obstabat. Tandem Lucretius *restituta pace* adhuc superstes erat; quod idem intelligimus in oratione, *pacato orbe terrarum, restituta Re publica quieta* etc. Cetera sane non congruunt: at neque historicus singula, nec vir laudator persequi debuit. Quantum igitur coniectura, eaque

incertissima assequi possemus, Q. Lucretius Vespillo is est, qui orationem hanc in funere uxoris Thuriae habuit, et lapidi inscriptam ad posteritatem transmisit, quae nisi placeant, nullum ultra verbum, aut operam inanem sumam.

At non meliorem operam luderem, si, quod Germanus praestitit ad supplendam mutilam tabulae partem aggrederer. Num res est incertae plena aleae, antiqua monumenta refingere, et verba, sensus mentemque veterem scriptorum induere, eorumque ore velle loqui. Lipsius pauca admodum in tabulis Ancyranis tentavit: Reinesius passim fallit ac fallitur: Eques Ursatus marmor Patavinum aliter, quam Pignorius supleverat, loqui iussit: id ipsum post alios in Barberino Lapide praestitit Fabrettus; ut omnes paene antiquarii, in has lapidum, seu codicum antiquorum lacunas, tamquam in foveas, misere lapsi sint. In quam rem Ioannis Baptistae Cotelerii exemplum afferam, quod ceteros ab huiusmodi ausibus deterrere possit. Vir hic doctissimus et Graecae potissimum linguae peritissimus, vitam S. Sabae ex M. S. Graeco Codice erutam, et Latinitate donatam evulgavit Tom. 3. *Monumentorum Ecclesiae Graecae* pag. 220. At quoniam apographus Codex per incuriam corruptus et exesus erat, ut ipse refert in notis ad eandem paginam, plurimas lacunas implevit, et voces ferme centenas hic illic opportune interspersit; adeo feliciter et ad sensus orationis amussim, ut non aliter diceres Cyrillum Scythopolitanum auctorem eiusdem vitae scripsisse. At postea alio manuscripto codice, eoque integro atque incorrupto invento, uti narravit mihi vir clarissimus D. Bernardus Montfauconius e Congregatione Parisiensi S. Mauri, nullam ferme ex his vocibus, quas Cotelerius suppleverat, novo huic Codici respondere compertum est.

Ex his quodnam iudicium de supplemento nostrae tabulae ferri possit, cognoscas velim. Et profecto quamvis auctoris ingenium atque in ea supplenda dexteritatem et antiquitatis cognitionem miratus fuerim, videamque verba sensui orationis satis congruere, nihilominus nonnulla manifeste, ni mea me fallat opinio, a via aberrare, aut male aptata, aut per vim detorta, intellexi: ex primoribus tantummodo lineis specimen aliquod produco.

In 4. lin. importune intrusit *astra*, quum sensus ipse ostendat, scribendum *nostra*. Hinc frustra sunt voces in fine lineae: *Superorum immortalium*.

In 5. contra regulas Grammaticales dicitur, ad praesentia et imminentia pericula *admonitus*. Hoc enim verbum casum gignendi, vel auferendi cum praepositione *de* postulat.

In 7. rectius *moderatiora* reposuit Fabrettus.

In 8. Supine prorsus feminam, cuius vir in sequenti versu dicitur C. Cluvius, appellavit *libertam*. Hunc C. Cluvium eundem esse non dubito, ad quem Cicero scribit epist. 7. lib. 13. Fam., qui postea ab Octavio anno V. C. 725. in numerum Consularium relatus fuit, quamvis magistratum ab alio praevsulus non gessisset, uti refert Dio Cassius lib. 52. prope finem. Hunc igitur Senatorii ordinis hominem libertae virum fuisse nequaquam credibile est; quamquam non sum nescius ingenuos homines aliquando cum libertini generis feminis matrimonia miscuisse. Sed de Senatoribus id numquam dixero; praesertim quum nemo cogat, uxorem Cluvii libertam facere. Potius suppleverim, *sororem tuam, et virum eius C. Cluvium*. Ut sit sensus optime in rem congruens, uxorem nostri proscripti, ad eum *servandum* socios adhibuisse sororem suam, et C. Cluvium, qui sororis eiusdem vir erat: ita ut inter cognatos consilia haec servandi hominis agitata fuerint.

In 9. lego, *coniuncto omnium periculo*, scilicet cognatorum, qui ad servandum hominem conspiraverant. Nam prorsus abhorret lectio nostri Germani, *coniuncto omnium paene civium auxilio*. Quis enim credat, cives paene omnes huic proscripto

exilium tulisse, in tanta Triumvirorum saevitia, *qui non proscriptos modo*, ut ait Dio lib. 47. pag. 331., *sed eos quoque, qui opem ferre alicui horum ausi fuissent, crudeliter plectebant?*

In lin. 13. duplicem lapsum nostri Germani videre mihi videor. *De restitutione meo M. Lepidus conlega praesens inter Patres ageret, tu ante eorum pedes prostrata* cet. Primus manifestus est, nam restitutio proscriptorum nequaquam in Senatu agebatur, sed omnino a Triumvirorum arbitrio pendebat. Unde etiam absurde fingit, mulierem pro marito deprecantem, ante pedes Senatorum prostratam. Alter lapsus in eo est, ut quidem coniicio, quod Lepidus egerit pro restitutione. Nam, ut superius indicavi, potius mihi arridet, Lepidum obstitisse restitutioni, et edicto Caesaris, qua de causa uxor ante eius *pedes prostrata* pro marito supplex, ab eodem Lepido non modo non adlevata, sed crudeliter habita fuit, ut pergit narrare orationis scriptor. Hinc ea verba lin. 18. *ut auctor maorum periculorum notesceret*, ad Lepidum refero, ita ut vir hic noster proscriptus ab ipso Lepido fuerit.

Cetera ad examen vocare haud operae pretium duxi, quum haec satis videri possint ad fidem supplementi elevandam, ne in hac re difficillima plus aequo tribuamus incertissimis atque ut plurimum fallacibus coniecturis.

Hic moneam, quod opportuniori loco praeterieram, auctorem orationis quum Caesarem nominat Augustum, respexisse ad tempus, quo loquebatur, cum illud cognomentum Caesar Octavianus usurpavit diu post proscriptionem. Nec praeterea pinguem errorem nostri Germani inobservatum dimittam, qui lin. 24. supplevit, *regnante Caesare Augusto;* cum *regnare* Augustum nemo unquam veterum dixisset, invidiosa apud Romanos ipsumque Augustum regni mentione.

4860. MVRDIAE. [1] L. F. MATRIS.

SED. PROPRIIS. VIRIBVS. ADLEVENT. CAETERA. QVO'. FIRMIORA. PROBABILIORAQVE. SINT ‖ OMNES. FILIOS. AEQVE. FECIT. HEREDES'. PARTITIONE ‖ FILIAE. DATA. AMOR. MATERNVS. CARITATE. LIBERVM ‖ AEQVALITATE. PARTIVM. CONSTAT. VIRO. CERTAM. PECVNIAM ‖ LEGAVIT. VT. IV'S. DOTIS. HONORE IVDICI. AVGERETVR ‖ MIHI. REVOCATA. MEMORIA. PATRIS. EAQVE. IN. CONSILIVM ‖ ET. FIDE. SVA. ADHIBITA'. AESTVMATIONE. FACTA'. CERTAS' ‖ RES. TESTAMENTO. PRAELEGAVIT. NEQVE. EA. MENTE ‖ QVO. ME. FRATRIBVS. MEIS. QVOM. FORVM. (*sic*) ALIQVA' ‖ CONTVMELIA'. PRAEFERRET'. SED. MEMOR. LIBERALITATIS ‖ PATRIS. MEI. REDDENDA. MIHI. STATVIT'. QVAE. IVDICIO ‖ VIRI. SVI. EX. PATRIMONIO. MEO. CEPISSET'. VT. EA. V'SSV (*sic*) ‖ SVO. CVSTODITA. PROPRIETATI. MEAE. RESTI. TVERENTVR ‖ CONSTITIT. ERGO. IN. HO'C. SIBI. IPSA. VT. A'. PARENTIBVS ‖ DIGNIS. VIRIS. DATA. MATRIMONIA. OBSEQVIO'. PROBITATE ‖ RETINERET. NVPTA. MERITEIS. GRATIOR. FIERET. FIDE ‖ CARIOR. HABERETVR'. IVDICIO. ORNATIOR. RELINQVERETVR' ‖ POST. DECESSVM. CONSENSV'. CIVIVM. LAVDARETVR'. QVOM ‖ DISCRIPTIO. PARTIVM. HABEAT. GRATVM. FIDVMQVE. ANI-

MVM ‖ IN. VIROS'. AEQVALITATEM. IN. LIBEROS'. IVSTITIAM. IN. VERITA'TE ‖ QVIBVS. DE CAVSEIS. Q. QVOM. OMNIVM. BONARVM. FE'MINA'RVM ‖ SIMPLEX. SIMILISQVE. ESSE. LAVDATIO. SOLEAT. QVOD ‖ NATVRALIA. BONA. PROPRIA'. CVSTODIA'. SERVATA. VARIETATES' ‖ VERBORVM. NON. DESIDERANT'. SATISQV'E. SIT. EADEM ‖ OMNES. BONA'. FAMA'. DIGNA. FECISSE'. ET. QVIA. ADQVĪRERE ‖ NOVAS. LAVDES. MVLIERI. SIT. ARDVOM'. QVOM. MINORIBVS ‖ VARIETATIBVS. VITA. IACTETVR'. NECESSARIO. COMMVNIA ‖ ESSE. COLENDA'. NE. QVOD. AMISSVM. EX. IVSTĪS. PRAECEPTEIS ‖ CETERA. TVRPET. EO'. MAIOREM. LAVDEM. OMNIVM. CARĪSSIMA ‖ MIHI. MA'TER. MERVIT'. QVOD. MODESTIA'. PROBITATE' ‖ PVDICITIA'. OBSEQVIO'. LANIFICIO'. DILIGENTIA'. FIDE' ‖ PA'R. SIMILISQVE. CETEREIS. PROBEIS. FEMINĪS. FVIT ‖ NEQVE. 'VLLI. CESSIT'. VIRTVTIS'. LABORIS'. SAPIENTIAE... ‖ ... PRAECIPVAM. AVT. CERTE .... — Romae. Fea in *Winckelm. Storia dell' arte* 3. p. 202. Winckelmann's *Werke* T. 2. p. 338.

1) *Murdiam* istam eandem censet feminam, quae in praecedd. fragmm. a marito laudetur, Niebuhr. *Fragmm. Cic.* p. 55. Sed res est plane incerta.


HAGENBVCHII

excursus de acclamationibus sepulcralibus Graecis in saxis Latinis passim auctus ex Marinio *Iscriz. Alb.* p. 98. et aliis saxis nuper erutis.

Saepe in saxis Latinis superadiiciuntur acclamationes quaedam Graecae, de quibus certi quid quum nondum statuerit quisquam, visum est, quae mihi sese obtulerunt earum exempla, in unum hic locum coniicere, si forte ex collatis inter se pluribus, lux tandem, si non omnibus, quibusdam certe, oriri possit. Hagenb. Nos quae et ille et Marinius collegerunt in ordinem nunc digessimus alphabeticum. Rationem autem habuimus etiam saxorum quorundam Graecorum duntaxat.

AMAXOBI — dubito, an huc pertineat. Grut. 930, 2.:

4861.



ACHILEVS PATRONO — Romae; e Mazochio 83, 3. Apiano p. 206, 2. Holthenus in hoc invenisse sibi visus est *A. Maxobium Gaudentem;* vix recte. Est epigraphe admodum obscura. Amaxobius potius est nom. propr. analogia fultum certa.

APOMATI. — Grut. *Spur.* 16, 5.

4862. D. M ‖ IACET SVB HOC SIGNINO DVLCISSIMA ‖ SECVNDILA QVE RAPTA PARENTIBVS ‖ RELIQVIT DOLOREM

VT TAM DVLCIS ‖ ERAT TAMQVAM AROMATA DESIDERANDO ‖ SEMPER MELLEAM VITAM. QVE ‖ VIXIT ANN. III. M. VI. D. XV ‖

APOMATI TAYTA. — Arelate. Nullam quidem eius mentionem facit Millin *Voyage* T. 3. p. 560. seqq.; sed immerito inter spuria relatum videtur et Marinio *Iscriz. Alb.* p. 99. et mihi, maxime quidem propter illud TAYTA, in quod quomodo incidere potuisset falsarius nisi forte ex Grut. 671, 14., vix intelligo. In APOMATI latent *ἀρώματα*, ut similiter, sed longe elegantius in hac inscriptione:

4863. *Θ. K* ‖ *T. MAPKIΩI* ‖ *ZHNOBIΩI* ‖ *IOYNIOPI* ‖ *K. MAPKIOC* ‖ *ΠATHP TEKNΩI* ‖ *ΓΛΥΚΥΤΑΤΩΙ* ‖ *EN MYPOIC* ‖ *COYTEKNON* ‖ *HΨYXH.* — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 184. Non minus tenerum et prope affectatum, quam illud Gruteri, sed elegantius est aliud Arelatense ap. Millin *Voyage* 3. p. 576.

APΣYNNI affert Marinius ex Mur. 1598, 11. (et 1738, 9. ubi repetitur.) Sed ita habet Mur.:

4864. D. M ‖ M. RVFRIVS M. L. PHILADELPHVS ‖ RVFRIA M. L. IVCVN. SOROR ‖ ARGVNDI. — Romae. Gorius vero *Etr.* T. 1. p. 177, 174. habet ARCYNNI. Res est igitur plane incerta: vix enim de v. *ΘAPCYNE* cogitare licet.

ATYΦI ΓOPΓONI. Marini *Atti* 2. p. 632. Hoc iam dedimus. De *ἀτυφίᾳ* vix explicari potest. Vide in *XAIPE.*

EYΛPOMI. Grut. 479, 8. Mediolani ad latera saxi Latini C. VALERIO PETRONIANO PATER *EYΛPOMI. EYΛPOMI.* Scal. in Ind. *prospero cursu utere* recte videtur accepisse. *I* pro *EI*, ut in pluribus horum.

EYΘYMEI. Grut. 933, 11. Ad latus dextrum Aureliae Callistes, in saxo Latino: *EYΘYMEI. KAΛΛIΣTH. OYΔEIΣ. AΘANAΘOΣ* (*sic*). *KAΛΛIΣTH* cognomen ipsius sepultae; unde in huiusmodi formulis blandum aliquod vocabulum quaesitum, vocandi casu cognominis vicem habere possit colligi: si non ipsum fuisse cognomen, etsi aliud in saxi nominibus occurrat, ut multi plurinomines reperiuntur saepe. Hagena.

EYMEΛI ZHC AIEI. Mur. 1441, 8. initio saxi Graeci. cfr. Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 179. qui dat: *ZHΣAIΣ.*

EYMOIPEI ΘEOKTICTH. Gualtieri *Tab. Sic.* n. 102. p. 14. Corsin. *Not. Gr.* p. 59. Mur. 1918, 10. Maffeii *Mus. Ver.* p. 192. Lapis christianus apud Amadutium *Anecd. litt.* 1. p. 479, 50. *KYPIAKH. ZHCHCEN. ΘEΩ. EYMOIPI.* (*sic*) Romae. — Idem corruptum in lap. christiano apud Marin. *Iscriz. Alb.* p. 98.:

4865. *EYMYPI ΘEOTEKNE OYΔIC* ‖ *AΘANATOC. EΞHΛΘEN AΠOYOY* ‖ *KOΣMOY AΦΘOPOC ETΩNIH* ‖ ☧ *Z. IAΩN. ΛEKB.* — Romae. Quid sit *EVHEMEPI* e Grut. 47, 6. per errorem typographicum laudatum Marinio, nescio, quum verum numerum nondum invenerim. Hagenbuchius certe nil de hoc adnotavit; estne, ut praecedens, *εὐμοίρει*, an *εὐημέρει*, an denique nomen propriam *Euhemerus?*

EYΠΛOI. Mur. 1436, 1. et accuratius in Millin *Voyage* T. 3. p. 577.:

4866. PACI ET QVIETI ‖ ET MEMOR. AETE ‖ Q. ARISTIO CHRES ‖ IVN. QVI VIXIT AN.. ‖ MENS. III. DIEBVS V.. ‖ ATERIA CHRESTE FRA‖TRI ET ARIST. CHRESIM ‖ ET ARISTIA HELPIS FIL ‖ DVLCISSIM.

ΕΥΠΛΟΙ. — Arelate. id est, εὐπλόει, feliciter naviges, respondetque superiori εὐδρόμει.

ΕΥΠΡ... in lap. mutilo bis s Murat. dato 1418, 9. 1955, 2. εὐπρέπει, quod Marinius vult, significare non potest. An εὖ πράττε?

ΕΥΣΤΑΘΙ. ΤΑΤΤΑ. Grut. 671, 14. in saxo bilingni.

ΕΥΣΤΟΡΓΙ. Mur. 1705, 4. ad latus dextrum saxi Latini geminatur.

ΕΥΤΥΧΕΙ. ex Grut. 641, 4. per errorem laudat Marini. Item ex corrupto Grut. 658, 9., ubi Hag. leg. coniecit εὐψύχει. Sed *ΕΥΤΥΧΕΙΤΕ* est in Graeco marmore sp. Mur. 1389, 9.

EVFRONI, id est, *ΕΥΦΡΟΝΕΙ*; Marinius ex seq. Romana:

ACVBIVS
SALONINVS
EVFRONI.

ΕΥΧΡΩΤΙ. Grut. 720, 6. in fine saxi Latini, Atiliae Vrbicae matri filii duo. Idem saxum habet Mur. 1241, 11., qui auspicabatur *ΕΥΕΡΩΤΙ.* Hagenbuchius ante Maffeium lectum ab εὐχρωτέω, *bono sum colore*, deducebat, sed hoc est εὐχροέω. Maffeius denique *Ditt. Quir. Lampad.* C. 5. p. 25. εὐκρότει explicabat, ut ait *feliciter pulses remum*, synonymum fere τοῦ *ΕΥΠΛΟΙ* et *ΕΥΔΡΟΜΙ.*

ΕΥΨΥΧΕΙ. Hoc quidem longe frequentissimum est. Grut. 760, 4. *ΑΓΕΝΤΙ. ΕΥΨΥΧΙ. ΚΑΜΕ. ΜΕΝΕΙ. ΤΟ. ΘΑΝΕΙΝ.* Grut. 784, 3. *ΠΑΝΑΡΕΤΕ. ΕΥΨΥΧΕΙ. ΜΕΤΑ. ΤΟΥ ΟCΕΙΡΙΔΟC.* Rein. XIV. 31. p. 750. εὐψύχει κυρία, καὶ δώῃ σοι ὁ Ὄσιρις τὸ ψυχρὸν ὕδωρ. Id. p. 826, 46. *ΕΡΩΤΙ ΕΥΨΥΧΙ.* ubi Ἔρωτις Hagenbuchio est nom. propr. feminae. Fabr. p. 102, 235. *ΕΥΨΥΧΙ. ΔΙΣΚΟΔΙ.* Mur. 1426, 4. in saxo Graeco pessime distinguitur *ΕΥΨΥΧΕΙ. ΟΥ. ΔΕΙCΑ. ΘΑΝΑΤΟC.* quum Grut. 691, 6. habeat in alio Graeco recte: *ΕΥΨΥΧΕΙ. ΤΕΚΝΟΝ. ΟΥΔΙC. ΑΘΑΝΑΤΟC.* et Maff. 268, 11. *ΕΥΨΥΧΕΙ ΜΙΛΩΝ ΟΥΔΕΙΣ ΑΘΑΝΑΤΟΣ ΚΑΙ Ο ΗΡΑΚΛΗΣ ΑΠΕΘΑΝΕ.* cfr. eundem 316, 4. et p. 192. Fabr. p. 85. n. 155. *ΕΥΨΥΧΕΙ* in saxo Latino. Idem corruptum videtur exstare Hagenbuchio in Grut. 658, 9. *ΥΑΚΙΤΙ. ΕΥΚΥΤ.* Spon *Misc.* p. 144, 14. *ΙΤΑΛΜΥΡΙ. ΕΥΨΥΧΕΙ ΜΕΓΑC ΙΑΤΡΟC.* Comorae in Hungaris. Sed ubi ipsum Brownii *Itinerarium*, Germanice versum Norimbergae 1686, 4. p. 107. conferas, non integram hanc inscriptionem et a Sponio, ut videtur, suo pro arbitrio correctam invenies: illic enim sic se habet:

ΙΤΑΛΜΥΡΙΕΥ ΨΥΧΕΙΜΕΤΑΤΙΑ ῞ΥΡΟC; et in operculo tantummodo urnae sepulcralis repertis memoratur, Tollium *ad Ausonium* p. 789. et *Ep. Itin.* p. 244. ubi conferas, prioribus corruptis missis, posteriora legends videbis *ΕΥΨΥΧΕΙ. ΜΕΤΑ. ΠΑΤΡΟC.*; quae utrum proprie sint accipienda, an mysticam habeant significationem, veluti infra videbimus in *ΠΑΤΗΡ ΧΑΙΡΕ* Grut. 325, 7., aliis diiudicandum

relinquimus. Sponii vero negligentia imposuit et Fabricio *Bibl. Gr.* T. XIII. 304. *Italmyrium medicum* agnoscenti, et Muratorio 1688, 12. operculi titulum velut integrum danti. (Correxit ex autographo hunc lap. ita Schoenwisner (*Iter Pann.* 2. p. 273.): *ΙΙΑΛΜΥΡΙ ΕΥΨΥΧΕΙ ΜΕΤΑ ΠΑΤΡΟC.*)

Marinius quoque duas habet inscriptiones Graecas (*Iscriz. Alb.* p. 98.) *ΕΥΨΥΧΙ* in fine prae se ferentes; tum in Bassillae titulo *ΕΨΥΧΕΙ-ΒΑCCΙΛΛΑΟΥΔΕΙCΑΘΑ‖ΝΑΤΟΣ.* v. Petrettini *papiri Greco-Egizj.* Vienna 1826. p. 61. et in simili apud Amadutium *Anecd. litt.* Vol. 3. p. 483, 53. *ΕΥΨΥΧΕΙ. ΔΗΜΗΤΡΙΕ ‖ ΟΥΔΕΙC. ΑΘΑΝΑΤΟC.* Nos autem memores praesertim Grut. 784, 3. et Reines. XIV. 31. p. 730. tum synonymo *ΘΑΡCΕΙ* apud Raoul-Rochette *Iournal des Savans. Avril.* 1824. p. 240. hoc in cadaveribus Aegyptiis condimentorum et aromatum ope adhuc conservatis passim reperiri docentis, utramque formulam, et plerasque, non tamen omnes, etiam reliquarum, ad sacra Isiaca referimus; ex quibus *ΕΥΜΟΙΡΕΙ* certe ad Christianos quoque transiit. In his tamen longe frequentius reperitur formula Latinorum saxorum:

ZESES. *Vivas.* Attamen apud Murat. 1723, 2. Romae, in vase vitreo:

4868. PARTENOPE ‖ CVM FAVSTINA FILIA ‖ ZESES. — Ibidem in altero vase: ANIMA DVLCIS ‖ PIE Z. — quae nota est τοῦ ZESES — dubium est, utrum ad Christianas, an ad Ethnicas feminas acclamationes istae spectent: siquidem in priore vase mulier ornata visitur inter flores, stantibus hic inde geminis Geniis. *ΘΑΡCΕΙ.* v. supra. tum Grut. 1120, 4. in fine saxi Latini *ΘΑΡCΕΙ. ΕΥΓΕΝΕΙ. ΟΥΔΕΙC ΑΘΑΝΑΤΟC.* In saxo Graeco apud Gud. 371, 2. Mur. 1840, 6. *ΘΑΡ-CΕΙ ‖ ΜΑΞΙ‖ΜΙΝΑ ‖ ΟΥΔΙC ΑΘΑΝΑ‖ΤΟC. ΘΑΡΡΙ* quoque memorat Marinius. p. 98.

ΛΛΕωC. ϹΟΙ. ΛΛΥΠΙ. Fabrett. p. 493, 185. in medio Graeco votivo saxo. v. mox in ὑγίαινε.

ΠΡΟΚΟΠΙ. ΤΑΥΤΑ. Mur. 1480, 3. Marini *Iscriz. Alb* p. 97., quem consule.

ΥΓΕΙΑΙΝΕ (*sic*) Seil. ad latera saxi Latini Lugdunensis, FELICIAE MINNAE IVLIVS PRIMITIVVS CONIVGI: Grut. 424, 5. *ΠΕΝΤΑΛΙ ΥΓΕΙΑΙΝΕ ΛΎΠΙ.* Scalig. Ind. 16. p. 73. b. πεντάλι ὑγίαινε dedit, omisso ultimo, quod mihi quidem *ΑΛΥΠΙ* videtur legendum, collato Fabrett. p. 493, 185. idque pertinere arbitror ad id verborum genus, quorum alia in hoc ipso indice aliquot reperimus, lexicis incognita: *sine dolore degas.* Orell.

ΧΑΙΡΕ. Grut. 420, 2. in saxo Latino Bellunensi, quod Hostilius quidam fecit Domitiae Severae coniugi suae, subtexitur *ΓΡΗΓΟΡΙ ΧΑΙΡΕ ΟΡΕCΙ ΑΕΙ ΜΝΗΜΩΝ.* quae a praecedentibus divulsa Murat. in classe Christianorum dat 1883, 2. *ΟΡΕCΙ* in corruptela iacet. *ΓΡΗΓΟΡΙ* ex reliquorum analogia explicandum est γρηγόρει: ex quo ipso vide ne corruptum sit ΓΟΡΓΟΝΙ illud in *ΑΤΥΦΙ.* v. tamen infra. Mur. 1181, 1. v. *Gregori.* Orell. Grut. 88, 12. in saxo non sepulcrali, sed DEO

AMABILI sacro, est in summitate Graecis literis *KIPI* (*κύρω*) *XAIPE* ut ex Fabrett. Don. Mur. notavi. HAGENB. Singularis est sequens Grut. 325, 7. (minus integra 760, 10.)

4869. *ΠΑΤΗΡ. ΧΑΙΡΕ*
D. M.
AVREL. DIOGENETI
SACERDOTI. VENE
MERENTI. FECIT
AVRELIA CAENIS
COIVX. CON. QVEM
VIXIT. ANNIS ⊢⊢⊢ vel ut Boissardus habet ⌇⌇⌇[1]) — Romae. ubi manifestum est Caenidem maritum suum patrem compellare, ut sacerdotem, a quo initiata fuerit mysteriis Mithriacis.

1) triginta. Denique Mur. 1130, 2. Romae, ex Ligorio, non tamen suspectam:

4870. D. M ‖ PARENTES A‖NERIO APHRODI‖SIO. FIL. DVLCISSI‖MO. V. AN. Ī. M. Ī. D. VII ‖ *ΑΦΡΟΔΙCΙΕ ΧΑΙΡΕ* ‖ *ΚΑΙ CΥ.* — *ΚΑΙ CΥ.* respondet infans mortuus. Male, ut plerumque Graeca, Muratorius vertit: *Aphrodisi, salve tu quoque.* Ambiguum est sequens: Mur. 1181, 1. Cabilloni, misit Bimardus:

4871. D. M ‖ ET MEMORIAE AETERNAE M ‖ IVSTINI VERI PATER INFELICIS‖SIMVS P C GREGORI SI ESSES. — P. C. *ponendum curavit. Gregori* utrum nomen sit *ὑποκοριστικὸν* filii defuncti, an *ΓΡΗΓΟΡΙ* illud, quod supra attigimus, haeremus; item utrum SI ESSES sit, *utinam viveres*, an corruptum pro ZESES. ORELLIVS.

CAPVT XXI.

HAGENBVCHII CRITICAE
QVAEDAM OBSERVATIONES ET ADVERSARIA EPIGRAPHICA.

§. 1. ACCENTVS IN SAXIS. In Latinis Inscriptt. impositi diphthongo AE apud Maff. *Mus. Ver.* 153, 1. item ut syllabae longae notarentur v. eund. p. 171. 307, 3. A Smetio et Aldo dati omissi in Grut. 581, 2. 531, 2. 682, 10. 589, 12. 593, 7. Cfr. et Grut. 256, 3. 332, 5. 701, 10. — (Adde Marini *Atti* 2. p. 709 et 713.)

§. 2. ADDITIONES IN SAXIS. Saepe epigraphis integris, in primis sepulcralibus, si postea etiam alii sunt in idem monumentum illati, addita quaedam sunt a posterioribus; quod characterum differentia, quo serius incisorum, eo etiam peiorum, satis interdum prodit. v. g. Fabrett. p. 150, 204. p. 181, 401.

§. 3. CHRISTIANA monumenta in classes quoque suas dispertire nondum quisquam est adgressus. v. Maff. *Sigl. Gr.* p. 133. Cfr. consilium Gorii de martyrologio lapidario parando in eius dedicat. *Xen. ad Walch.* p. 6. et *Symb.* T. 3. *praef. p.* VII. De corpore Christianarum Inscriptionum Oliverii ac Passerii ope colligendo meminit Zachar. *Exc. lit.* p. 99. Museum Christianum Romae adornandi et exstruendi consilium dat Maffeius *Mus. Ver.* dedicatione ad Benedictum XIV. p. 2.; quae quum primum legerem, statim memor eram Terentiani versus *Eun.* 2, 3, 84.

Dixti pulcre: nunquam vidi melius consilium dari;

neque enim sacris nostris quidquam timeo, licet Pontificiae fidei nescio quod ingens praesidium inde Maffeius speret. (Ibi inter alia haec observat Maffeius: „In illis (Christianis) Daciana Diaconissa quae MVLTA PROPHETAVIT, Spiritus Sancti dona adhuc permanentia ostendit, et Origenis *contra Celsum* I. 46. de Christianis sanctitate conspicuis enuntiatum comprobat." Est autem hoc admodum sane memorabile:

4872. †. DACIANA. DIACONISSA ‖ QVE. V. AN. XXXXV. M. III ‖ ET FVIT. F. PALMATI. COS ‖ ET. SOROR VICTORINI. PRESBRI ‖ ET MVLTA PROPHETAVIT ‖ CVM. FLACCA. ALVMNA ‖ V. A. XV. DEP. IN. PACE. III. ID. AVG ‖ X (P) ‖ — Veronae. Maffeii *Mus. Veron.* p. 179, 2. cfr. p. 486. Sed ante omnes placebat Maffeio alia (*Mus. Ver.* 179, 1.), in qua celebratur Licinia femina DEO CRISTO DEVOTA THEODOTO DIACONI (*sic*) IVNCTA!

§. 4. COALESCVNT saxa duo, vel plura in unum. Descriptores duas epigraphas in unam confundendo contraxisse saepe, monet Reinesius ad VIII. 32., p. 522. Sed ibidem Reinesius male coniecit, in ipso saxo, quod habet VIII. 32., duas diversi temporis epigraphas legi. Coalitiones eiusmodi in inscriptionibus non ex lapidibus, sed ex codice descriptis saepe observasse se notat Gudius ad 228, 2. Eius generis multa passim observavi: v. c. Grut. 450, 1. iuncta tria. Fabr. p. 126, 43. duo iunxit. Mur. 858, 5. insigne exemplum: item Gud. *Ind.* 22. p. LXVIII., ubi non duae tantum, sed tres in unam coaluere. v. Oliv. *Marm. Pisaur.* p. 19. Ex urna et ex diversae urnae operculo una inscriptio conflata a Gorio in *Mus. Etr.* v. Maffei *Osservaz. lett.* T. 6. p. 120. Contra una pro duabus vel tribus habita cfr. Mur. 950, 6. Grut. 561, 2.

§. 5. CRITICA LAPIDARIA. Saxa ita examinet critica lapidaria, ut inscriptiones falso suspectas vindicet, falsas item pro veris habitas obelo configat: dubias, quatenus fieri potuerit, ad alteramutram classem redigere studeat. Primi generis plures fortasse sunt, quam vulgo existimant: alterius ingens est multitudo: tertii tandem generis aliquammultae reperiuntur.

§. 6. DETRITAE LITERAE ET VOCES IN SAXIS. v. c. Saepe I tantummodo remansit ex E, L, T. Sic LVPREFES et EVIRE. S. pro EVPREPES. Mur. 1523, 11.

CVLIFONI pro CVLLEONI. Mur. 1105, 3.
RISCINII pro cRESCENTI. Grut. 400, 6.
FLVIVM pro EPVLVM. Grut. 100, 5.
LEPIEFS pro ET PLEPS. Grut. 84, 6.

§. 7. DISTINCTIONES SYLLABARVM ET VOCVM. Vt saepissime in saxis, Graecis in primis, nulla adsunt distinctionum signa, ita aliquando nimia sunt, ita, ut non modo post singulas voces, sed post singulas syllabas puncta incisa sint. — Puncta in fine versuum nulla, idque tam usitatum est, ut puncta ibi adpicta, νοθείας interdum indicium praebeant. Habet tamen hoc quoque suas exceptiones. v. c. Maff. *Mus. Ver.* 221, 4. et p. 234. cfr. Murat. 242, 5.

§. 8. DIVISIONES SYLLABARVM in saxis saepissime contra orthographiae regulas fieri solent. cfr. Grut. 556, 4. 805, 10. 1046, 8. 863, 3. Mur. 1887, 9. Maff. *Mus. Ver.* p. 97. med. et 153, 8.

§. 9. DIVISIONES EIVSDEM EPIGRAPHAE. Vt saxa exstant duarum vel plurium epigrapharum παραλλήλως positarum, probeque

distinguendarum, ita quoque in iisdem illis saxis interdum, vel etiam in aliis occurrunt in duobus lateribus seu παραλλήλως positis non dirimenda, sed sensu cohaerentia adeoque coniungenda: quod minus observatum ridiculos potest parere errores, dum particula saxi quasi plena affertur, vel etiam explicatur, cuius omnino sensus ex reliqua particula parallela plenus demum fit.

Saxum eiusmodi parallelum, in quo quaedam iungenda ex utroque latere, quaedam dirimenda, quaedam etiam parallelum non habentia, vide in Fabretto p. 616, 136.:

4873. PRO SALVTE [*Numinis figura*] ET GLORIA
IMP. CAES. M. AVRELI ANTONINI AVG
L. ARRVNTIVS Q. CODIVS
PHILIPPVS IASON
ET [*Vir togatus*] D. D. [*Adolescens togatus*] MERCVRIVS FILIVS HVIVS.
[*Ara plicatilis cum igne*] [*Puer praetextatus*]

— Ex Antographo apud Abb. de Bolis.

In saxo, quod Fabrettus omnium ultimum protulit p. 759, 649.:

4874. HIC QVIESCET IOH [*Coronae* ANNES VS QVI VIXIT AN‖
NOS PLM LXXC ET DEPOSI *figura*] TVS XIII. KAL. APRIL.
CONS ATERI ‖ ET PRESIDI
CC VV ‖ —

Romae. — duae lineae priores, etsi corolla intermedia divulsae, sensu ac lectione sunt coniungendae; tertia paralleli nihil habet. Fabrettiani saxi partem sinisteriorem tantum affert ridicule Reland. *Fast.* p. 669., ac si saxum integrum non esset. Grut. 933, 4. 5.:

4875. DIS. MAN	DIS. MAN
L. ATTIO SVCCESSO	L. ATTIO SVCCESSO
FECIT L. ATTIVS ANICETVS	FECIT OBVLNIA ROME. CON
PATRONO BENE DE SE	BENE MERENTI
MERENTI	DE SE
H. M. E.	H. N. S.
LIBERTIS LIBERTAB	VSQVE NOSTRIS
IN F. P. X ∴	IN AGRO P. XIV
ET VALERIAE SABINAE DONAV	ERVNT INTROITVS PARTE SINI‖
AEDICVLA	ET ANTE AEDICVLA. P. II.

— Romae. Vidit Smetius. Unum igitur saxum est versuum undecim, quorum quinque priores divulsim, sex posteriores iunctim legendi sunt: de sexto divulsim accepto errasse Scaligerum *Ind.* 20. H. M. E. explicantem *Homini Memoriae Egregiae* pro *Hoc monumentum exterum ‖ heredem non sequitur* notavi ex Fabretto. — In Spon *Misc.* p. 115. n. XCV. versuum decem tres priores videntur dimidiati legendi, ut in Fabr. p. 306. n. 308. versuum trium duo priores:

4876. P. POSTVMIO ET POSTVMIAE
ATIMETO ACTE
FECIT PRIMVS LIBERTVS. — Ad Viam Nomentanam. Mur. 1476, 6. versus duos priores dimidiatos legit, in Ind. nominum; quam bene ipse viderit.

Saepe in eadem adversa saxi alicuius parte duae pluresve inscriptiones ita ponuntur, ut interstinctione lineolae vel figurae alicuius epigraphae ipsae dirimantur. v. c. Fabrett. p. 301. XXVI. Gor. ad Don. VII. 118. Mur. 185, 2. 1626, 9. Grut. 987, 7. Maff. *Mus. Ver.* 119, 1.

Est vero, ubi nulla eiusmodi distinctionis nota expressa est; unde saepe factum, ut exscriptores unam legi tantum epigraphen arbitrati, iunxerint dirimenda, diremerint iungenda, ordinem versuum non retinentes miram obscuritatem induxerint. Luculentum in primis exemplum Murat. 1523, 6. fortasse et in Mur. 220, 2. 1787, 26. 1692, 5. 701, 4. Reines. IX. 70. 76. 77. Spon *Misc.* 224, 2. 221, 1. 230, 3. 233, 4. Fabr. 2, 1. Reines. XVII. 176. collato Fabr. p. 69, 34. Ad Grut. 1033, 9. coll. Don. VII. 12. meretur videri Fabr. p. 755, 614. Grut. 941, 13. coll. Mur. 2085, 6. Grut. 938, 2. coll. Mur. 1551, 2. et 2086, 4. Grut. 468, 1. coll. Apiano p. 358. cet.

Saepe fit, ut, si in eadem adversa saxi parte duae epigraphae legantur, iuxta invicem positae, earum una tantum detur, de altera ne memoretur quidem. cfr. Rein. VIII, 67. collato Don. VII, 57. Rein. VIII, 78. coll. Spon *Misc.* p. 233. 3. Grut. 575, 8. coll. 576, 6. 577, 8. coll. 578, 6. Fabrett. p. 252, 41. Gor. *Etr.* T. 1. p. 364, 101.

Sunt saxa, in quibus duae epigraphae ita sibi obiacent, ut quidam versus praemittatur, aut subiiciatur continue legendus sub ambabus epigraphis. Gor. *Etr.* T. 1. p. 230, 15. collato Mur. 1594, 7. In Grut. 697, 7. habes epigraphen arbuscula intermedia diremptam, sensu tamen et lectione continuandam; quam parte sinistra truncatam ut ineditam protulit Donius, et ex hoc Murat. 1192, 9.

§. 10. DVAE PLVRESVE INSCRIPTIONES INTERDVM IN EODEM SAXO, diversi etiam temporis. Grut. 1, 1. Triplex inscriptio in eadem columna est apud Grut. 154, 4. 5. 6. Adde 84, 6. 7. 8. 836, 1. 1019, 8. Fabrett. p. 507. a. Gor. *Etr.* T. 1. p. 164, 114. 167, 130. Reines. p. 353. item p. 522, ad VIII. 32., ubi ex Grut. tria exempla citat 171, 7. 646, 10. 731, 7., de ipso tamen saxo, ad quod haec adnotavit, egregie falsus. Cfr. et Spon *Misc.* 278, 3. Don. III, 67.

Saepe antiquiori epigraphae addita alia ita, ut saxum superne recentiorem situ erecto, inferne antiquiorem, sed situ opposito, sistat. Ita inversum Regillae saxum accepit superne memoriam milliariam Maxentio imperante apud Fabrett. p. 412, 355. et 356.:

4877. DONINO (*sic*)
NOSTRO
MAXENTIO
PIO. FELICI
INVICTO
AVGVSTO
VII.

'NΓNOIΞI ΓIdωX ΓL ΓL
XΓL ƆONIL ƆΓIXIO ƆIIL
ƆωΦ OL HNXI XOΓOdH
ΓΓΓLIHd ΓINNΓ

(Quae his Graecis subiungitur Latina versio, estne Fabretti, an ipsi lapidi insculpta? Cfr. *AIIOAECAC ΦAOC OIKOΥ* ap. Don. p. 407, 66.)

Vide et Mur. 462, 5. 262, 1. Don. III, 71. p. 131. Mur. 1589, 1. 1002, 5. 398, 2. 415, 4. Idem saxum ex una facie ethnicam, ex altera Christianam epigraphen habet ap. Fabrett. p. 28. LVII. et 583, XCI. Mur. 1849, 10.

§. 11. DVO SAXA DIVERSA, IN QVIBVS EADEM EPIGRAPHE. Cfr. Fabr. p. 712. 534, 535. it. p. 279. et 487. Mur. 1385, 4. Grut. 99, 1. Maffei *Ver. ill.* T. 1. p. 540. Mur. 1982, 3. Oliv. *ad Pisaur.* p. 191, 142 et 143. Gud. *Ind.* 21. p. XLVII, b. In uno saxo eadem inscriptio bis incisa, cuiusmodi inscriptiones Maff. *Mus. Ver.* 120, 6. 125, 5. *bifrontes* vocat. Eius generis sunt etiam Grut. 608, 3. 59, 6. 790, 8. Mur. 1652, 6. Maffei *Mus. Ver.* 307, 3. Rein. 1, 5, 38 et 116. Gud. 31, 6. Ad prius genus pertinent Grut. 335, 2 et 3. 190, 10 et 11. item 60, 5. collato Don. p. 29, 94. Duo lapides, alter sex, alter quinque tantum versuum, Genevae exstant, eadem epigraphe, in utroque de lacubus datis a Iulio Broccho Val. Basso vicanis Genavensibus, ut diversis in locis, ubi lacus ipsi erant, erecti fuisse videantur.

Quidam lapides duobus in locis exstare dicuntur diversis: ex quo non statim concludendum, duos esse lapides eadem epigraphe; quia unius tantum lapidis locus potuit diverse tradi, aut per errorem tradentis alium locum, atque alii tradunt: aut per lapidis ipsius translationem factum, ut alii priorem, alii posteriorem eidem lapidi locum adsignent.

§. 12. EDITORES INSCRIPTIONVM. „Qui antiquum monumentum ab exemplari unico primus eruit ac profert, satis cautum et circumspectum se praestari vix potest: is enim quid posteritati omni legendum sit, imperat ac iubet." Maff. *Praefat. ad Complex. Cassiod.* p. 46. — Priorum editorum textus ne in melius quidem, sine indicio, quid mutatum sit, mutari debet.

Qui doctorum libris suis saxa intexuerunt, interdum eam tantum partem saxi adducunt, quae ad argumentum, quod tractabant, satis esset, omissis reliquis: unde alii post eos fragmenta illa verius, quam integros lapides, pro integris adsumpserunt: idque in Panvinianis saepe accidisse observavi.

Editores magni seu classici saepe censurae subiiciuntur loco eorum, quorum fidem in collectionibus suis erant secuti. Ita censuram Maffeii vexare Gruterum pro Panvinio monet Mur. 2006, 3.

Eduntur saxa interdum ex αὐτοψίᾳ, interdum ex apographis aliorumque libris posterioribus. Editiones autem primarias, sive ubi saxum primum est editum, consulendi provinciam negligere minime debet, qui vel in singulos titulos commentari, vel sparsos hic illic in syntagma unum compingere velit. Sic ex Mazochio, Apiano, Aldo, Smetio saepe corrigendus Gruterus; ex Donio ac Gorio Muratorius.

§. 13. ERASA IAM OLIM IN SAXIS. Consulto erasa sunt passim nomina Caligulae, Neronis, Domitiani, Commodi, (Oliv. *M. Pis.* p. 77.) Getae, Caracallae, (Maff. *Mus. Ver.* p. 113.) Heliogabali, Galerii Maximiani (Maff. *Mus. Ver.* p. 103.) Iuliani (Zach. *Exc. lit.* p. 50, 6.) Erasis alia iam olim superducta. v. Gud. p. 206. eleganti id exemplo docentem:

AVR. ANTONINO COMMODO (cuius nomen hic erasum.)

IMPERATORE CAESARE AVGVSTO. P. HELVIO PERTINACE. II. COS. cet.

v. etiam Fabrett. *Col. Trai.* p. 36. 38. Grut. 1095, 1. v. 7. 8. Gor. *Etr.* 2. p. 385, 15. Bertoli A. d'A. p. 182. Erasionem tamen inscriptiones quaedam Domitiani v. c. et Getae evaserunt. v. Oliv. *ad Pisaur.* p. 202. Maff. *Mus. Ver.* p. 103. — Erasum D. M. a Christianis altera ethnici lapidis parte usuris. v. Mur. 1938, 2.

§. 14. ERRATA FABRILIA. Locus classicus est apud Sidonium Apollinarem *Lib.* 3. *Ep.* 12. p. 206. *Sav.*: „Carmen hoc sane quod consequetur, nocte proxima feci, non expolitum credo: — — quod peto, ut tabulae quantulumcunque est, celeriter indatur. Sed vide, ut vitium non faciat in marmore lapidicida; quod factum sive ab industria, seu per iniuriam, mihi magis, quam quadratario lector adscribet." — Ab exscriptoribus retinenda quum sint, et *sic* notanda, haud raro ab antiquioribus praesertim editoribus corrigebantur. Interdum erasa sunt. Maffei *Mus. Ver.* p. 103. Lapidarii provinciarum imperitiores lapidariis Romae et in Italia. — Nonnisi urgente quadam necessitate incessendi sunt marmorarii: nam fabri, an exscriptores et typographi ipsi errarint, dubium saepe.

Quum in saxis semel incisa deleri commode non possent, necessitas hinc marmorariis imposita, nunc extra seriem versuum quid addendi (Maff. *Mus. Ver.* 85, 6.) nunc inter versus interponendi (Mur. 1931, 6. Maff. 146, 1. Keysl. *Antiqq. sept.* p. 244.) vel versibus ipsis interserendi (Mur. 1141, 7.) vel etiam superponendi (Fabr. p. 193, 454.) vel inferius

subiiciendi (Grut. 856, 12. Mur. 1922, 5. tum superpositum, tum subiectum in Rein. XX. 42. p. 908.), vel turbato quamvis ordine vero vocum adiiciendi seu postponendi (Mur. 29, 6. 388, 4. 830, 4.) Hanc marmorariorum consuetudinem notavit aliquoties Reinesius, exemplis tamen usus et nisus, quae nimia eius audacia ipsi suppeditabat, saxa violenter tractanti. v. c. pag. 528.

Cfr. praeterea Mur. 82, 3. 851, 8. Gud. 114, 1. Grut. 682, 9. collato Spon *Lyon.* p. 46.

§. 15. FIGVRAE INSCRIPTIONIBVS ADPICTAE. Cognomina interdum figuris istis occasionem dedere et nomina: v. Maff. *Mus. Ver.* 172, 1. *Ver. illustr.* T. I. p. 604. nec non officia varia et artes. Fabr. p. 274. saepe meri sunt lusus marmorariorum. Fabr. p. 381. Bertoli A. d'A. p. 71., qui in explicandis gallis gallinaceis pugnantibus ludere videtur. Sic Marm. Taur. T. 2. p. 25, it. p. 100. de delphinis in saxis funereis; fortasse et de rota T. 2. p. 102. Sic e trivio petitae nimis ingeniose et subtiliter explicatur. Omissae sine ullo indicio ab exscriptoribus et editoribus v. Bertoli A. d'A. p. 153, 155. Mur. 79, 2. et 1115, 3. collato Vignolio, unde Muratorius dedit, *Insc. sel.* p. 195 — 197. Eleganti exemplo docet Koolius ad Gud. 22, 5. neglectam ab exscriptore auris humanae figuram Isidis inscriptioni appositam in causa fuisse, quo minus inscriptio ipsa rite intelligeretur. Sic ex figuris Christianum titulum esse, qui absque figuris esset, ethnicus videretur et ut ethnicus a Grutero datus est, ex Maff. *Ant. Gall. sel.* p. 49. notandum ad Grut 813, 9. adde Mur. 1820, 7.

§. 16. FRAGMENTA INSCRIPTIONVM. Ne sordeant; ne temere suppleantur; qua remanserunt forma exhibeantur; accurate adnumbrentur lacunae; versuum in primis ordo servetur: maximas enim ut difficultates parit, summasque perturbationes inducit versuum ordo non servatus in Inscr. duabus pluribusve in eodem saxo parallele positis, similis calamitas fundum epigraphicum premit, si mutatis versuum ordinibus, quasi integra et continua dantur, quae in saxis fracta ruptaque sunt: vide exemplum in Mur. 436, 2. coll. seu Mur. 764, 3. seu Grut. 498, 5. — Item Grut. 421, 3. 1010, 5. Adde omnino Saxii *Peric. animadv.* p. 73. de 1029, 5. commentantis.

In fragmentis quibusdam operam ponere multam, est ingenium suum torquere et otio abuti. Bene faciunt, veramque temporis pretiosissimi rationem habent, qui serio cogitant, in quibus sit desudandum, et a quibus sit abstinendum.

§. 17. GRAECA IN SAXIS LATINIS. Interdum in saxis Latinis literae forma Graeca scriptae v. c. P pro R. Mur. 1102, 5. Gor. *Etr.* T. 1. p. 432. n. 19., ubi praeter P etiam A pro L habet. cfr. Grut. 912, 11., ubi Γ. fortasse non tam pro G.; quam pro P. et pro R. secundum Reinesium ibi allatum. H seu η Graecum pro E ap. Fabrett. p. 546, 7. et Mur. 1487, 3.; quae fortasse causa, cur in saxis Latinis, omissa lineola transversa toties II pro E legatur v. Fabr. p. 397. Mur. 1512, 9. ΣΣ. v. Zachar. *Marm. Sal.* III. p. XI. — X. pro CH in MOSXIDI Mur.

1331, 5. Cfr. Mur. 1907, 8. de *Π* pro P. v. Gud. 318, 13. C. pro S. Mur. 1864, 3.

Interdum in saxis Latinis vox quaedam, aut gnome Graeca Graece scribitur. v. Fabrett. p. 277, 168. Reines. XVII. 145. Mur, 1007, 2. 1014, 9. 1220, 9 1633, 1. 1654, 7. 1662, 2. 1938, 5. 1965, 9. 1827, 6.

Interdum integra saxa Latina elementis Graecis scripta, et Graeca Latinis. v. Fabr. 390, 249. seqq. p. 465. XIX. 100 et 101. Mur. 2045, 7. Maff. *Sigl. Gr.* p. 49. Lupi *Epitaphium Severae*, passim.

In eadem epigraphe alia Graece, alia Latine scribuntur. v. Murat. 1835, 2.

Inscriptio parte priore Graeca, posteriore Latina est in Fabr. 746, 545. Item Oudend. *Descr. leg. Papenbr.* p. 53, 68. Grut. 671, 14. 330, 5. 21, 12. 177, 6. 406, 2. 665, 8. Spon *Misc.* p. 333, 37. Grut. 368, 8. Mur. 1206, 1.

§. 18. LOCA SAXORVM. a) Quanti referat interdum, vera saxorum loca scire, illustri exemplo doceamr ex Grut. 177, 4. Item 22, 3. 593, 2. 467, 1. 708, 10.

b) IBIDEM de locis saxorum male intellectum, incredibiles saepe errores peperit. Sic Guichenonus Augustae Taurinorum ponit saxum Grut. 275, 4. voc. *ibidem* ad Cordubam referri non animadvertens, sed a num. 2. ad 4. transiliens. v. Phil. a Turre *Mon. vet. Antii* p. 269. de Chorierio duo Gruteri saxa Aquileiensia 56, 13 et 16. Viennam Allobrogum transferente, quia *ibidem* Gruteri lippis oculis inspexerit. Sic *Ibidem* Maff. *Ant. Gall. sel.* p. 92. n. X. et XI. non ad Lugdunum, de quo praecesserat p. 92. n. IX. et de quo deinde statim sequitur, p. 92. n. XII. ubi pro *Lugduni* ponendum fuisset *Ibidem*, si eiusdem Lugduni saxa n. IX. X. XI. et XII. darentur, sed ad Viennam referri debet p. 91. n. VIII. relatam. Ita loca lapidum istorum Maffei intelligenda videbis, etiam si p. 92. n. XI. conferas cum p. 95. n. XXV. Sic saepius erratum a Grutero, et ab omnibus fere.

c) Nimis saepe locorum saxa tacent Panvinius, Fabrettus et Gudius, idque in primis observatur in iis, quae ex Schedis sunt petita. Maximi autem refert ubique, ut sciamus prima marmorum loca, seu quibus locis effossa primum sint; quo quidem saxa e primo loco alio transportata pervenerint, et ubi nunc spectentur, scire utile esse dixit Maffeius *Mus. Ver. Praef.* p. 5. Idem vero, unde saxa in Museum Veronense pervenerint, saepe tacet. Oudendorpium contra laudanda diligentia in *Descript. leg. Papenbr.* curate disserere, ubi lapides eruti, et primum fuerint, quo deinde et ad quos pervenerint, non sine voluptate legimus *).

d) Quum Oliveriana marmora Pisaurensia cum Muratorianis conferrem, observavi, quae *Peregrinorum* nomine suffixa ab Oliverio p. 61 — 65.

*) Eandem laudem merentur et Marinius et Vermigliolius in Inscriptt. Perusinis. Negligentiorem ea in re video fuisse Morcellium, cuius pro instituto taceri quidem poterant saxorum loca, nequaquam vero debebant.

data sunt, ea ab Muratorio ἁπλῶς Pisauri poni, sine indicio aliunde eo advecta esse.

c) Eorundem locorum saxa inter se conferre maxime iuvat: suas enim sibi formulas quaedam regiones habuerunt, ex quibus de locis saxorum perperam traditis interdum conicias. Sic: VNA CVM FILIIS SVIS ET COHEREDIBVS Capuae et Puteolis. v. Grut. 846, 5. TITVLO VSVS Brixiae; *Mus. Ver.* p. 145. CARVS SVIS in Hispanicis Mur. 1749, 9. Ita ex formula PIVS IN SVOS duo Italiae attributa saxa rectius Hispaniae assignat Mur. 1672, 10.; etsi non negandum est, eandem formulam in saxis quoque non Hispaniensibus interdum legi. v. c. in saxis Africae v. Maff. *Mus. Ver.* 466, 1. Sic in Nemausensibus dignitates ante nomina: VIVVS FECIT, VIVIT, VIVVNT in iisdem nominibus praemissum: Narbone dimensio sepulcralis alterutra tantum, aut IN AGRO aut IN FRONTE. praeterea mentio pedum quadratorum. v. c. Grut. 645, 2. 687, 11. 693, 1. 701, 5. 752, 9. 755, 3. 817, 14. cet. In Patavinis L. S. *Locus sepulcri.* Hinc etiam in adducendis ad illustranda regionis alicuius saxa saxis regionum aliarum circumspectione et accurata consideratione opus est.

Eodem haec quoque pertinent:

Ex Africa aliquot saxa Florentiam advecta sunt, quae inter se conferre iuvat. Ita enim quorundam S. A. S. dubiae alioqui lectionis tenemus legi debere *Saturno Augusto sacrum.* v. Gor. *Etr.* T. 1. p. 54, 118. Pari modo in iisdem clausulae votivae V. S. L. A. explicantur optime ex alio Africano saxo, in quo plene est VOT. SOL. LIB. ANI*mo* apud Spon *Misc.* p. 93. n. 46. In Transpadana Gallia Seviri Augustales C. D. D. id est *Creati Decreto Decurionum* v. Grut. 43, 8. collato 368, 7. In saxis ad Danubium duobus defuncti dicuntur *miserrimi* Grut. 715, 4. 536, 1., ubi editum male est MISERMO, quod Scaligero adeo imposuit, ut geographicum inde nomen faceret, *Misermum.*

Mur. 77, 5. Nemausi; misit Bimardus:

4878. G̅ D N̅
T. POMPEIVS
PEREGRINVS
AMICVS. — iam est in Fabr. p. 73, 70. Fabrettus explicat *Genio Domini Nostri:* sed quum tria alia saxa Nemausi, quorum duo Mur. hic citat Grut. 997, 17. et 892, 5. tertium ipse N. 6. dat:

4879. G̅ T N̅
EVPORVS
LIB. — notam primam G̅ et tertiam N̅ constanter servent, neque Fabretti interpretationi τῶν G. D. N. neque Muratorii opinioni, sub notis posterioribus duabus nomen C., id est, gentile nomen et cognomen (quae initiali tantum litera interdum signantur v. c. O. in lapp. Ravennatibus significat OLIVS; cfr. Grut. 708, 10.), hominis latere, ausim accedere: an *Genio Decimi, Titi, Quinti, Lucii Nostri,* ut media sigla praenomen indicet defuncti, suspicio est mihi nata. In saxo

Monspeliensi s. potius itidem Nemausensi, ut constat ex Maffeio *Ant. Gall. sel.* p. 66. apud Murat. 45, 1. est MARTI ET G̅. FLAVIANI. N̅. (Certissimam esse Hagenbuchii coniecturam disces ex Marinii *Inscriptt. Albanis.* p. 134. Defunctorum nomina ut censeantur ista, nil attinet: quamquam, sed raro, mortuorum quoque Genii celebrantur in Inscriptt. Orellius.)

f) Errorum circa locos Inscriptt. ab editoribus commissorum, locorumque diverse traditorum incredibilem multitudinem congessit Hagenbuchii industria in Prolegomenis epigraphicis, ex quibus has animadversiones cum eruditis communicamus; et per omnia observationum in Inscr. Thesauros volumina hanc summi in disciplina epigraphica momenti rem diligentissime est persecutus; ita ut vel hoc nomine carere iis nequeat, qui aliquando integrum Inscriptt. Latinarum corpus sit adornaturus.

§. 19. MATERIA, CVI INSCRIPTI TITVLI. Tabulas aeneas omnes, Graecas et Latinas, a marmoreis seiungendas statuit Gorius in *Dedic. Xenior.* p. 6. Easdem Maffeius optimo consilio primo loco praelo subiecit.

„Vetustissimam esse hanc inscriptionem, Tiburtinus lapis, cui commissa est, indicat." — Fabrett. p. 381. n. XXXV. Cippum annosa vetustate probatum, utpote ex Tiburtino lapide constantem, antequam scilicet marmora peregrina Romam delata fuissent, memorat idem Fabr. p. 200. cfr. et p. 548, 16. 689, 199. 712, 534. cfr. Mur. 1647, 5. (quae tamen Ligorianam malitiam sapit.) — Ex lapide Gabino Fabr. p. 547, 9. — Albano Fabr. p. 697, 195. p. 698, 199. p. 712, 536. In viva rupe. Grut. 461, 1. et Inscriptio ad Pierre-pertuis. — Marmoris colorem, quem *patina* Itali dicant, testari inscriptionem Pisaurum delatam esse ex columbario Romano lego in Oliv. *ad Pisaur.* p. 196. — Domburgenses Inscrr. in lapide candido, cretae nec colore nec fragilitate admodum dissimili v. in Keisl. *Antiqq. Sept.* p. 283.

§. 20. POSITVS VERBORVM in saxis minus ne liber, quam in libris? v. c. *Charini Byrrhias* et *Byrrhias Charini* apud Terentium: v. *Epp. epigr.* p. 448. Sic AVG. L. PHOCAS Mur. 992, 2. L. AVG. PAMMENES Mur. 1010, 11. PLOTINAE AVGVSTAE LIBERTA SOTERIS. Mur. 1011, 13. In Mur. 1369, 3.:

4880. D. M ‖ LVCILIA ARTEMI‖SIA SVCCESSO CO‖NIVGI BENEMEREN‖TI FECIT AVGVS ‖ L. B. — Florentiae. — in fine saxi demum, loco non suo additum: AVGVS LIB.; ut constat ex Gudio αὐτόπτῃ. Ita vulgo PRAEFECTVS VRBI, at in Grut. 286, 5. VRBI. PRAEF. Ob hoc tamen non invaluerunt notae V. P. *Vrbi Praefectus*, sed significant *Vir Perfectissimus*. Vulgo *Comites Ordinis primi* leguntur, at ordine mutato COMITEM PRIMI ORDINIS habes in Grut. 407, 8. Sic TOLOSA DOMO pro D. TOL. ITERVM POST CONSVLATVM etiam dictum POST CONSVLATVM ITERVM Mur. 418, 4. POPVLI ADVOCATO et ADVOCATO POPVLI Maff. 116, 1. *Coloniae patrono* et *Patrono Coloniae*, passim. QQ. I̅I̅ VIR pro II VIR QQ. Grut. 443, 1.

COHORTIS PRAEFECTVS Grut. 349, 3. PRAEF. COHORT*is* VI. Grut. 530, 9. COH. X. EQ*ues*. Grut. 547, 5. ADIVTOR A RATIONIBVS Fabr. p. 545. A RATIONIBVS ADIVTOR. p. 312, 561. LEG. XXX. SIGNIFERO. Maff. 478, 4. FORTVNAE GRATAE, et GRATAE FORTVNAE. v. Gorium in Donii *Prolegom.* p. LVI.

Diligenter ad talia attendere oportet criticum in iudicio de lapidibus aliquatenus suspectis ferendo; neque tamen temere ac praecipitanter eos inter spurios amandare, sicubi formula vel ordo verborum minus solitus occurrit.

§. 21. VERSVVM ORDO ab editoribus religiose servandus in Mazochio aliisque, antiquioribus praesertim, nullus est, sed typothetarum arbitrio committebatur, isque a Grutero, ubi in talia incidebat, ex ingenio coniectus est. Saepe autem factum, ut mutaretur versuum ordo, ubi plures unum descripserunt marmor. — Versuum ultima interdum sensu iungenda, versuum ordine non servato difficillima fiunt intellectu. v. c. Fabr. 487, 168 et 169.:

4881. L. DVNIVS APELLA
C. ANNIVS TYRANNVS
MAG. PRIM.
FORT. HORR. D. D (*urceolus et patera; latere dextro gubernaculum, sinistro globus.*)

4882. C. ANNIVS TYRANNVS MAG.
ET L. DVNIVS APELLA PRIMI
FOR. HORR. D. D. — *Aversa eiusdem basis parte. Duo copiae cornua cum frugibus et vomere decussatim posita.* Ad Emporium. — Prius n. 168. iam est in Grut. 76, 10. Utrumque, ut inedita dat Vignol. *Inscr. sel.* p. 319. — N. 169., Grutero praeteritum, iam erat in Mazoch. 45, 4. Ex Fabretti typo pulcre intelligimus ultima versus 1. et 2. iungi debere MAG*istri* PRIMI, de quo typus Mazochii ob non servatos versus obscurus et fallax est. In Gruteri Ed. sec. Gudius merito laudat Scaligerum, qui in Indice explicaverit FORT*unae* HORR*eorum*, at eundem Scaligerum puto errasse, dum in eodem Indice Cap. 5. et 11. PRIM. *Primigeniae* accepit, iungendum FORT*unae*: quum aliunde non constet, illam *Horreorum Fortunam* epitheton *Primigeniae* habuisse: in Grut. 75, 2. non *Primigenia* Fortuna, sed Fortuna *Conservatrix* (ut ante in Grut. 75, 1. *Genius Conservator*) Horreorum Galbianorum legitur. Ne vero mireris MAG*istros* PRIM*os* in Fabretti saxis hisce duobus, scito et MIN*istros* PRIM*os* manifeste legi in Mur. 85, 5. et quid aliud sibi vult, quam Magistros Ministrosve primos fuisse, formula *Magistri Ministrive qui Kal. Aug.* PRIMI *inierunt?* de qua v. Fabrett. p. 465. CVRATORES PRIMI in Mur. 83, 3. — Quae hucusque dedimus, ex Hagenbuchii Prolegomenis Epigraphicis sunt desumpta; sequentia vero ex volumine, quod inscripsit, NON-HELVETICORVM.

§. 22. DE FIGLINIS IN CIRCVLO, SIVE IN ORBEM INSCRIPTIS. Quaedam veterum epigraphae in orbem factae reperiuntur: cuius

moris causas alii alias esse voluerunt: Seldenus et Fabrettos vitatam volucre praerogativam, non Reinesius, cui in clipeorum dedicationibus id factum videtur ob ipsam clipeorum formam rotondam; ipse facio potius cum Reinesio p. 149. n. 108., quae praemonuisse nunc sofficiat; hic enim animus est nonnulla dicere de figlinis in orbem ioscriptis, quod hanc in circulo inscribeudi rationem video dubiam fecisse doctis lectionem, unde ex orbe legendi initium facerent non plane videntibus. Accedit, quod lectionem aggressis alia etiam difficultas sese iogerebat, ligatarum puta literarom, quae in figlinis frequeotes sont, ac saepissime causae malarum et exscriptionum et interpretatioonm fuerunt. In iis quidem reddendis imitandisqoe accoratior foit Smetius Grutero, magisque a typographo suo adiutus; quo etiam nomioe Smetiaoa collectio prae Gruteriana noo prorsus est negligeuda, immo saepius, nec sine froctu inde speraodo cum hac confereoda.

Exempla ounc appono figlioarum epigrapharum, quae etsi omnes non sint eaedem, sed quaedam diversae, ex eadem tamen figlina qoum prodierint, altera alteri loceio pulcre praeferre et afferre a me sunt deprehensae.

Grut. 183, 11. e Smetio 146, 9.

4883. CASTRVM PRAETORIVM

EX PR. VINI. QVAD. ET ANT. OP

EX. FIG. SEX. AT. SILV. F. VI. — ubi in opere meo tessellato notavi Fabrettum p. 500. ultimas siglas explicare *Figlina VI.* i. e. sexta: sed interpretatio haec dubia mihi reddita est aote omnia ex aliis eiosdem figlinae typis; qoos proinde tum propter hoc, tum propter alia, operae poto subiicere:

Don. II. 119. p. 98. ex autographo Doniaoo:

4884. CASTRVM PRAETORIVM

EX PR. VMI. QVAD. ENT. OP

EX FI. SEX. AP. SILVANO. — Donius et Moratorius nesciverunt, iam exstare hanc epigraphen in Thes. Gruteri l. l.

Mur. 497, 16. ex Ligorio et Donio:

4885. CASTRVM PRAETORIVM

EX PR. VMI. QVAD. ET. ANT. OP

EX FI. SEX. AT. SILV. F. AI. — „Qoae sic interpretari potes; *Ex praediis Vmidii Quadrati et Antonii: opus ex figlina Sexti Atii Silvani ....*" Haec ibi Muratorius adootavit: qui Vmidii Quadrati praedia referri ex vero vidit: ut et figlinam Sex. Atii Silvani; at quid ex F. AI. faciat, totus nescit. Quae versu secnudo extremo, quae item versu tertio extremo leguntur in scriptura orbicolari, ea ego iu eorondem versuom initium puto transferri oportere et legenda esse honc in modum: OP*us* (oisi fuerit potios de more solito O. D. i. e. *Opus Doliarium*, quamquam nunc OP. solum, nunc DOL. solum reperitur. v. Mur. 500, 13. et 25.) EX PR. VMI. QVAD. ET. ANI. FAV. EX FI. SEX. AT. SILV.; ita ut ANI versus secundi extremum sit, et

FAV. versus tertii initium, quae iunctim accipienda ANI*ae* vel Anniae FAV*stinae*.

Fundus emendationis et ordinis lectionum orbicularium mihi hic est: Mur. 500, 27. inter figlinas ex Museo Cardinalis Alexandri Albani:

4886. OP. DOL. EX. PRED. V IDI. QVADRATI
ET PETANNIAES FAVSTINAE
L PIVIS EX PRIS. — in PRED. videntur fuisse literae ligatae, ut fuerit PRAED. In V IDI deesse vel excidisse literam VMIDI*i*que fuisse, ingens merito est suspicio. v. 2. ANNIAES FAVSTINAE legitur planissime, cui ET antecessisse, sed initiale ET P loco non suo legi, ad versusque secundi finem pertinere corruptumque esse aeque ac versum tertium omnino existimo. ANNIAES, genitivus in AES pro AE frequens admodum, in figlinis quoque; cuius rei exempla collegit Fabrettus p. 496. seq. Neque obstat nos in praecedentibus legisse ANI*ae*, una N, hic vero legi geminata NN., ANNIAES. Etsi enim Fabrettus p. 596. unicam sibi literulam in gentibus recognoscendis dissimilitudinem efficere scripserit, vix tamen erit, quod quisquam dubitet, Aniam et Anniam eandem gentem fuisse. v. Grut. 719, 3.

Figlinam autem hanc postremam valde corruptam, ut dixi modo, adiuturus, quantum potuit fieri, ecce subiicio etsi aliam, haud diversam tamen: Mur. Tom. IV. Tab. B. p. 2101. n. 11. figura orbiculari:

4887. OP. DOL. EX. PR. VMI. QVAD. ET. ANI
FAVS. EX. FI. SEX. AP. SILV. — In figlina superiore, quod Grut. et Mur. habent AT., Donium vides habere AP. Eadem igitur διττογραφία, ut hic; ubi aut AP. suspicer corruptum ex AT., aut potius AT. ex AP. Iam tandem vide, an Mur. 500, 27. ita debeat niti sno restitui et concinnari:

OP. DOL. EX PRAED. VMIDI. QVADRATI
ET. ANNIAES. FAVSTINAE. EX. FI. vel EX. F (*figlina*)
SEX APRI. (literis ligatis) SILVANI. — *Aprii* inquam, nam ATIi longius abit. Pro SILVANI possit etiam coniici magisque placere SILVINI, quia supra SILV. tantum fuit, Doniique SILVANO manifesto corruptum est ex SILV. et quod ad versus initium pertinet FAV. vel FAVS. Postremi vero exempli ex S fine versus tertii et eiusdem versus tertii initio L. PIVI commodius SILVINI quam SILVANI exire existimo. Unum est, quod addo de VMIDIO QVADRATO, cognomen Vmidiae gentis Quadratus non fuisse insolitum. v. Tacit. *Ann.* 12, 45. p. 470. ed. Abr. Gronovii, ubi etiam videbis pro *Vmidius* vel *Vmmidius* variam lectionem exstare *Vinidius*, prorsus ut supra in Gruteriana figlina vidimus VINI male datum pro VMI. Cfr. Fabrett. p. 171, 326. et 172, 327. Ut autem *Vmidius* et *Vmmidius*, sic et *Ania* et *Annia*. v. supra.

In figlinis exscribendis aliam alius rationem est secutus. v. c. circulos interiores primos dederunt quidam, exteriores autem postremos; alii vero extimos primo loco posuere, et intimos ultimo. Vide Fabrett. p. 519, n. 305.

4888. M. PVBLICI IANVARI
EX OFFI. DOLEARIA
MAIORIS. — Ad D. Priscae.; quod ut ineditum ex Donio dat Mur. 504, 14. inverso versuum ordine:
MAIORIS
EX OFFI. DOLEARIA
M. PVBLICI. IANVARI. — Eodem nomine cfr. Fabr. 502, 89. cum Mur. 505, 9. Fabr. 502, 78, 79. cum Mur. 496, 9. Foede corruptae sunt haud paucae inscriptiones figlinarum: „plerumque enim haud facile est literas ex antiquis lateribus excipere", ait Oliverius *ad Pisaur.* p. 187.

§. 23. DE ERA HISPANORVM IN SAXIS SAEPE MEMORATA. Ex Epistola 35. anni 1742. ad Iac. Christ. Beckium. Variis doctorum opinionibus de origine et scriptura huius vocabuli recensitis, quibus ipse addit suam, idem omnino illud esse cum germanico *Iahr* *), ita pergit:

ERAE vocabulum quando in usum Hispanorum Latine scribentium primum venerit, nescimus. Vossius cum Sepulveda, iam anno ante Christum natum XXXVIII. **), a quo anno Erae Hispanicae initium numerationis ducitur, etiam vocabuli Erae initium duxisse, frustra tamen et sine teste, videtur censuisse. Quotquot adhuc prodierunt monumenta antiqua, in quibus huius rei memoria conservata legitur, Christianorum omnia sunt, neque eorum ullum seculo post Christum natum quinto est antiquius; ut non temere suspicio oriatur, ab Christianis in Hispania primum huius vocis usum coeptum esse inveniri: quam vocem postea quidam iure an iniuria ab *aere* quum derivatam crederent scriberentque, id quod ex Isidori Hispalensis Originibus satis constat, nil miror, ab librariis serioribus nunc *Eram*, nunc *Aeram* scribi solitam esse; at Christiani ipsi in monumentis lapideis nonnisi ERAM incidi quum curarint, diphthongo AE in vocis initio studiose vitata, cur cum ipsa eorum voce non etiam eorundem vocis huius orthographiam relineamus? (cfr. tamen N. 4890.) Iam lapides, in quibus ERA per E sculpta reperitur, Scaliger *Lib. V. Emend. Temp.* p. 446. quattuor protulit, quos e Scaligero suo Inscriptionum Syntagmati intulit Reinesius Class. XX. n. 447 — 450. ratus in Grutero non reperiri: reperiuntur tamen duo; nam Reines. XX. 447. iam erat in Grut. 1049, 5. item Rein. XX. 450. in Grut. 1053, 9.

Gruteri Thesaurus alios praeterea sex habet lapides, quos Indicum Caput 19. non ostendit, ostendit suae Caput 24. Vtraque editio autem quum proprios errores suos in hoc indice habeat, ita est concinnandus:

ERA DIII. 1049, 5.
- DXLVIII. 1054, 4.

*) Admodum probabilis est haec coniectura, nescio an aliis etiam suboluta, praesertim ubi conferas Gothorum *jêr*, *jera*, *annus*. — Haec scripseram ante hos duos annos. Nunc confer Ideler *Handbuch der Chronologie* 2. p. 240., unde vides hunc Virum doctissimum post Marchionem Mondejar idem prorsus censere.

**) Vide *L'art de vérifier les dates. Nouv. Édit.* Paris. 1818. Tom. 1. p. 49. Os.

ERA DLXXXII. 1057, 3.
- DLXXXII. 1062, 4.
- DCIIII. 1053, 9.
- DCXIIII. 1054, 7.
- DCXXII. 1062, 2.
- DCCXX. 1053, 11.

ERA. CCCCCLI. apud Oliv. *Marm. Pisaur.* num. CLXV. cfr. einsd. notas p. 203. de Era Hispanica tacentis, et saxa dno Gruteri eam habentia ad eram Dionysianam perperam trahentis. Roma advectam intelliges ex eius notis ad num. CLXIII. p. 201.

In Gorianis indicibus ad opus Donianum nusquam ERA memoratur; in quattuor tamen saxis Donianis Clsssis XX. sen Christianorum quia deprehendi, lubet adscribere hic supplementum indicibus Gorii:

ERA $\overline{\text{DNI}}$. DXLVIII. Don. XX. 33. p. 531.
- DLXXXI. Don. XX. 23. p. 528.
- DCIIII. Don. XX. 16. p. 527.
- Z. IIII. Don. XX. 14. p. 527. ubi Z sen septenarii notam Graecam pro ruditate seculi octavi pro Ψ sen septingenario numero positum existimo, ut Z. IIII. idem sit ac DCCIIII. Cur vero unum Donii saxum XX. 33. inter ERA et numeros ipsos interiecit $\overline{\text{DNI}}$, id est DOMINI? Si Era Hispanica in eo quoque intelligenda, $\overline{\text{DNI}}$ intelligendum est *Caesaris* vel *Augusti*, eritque annus post Christum natum 510., quo anno Era Christiana, sen Dionysiana nondum erat adhibita, quindecim post annis demum, anno Christi 525. adhiberi coepta; neque unquam ERA Christi hsc vel illa, sed *Anno* Christi hoc vel illo dici consuevit, ut ERA $\overline{\text{DNI}}$ in Donio non videatur ERA Domini nostri Iesu Christi accipi posse, etsi vulgo passim ANNO $\overline{\text{DNI}}$ i. e. Christi in monumentis seculorum posteriorum legatur. (Videtur [illegible] confusio utriusque formulae.)

Muratorii saxa quae postea adnotavit Hagenbuchius, ERAM memorantia haec sunt: 1824, 7. 1840, 2. 1851, 4. 1855, 5. 1880, 5. 1892, 7. 1930, 4. 1940, 7. 1953, 3. (1824, 7. idem est cum Grut. 1049, 5.) Omnium autem antiquissimum est apud Maffeium *Mus. Ver.* 425, 3.

4889. GVLFINVS. FAMVLVS. DEI
VIXIT. ANNOS. PLVS. MINVS. LXX
RECESSIT. IN. PACE D. III. KAL
AVGVSTAS. ERA. D.[1]) — Hispali.

1) id est a. p. Chr. 462.

Simile dat Ponz *Viage* T. 7. p. 50.:

4890. LITORIVS FA‖MVLVS DEI VI‖XIT ANNOS PLVS ‖ MINVS LXXV. RE‖QVIEVIT IN PACE DIE ‖ VIIII. KAL. IVLIAS ‖ AERA DXXXXVIII. A ω. — Talaverae.

§. 24. His HAGENBVCHIANIS nostra addemus nonnulla.

Omnium collectionum Inscriptionum Latinarum (numero L$\overline{\text{XXX}}$.) antiquissima est Einsiedlensis, „membranens codex optimae notae ante annos octingentos scriptus." Apud Mabillon *Vett. Anal.* p. 358. seqq.

Fidem istarum inscriptionum a nescio quo ἀρχαιολόγῳ impugnatam video e *Stephani* PIALE dissert. *degli antichi templi di Vespasiano e della Concordia* Roma 1821. 4. p. 12. Ipse tamen Piale recte Anonymum istum ab omni fraudis suspicione vindicat: observans tamen N. 35. apud Mabillonium quattuor in inscriptiones sic esse dispescendum:

4891. SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS (*sic omnibus literis*) INCENDIO CONSVMPTVM RESTITVIT. — In Capitolio.

4892. DIVO VESPASIANO AVGVSTO. — Ibidem.

4893. S. P. Q. R. IMPP. CAESS. SEVERVS ET ANTONINVS PII FELICES AVG. RESTITVERVNT. — (In templo Iovis Tonantis, cuius inscriptionis nunc nihil exstat praeter literas: ESTITVER. —)

4894. S. P. Q. R. AEDEM CONCORDIAE VETVSTATE CONLAPSAM IN MELIOREM FACIEM OPERE ET CVLTV SPLENDIDIORE RESTITVERVNT. — (In aede Concordiae; apud nos N. 26.)

§. 25. Satis sum mihi conscius, in significandis de Inscriptt. commenticiis suspicionibus multum me abfuisse a Maffeii levitate, etsi is quoque in permultis verum vidit: id igitur persuasum tibi sit, optime lector, ubicunque asteriscus est praefixus, argumenta vel ex ipsius inscriptionis verbis, vel extrinsecus petita, id est, ex eorum fide, quorum ad auctoritatem singulae referuntur, mihi in promptu esse, quibus falsariis eas deberi demonstrare possem, si opus esset. Nihilominus praevideo fore, qui me quoque temeritatis insimulaturi sint; nam, falsissima quaeque et maxime ridicula quomodo defendi aliquatenus queant, nuper docuit Vir doctus (*Allg. Litztg. Ergnzgsbl.* 1827. N. 68. p. 541.) patrocinio ex parte suscepto huiusce monstri:

4895. * D. M ‖ EOLIVS. REHVSINVS. EOLIO ‖ PATRI ‖ NVMA. SEIANVS. NVMAE ‖ VENATORIBVS ‖ CINERITIVM EX AERE ‖ COMMVNI VIRIS CONIVNCTIS ‖ AMICITIA ET MORTE ‖ POSVERE ‖ AVR. PROBO. ET. POMP. VICTORINO. COSS. — Velitris. Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 221, 151. — Videamus, an haec quoque defensorem nanciscatur:

4896. * LVNAE. HETRVSCAE. INCOLIS. INQVILINISQVE ‖ POP. ROM. AMICITIAM. B. M. A MARI ‖ AD ALPES. AD MONTES LIGVRVM ‖ AD FLVMEN. APVA. AGROS. IMM ‖ COLERE. VECTIGAL. A VIATORIBVS ‖ EXIGERE. PORTVS. ERYCINOSQVE ‖ STATIONES. HIEM. TENERE. CON. P. SEPT.[1] (*sic*) COSS. — Sarzana in casa Mascardi. Antonio Rossi *Lettera* in de Zach *Correspondance astronomique* etc. Vol. 4. p. 479.

1) P. Septimio Geta p. Chr. 203. Ceterum manifesto est commenticia; id quod multis, si operae pretium esset, argumentis demonstrare possem.

§. 26. Artis criticae lapidariae Supplemento haec adde:
de BIBRAN (*Abrahamus*), eques Silesius, natus 1575. mortus 1625.; de quo videsis „*Epistolas virorum doctorum ineditas*, quas e Cd. autographo

bibliothecae acad. Lignicensis transscripsit Dr. Fridericus Schultze cet. *Lignitii* 1827. 4. *Fasc. prim.* pag. III.; iis adnumerandus est, qui a fraudulentis inscriptionum confectoribus decipi se passi sunt. Scilicet ex eius Inscriptionum fasciculo fol. 42. formâ max. Lignicii asservato, ex quibus multas iam cum Grutero communicavit Bibran, hanc, ni fallor, ineditam, sed aperte commenticiam benigne mihi misit Schultze V. Cl.:

4897. * HERODI IVDAEORVM REGI ‖ HOSPITI. EXVLI ‖ ET HERODIAE REGINAE ‖ CONIVGI. EIVS ‖ FOEMINAE. RARISS. EXEMPLI ‖ ET SINGVLARIS. ERG. MAR. FIDEI ‖ ORDD. CIV. SEQV ‖ DE SVO P. C ‖ ET ‖ SVB ASCIA DD. — In tabula marmorea rubea litera eleganti. Tarracone in propinq. D. Clarae.

LIONI (.....) De hoc falsario vide Scip. Maffeii Epistolam primum editam a *Iosepho Venturio* in *Guida al Museo lapidario Veronese*. Verona 1827. p. XLI.

POGGIVS (*Io. Franciscus.*) Hic debet referri inter primos, qui post renatas literas Inscriptt. colligendis operam dederint. Ita scil. ad eum scribit Linus Coluccius Salutatus *Epp. ed. Rigacci.* T. 1. p. 174. Ep. LXXVI. „Ago gratias de cassis (i. e. capsis, sarcophagis), titulum quarum tam copiose, tam celeriter transmisisti. Video quidem te pauco tempore nobis urbem totam antiquis epigrammatibus traditurum."

POMPONIVM LAETVM multas inscriptiones confinxisse constat ex *Amadei* PEYRON *Notitia librorum, qui donante Th. Valperga-Calusio illati sunt in Reg. Taurin. Ath. bibl.* Lipsiae 1820. p. 86.

STRASOLDVS (*Pamphilus.*) vel ab aliis deceptus est, vel ipse finxit sequentem Inscr. apud LVISINVM *Parerg.* 3, 40. p. 509. Grut. *Lamp.* Vol. 3.

4898. * D. TIBVLLA C. SEMPRONII F. MANI. L. NEPTIS ‖ INFERNO PLOTONI TRICORPORI OXORI CHARAE PROSERPINAE ‖ TRICIPITIQ. CERBERO MVNVS MEVM FERENS ‖ DAMNATAM DEDO ANIMAM ⅃II⅃AMQ. HOC ME ‖ CONDO MONIMENTO. NE OBRVTIS DOMOS LAPSV ‖ FILIIS SEX. QOS (*sic*) P. SCIPIO PATRIIS CAMERTIB ‖ A SALO ET LIBYA INCOLVMES RESTITVERAT ‖ IN DESOLATA ORBITATE SVPERSIM MISERA ‖ ⅃IX. ANN. XL. MENS. I. DI. SEX. HOR. SCIT NEMO ‖ QIETEM POSTERI NE IN⅃IDEANT ‖ QI SECOS. MANES SENTIET IRATOS. ⅃ALE ⅃ITA.

De TESSERIS GLADIATORIIS consulendus in primis V. Cl. Io. Labus in Morcelli *dissert. delle tessere degli spettacoli Romani* p. 48.; quibuscum cfr. nos in Volum. primo *Inscriptt. Lat.* p. 448. Rem, autem prorsus confecit Labus docens SP. illud controversum in istiusmodi tesseris explicandum esse SP*ectatus „che avea già dato spettacolo di se, ed uscito n'era vittorioso;* neutiquam vero SP*ectavit;* commenticiam autem esse unam illam tesseram Pignorianam a me insertam numero 2563., in qua S*II*ECTAVIT omnibus literis legitur. Ego quoque de ea dubi-

